ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ.

ARISTOTELES.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ.

ARISTOTELIS

OPERA OMNIA.

INDEX

NOMINUM ET RERUM
ABSOLUTISSIMUS.

VOLUMEN QUINTUM
CONTINENS
INDICEM NOMINUM ET RERUM.



Property of
COSA
Please return to
Graduate Theological
Union Library

PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN-DIDOT,
INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO,
VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXIV.

25,766

PRÆFATIO.

Quibus de causis factum sit, ut hic index Aristoteleus, qui ineunte mense Augusto anno MDCCCLXX longe maximam partem typis jam exscriptus erat, nunc demum post diuturnam intermissionem in lucem prodeat, non hujus est loci pluribus enarrare. Prodit tandem et ita hæc editio Aristotelis scriptorum quotquot sive revera exstant, sive immerito nomen philosophi præ se ferunt, absolvitur, quæ ante hos XXV annos incepta non uno tantum modo experta est, quam instabilis et incerta sit humanarum rerum conditio. Postquam enim e vivis excessit qui tertium ejus volumen et priorem partem quarti curavit et præterea operosum tædiique plenissimum laborem indicis conficiendi in se susceperat, Cats Bussemaker, et ipse Fr. Dübnerus, cujus felici industriæ indefessæque diligentiæ primum et alterum volumen debentur, supremum diem obiit. Non hoc sane speraverat vir optimus qui primo volumini præfatus est, se solum, absoluto opere, in vivis superstitem fore ex omnibus, qui inde ab initio huic Aristotelis editioni salutarem manum admovissent. Quod si ipse ille dies mensis Novembris anni quadragesimi octavi hujus sæculi, quem præfationi primi voluminis subscripsit Ambrosius Firminus Didot, imperturbatam ab omnibus externarum rerum mutationibus et, ut ita dicam, in proposito obstinatam mentem viri præstantissimi arguerat, nunc totum opus inter tot et tam varia obstacula ad finem feliciter perductum, non minus luculento exemplo, paratum ejus animum ad juvanda antiquarum litterarum studia ostendit. Nam quibus ipse ornamento est (1), iis pro virili parte per quinquaginta annorum spatium nunquam opitulari desiit, ita ut qui eorum patronus quasi hereditarius jam fuisset, multo etiam magis, omnium consensu, propriis beneficiis factus sit.

---

(1) Cujus rei, etsi supervacaneum fortasse iis videri poterit, qui illicus viri egregia in Thucydidem merita norunt, documentum quoddam hic dare liceat,

Quod ad ipsum indicem attinet, qui se absolutissimum profitetur, paucis lectorem morabor.

Sicuti ante hos tres annos, jussu Academiæ regiæ Berolinensis, in lucem emissus index Bonitzianus, qui sive usum loquendi Aris-

---

adscriptis iis, quæ mihi nuper per litteras communicavit de glossa Hesychiana : ἀειναῦται· ἀρχῆς ὄνομα παρὰ Μιλησίοις, quam probabiliter sane Aristoteli de hac re in Milesiorum republica disserenti, vindicandam esse arbitratur. Plura quam apud Hesychium, ubi quid sibi velit locus Herodoti IX, 93, a nuperrimo editore lexici laudatus, extricare nequeo, leguntur in Plutarchi quæstionibus græcis, de cujus utilissimæ collectionis fontibus miror neminem ad hunc usque diem accuratam instituisse disquisitionem. Hæc itaque apud illum c. 32, p. 298 D : Τίνες οἱ ἀειναῦται παρὰ Μιλησίοις; Τῶν περὶ Θόαντα καὶ Δαμασήνορα τυράννων καταλυθέντων, ἑταιρεῖαι δύο τὴν πόλιν κατέσχον, ὧν ἡ μὲν ἐκαλεῖτο Πλουτίς (de quo nomine, olim Πλοντὶς scripto, conferenda est Wyttenbachii adnotatio), ἡ δὲ Χειρομάχα, κρατήσαντες οὖν οἱ δυνατοὶ καὶ τὰ πράγματα περιστήσαντες, εἰς τὴν ἑταιρείαν, ἐβουλεύοντο περὶ τῶν μεγίστων, ἐμβαίνοντες εἰς τὰ πλοῖα καὶ πόρρω τῆς γῆς ἐπανάγοντες. Κυρώσαντες δὲ τὴν γνώμην κατέπλεον καὶ διὰ τοῦτο ἀειναῦται προσηγορεύθησαν. Pertinent hæc sine dubio ad internas Milesiorum seditiones, de quibus narraverat etiam Heraclides Ponticus, teste Athenæo, XII, p. 523 F, quarum culpa aliquando factum esse videtur, ut pars civium, si ita dicere licet, in Versalias marinas confugere coacti sint. Vocem ἀειναυτῶν apte cum simili forma apud Dionysium Halic. Ant. rom. IV, c. 74 ἀειβασιλεὺς contulit Lobeckius in Pathologiæ græci sermonis elementis t. I, p. 590. Abeat igitur hic locus in numerum fragmentorum quæ e Politiis aristoteleis ætatem tulerunt.

Præterea nonnulla alia sunt quæ item fragmentorum collectioni addi possunt. Satis autem erit ea indicasse quæ a Rosio in t. V editionis Berolinensis ex arabico indice prolata sunt cui nomen Ptolemæi philosophi inscriptum est, in quo sub formis Almikun, Ablikun, Atlikun quæ leguntur p. 1472 B, facile erit Apellicontem agnoscere. Deinde de necessitudine quæ inter Aristotelis Protrepticum et Hortensium Ciceronis intercesserat, egregie disputatum est a viro doctissimo Ingram Bywater, in diario inscripto *The Journal of Philology*, vol. II, n. 2. Præsertim vero commemorandæ sunt utilissimæ simul et ingeniosissimæ conjecturæ quas ad Aristotelis fragmenta vir minus non grammaticæ quam criticæ artis peritissimus Carolus Thurot diariis *Revue critique* et *Annuaire de l'association pour l'encouragement des études grecques en France* inseri jussit.

toteleum accuratius cognoscere, sive quomodo singulis in locis librariorum errores probabiliter emendandi sint investigare cupientibus, mirum est quam firmum auxilium præbeat quantoque adjumento sit, verba scriptoris præcipue respicit, ita hic noster index rerum qui vocatur, talis est quales ceteris quoque in hac Bibliotheca editis scriptoribus adjecti sunt. Quod sane commodissime accidisse arbitror, cum ita spes quædam remaneat, etiam post eum de quo diximus, non ab omni plane utilitate hunc nostrum indicem destitutum fore.

Nostrum autem si voco, quomodo hoc accipiendum esse velim, jam paucis explicabo. Cum opus multorum annorum fore prævidisset, statim primo volumine typis exscripto, excerpta sua in singulas chartas contulit Bussemaker, quæ usque ad paginam quingentesimam septuagesimam quintam tertii voluminis continuavit. Hæ chartæ postquam mihi traditæ sunt, reliquum erat ut cetera quoque excerperem atque deinde omnia in rectum suumque ordinem disponerem. Quod quomodo a me factum sit, penes illos qui indice uti volent judicium esto. Illud tantum addam singulorum librorum titulos numeris voluminum et paginarum ideo a me non adscriptos esse ne moles hujus voluminis magis etiam augeretur. Eadem de causa factum est, ut nullo discrimine res a philosopho tractatæ cum iis quæ in libris pseudepigraphis memorantur permixtæ sint.

Librorum tituli quibus in disponendo rerum naturalium indice, qui in fine additus est, præcipue usi sumus, hi sunt :

Histoire des animaux d'Aristote, avec la traduction française, par M. Camus. Paris, 1783;

Aristotelis de animalibus historiæ ll. decem ed. J. G. Schneider. Lipsiæ, 1811;

Sundevall, C. J. die Thierarten des Aristotéles, aus dem schwedischen übersetzt. Stockholm, 1863;

Aristoteles Thierkunde, übersetzt von H. Aubert und Fr. Wimmer. Leipzig, 1860.

Nomina gallica Indici rerum naturalium addita adscripsit vir clarissimus et de re botanica inprimis meritissimus Fée, per multorum annorum spatium in Academia Argentoratensi professor, qui, precibus editoris amicissimi concedens, eandem operam quam Theophrasto in hac Bibliotheca edito navaverat, Aristoteli quoque præstare voluit.

Argentorati, Idib. Nov. a. MDCCCLXXIII.

ÆM. HEITZ.

INDEX RERUM ET NOMINUM.

A.

A; exemplum vocalis, 472, 39; ab eo distantia ad Ω æqualis est distantiæ a bombo ad acutissimam neten II, 637, 38, s.; eo metiri oportet seriem ABG II, 636, 49.

α· quæ in productum exeunt feminina sunt, 474, 45.

α privans; quot modis dicitur, tot etiam privatio II, 529, 38 ss.

Abacus pythagoricus (κεφαλισμοί); eum memoria tenere in arithmetica multum interest, 274, 47.

Abantes; eorum rex Elphenor fr. 315, a; ex Aba Phocica profecti Eubœam incolebant fr. 294, b.

Abas; quum duceretur moriturus, servatus est, 465, 23.

Abdera; patria Democriti II, 416, 44; III, 361, 5; III, 392, 38 s.; III, 537, 25; III, 591, 3.

Abdomen (ἦτρον); quid III, 11, 12; (ὑπογάστριον); si ad id declinaverit matrix, concipere nequit III, 211, 12 s.; ejus inferior pars quod ad carnis copiam vel defectum faciei respondet III, 12, 4 s.

Abductio (ἀπαγωγή); quænam sint duæ ejus species, 117, 19 ss.; quænam species scientiæ propior, 117, 23, 34; quando cesset, 117, 35; quando in scientiam transeat, 117, 35.

Aberratio (ἀποπλάνησις); pars orationis secundum Licymnium, 402, 12.

Abjectiones (ἀποβολαί); quænam argumenta ex iis petenda de optabili, 200, 19.

Ablatione (ex) (ἐξ ἀφαιρέσεως) quæ sunt; priora esse nequeunt II, 613, 30 s.

Abomasum (ὁ ἐχῖνος); ultimus ventriculus est III, 273, 32 s.; in eo non invenitur coagulum *ibid.*; alimentum recipit contritum III, 271, 28, 30, v. *Faliscus venter.*

Abortientes (ἐκτιτρώσκουσαι); quædam simul conceperunt III, 140, 29 s.

Abortus (ἐκρύσεις, ἄμβλωσις); vocantur effluxus quando ejiciuntur concepta ovis similia III, 384, 35 s., cf. *Concepta;* quidnam et quomodo ab effluxione differat III, 138, 4 ss.; quibus e causis fiat IV, 109, 38 ss.; IV, 321, 40; frequenter eveniunt III, 406, 21; iis similes sunt fœtus superfœtatione concepti quos ejiciunt mulieres III, 407, 24; procurandus est, ubi præter numerum consuetudine receptum procreatus fuerit fœtus, 622, 14; quomodo distinguatur licitus ab illicito, 622, 13, 15; eum cur facile patiatur equa IV, 324, 38 ss.

Abrucalis (ita pro Empedocles ex arabica versione in libro primo de Plantis); IV, 17, 47; IV, 18, 18; IV, 20, 36, 46; IV, 21, 29; 22, IV, 22.

Abscessus (ἀποστήματα); quare salubres sint IV, 151, 38.

Absentes; iis crimen inane inferri non debet III, 537, 7 s.

Absentia; ea non meminissemus, si memoriæ subjectum esset imago animæ impacta, non vero id quod huic ansam dedit III, 495, 42 s.; quæritur quomodo fiat ut ea meminerimus, non vero audiamus aut videamus III, 495, 43 s.

Absinthium; urinam movet et calefacere valet IV 258, 27; ejus succus amarus IV, 27, 2.

Absistens; eo fit motus III, 306, 36.

Absoluta (τὰ ἀπολελυμένα); ad ea pertinet latio II, 428, 5 s.

Abstractæ res; v. *Mathematicæ res.*

Abstractio (ἀφαίρεσις); quæ ab ea pendent spectat mathematicus II, 588, 7; v. *Mathematica.*

Abstractum (χωριστόν); quidnam sit et quomodo se habeat docetur in libris *de prima Philosophia* II, 263, 50 (cf. Metaph. XII et XIII).

Absurdum (ἄλογον); evenire non debet, si id quod fieri licet ponatur II, 334, 48 s; in epica poesi magis admitti potest quam in tragica, 478, 9; eo omnino carere debet tragica poesis: sin vero minus, extra fabulam relegandum est, 469, 15; 478, 27; reprehenditur Sophocles quod id in *Electra* et in *Mysis* admiserit, 478, 30; quodsi tamen probabilius sit, recipi potest, 478, 33; id ceteris suis virtutibus condiendo sublevat Homerus, 478, 37; si sine necessitate admittatur jure reprehenditur, 480, 36; id superare debet exemplum, 480, 29.

Abundantia; in ea clementes sumus, 350, 42.

Abydeni; eorum ager propter seditionem incultus erat, 644, 11; quidnam fecerint ut inquilinos ad pecuniam agricolis mutuam dandam impellerent, 644, 14.

Abydus; quomodo ibi fieret magistratuum electio, 572, 18; quomodo ibi sodalitiorum tempore eversa sit oligarchia, 573, 1; quid ibi mente destitutus aliquis fecerit IV, 79, 29 ss.

Acalephæ (ἀκαλῆφαι); ita nonnulli vocant urticas marinas III, 281, 46.

Acamas; ejus epitaphium fr. 317, a.

ἄκαμπτον· v. *Inflexibile.*

Acanias; portus Rhodiorum infestatur Borea IV, 45, 5

Acanthiæ (ἀκανθία); cor quinquangulare habent fr. 179, a; in euripo Pyrrhæo non comparent III, 192, 10 ss

Acanthias; v. *Mustelus spinus.*

Acanthis (ἀκανθίς); spinis vescitur III, 151, 11.

Acanthyllis (ἀκανθυλλίς); eam magnitudine æquat culicilega III, 151, 25 s.

Acari (ἄκαρι); animalculum album III, 102, 9; omnium animalium videtur esse minimum III, 102, 7 s.; gignitur in cera vetusta III, 102, 6 s.

Acarnania; ejus partem Curetæ obtinebant, occidentalem Leleges, deinde Teleboes, fr. 251, b; 252, a.

Acastus; ludos in Peliæ honorem instituit fr. 311, b.

ἀκάτακτον· v. *Rumpi quod non potest.*

ἄκαυστον· v. *Comburi quod non potest.*

Accedens (τὸ προσιόν); exemplum citatur, 72, 18. Accedentem (τὸν προσιόντα λόγον) vel coopertum novisti, 301, 9; quomodo solvatur hoc sophisma, 301, 17; id nonnulli solvunt negata interrogatione, 301, 23; improbatur hæc solutio quia non in omnes ejusdem generis captiones quadrat, 301, 28; quia vera solutio non est, 301, 35; quia nec in ipsum sophisma hoc quadrat, 301, 45.

Accentus (τόνος); eo differunt elementa, 472, 46; eo (vel spiritu) quæ differunt vocabula duplicem significatum habere non dicenda sunt, 297, 46; eadem hæc vocabula scripta non differunt, pronuntiata vero differunt, 297, 47; captiones secundum accentum, species captionum secundum dictionem, 278, 5; in disputationibus non scriptis non facile obveniunt, obtinent vero in scriptis, 279, 12; quales, 279, 14; eo quomodo solvantur poetica problemata, 479, 53.

Acceptiones (λήψεις); quænam ex iis argumenta petenda de optabili, 200, 21.

Accidens (τὸ συμβεβηκός); quidnam II, 520, 49 s.; II, 533, 24 s., 32 ss., II, 536, 10 s.; II, 593, 41, cf. 45 s.; quidnam sit, exemplo exponitur, 140, 3; duplex ejus definitio, 175, 21; 177, 19; 206, 9; 243, 22; utra melior, 175, 28; idem quod ut fors tulerit II, 536, 35, cf. 593, 38; ea omnia esse necessario dicent qui principio contradictionis adversantur II, 505, 50 s.; II, 506, 5 s.; non necessarium est, sed indefinitum II, 594, 15 s.; non necessarium est, sed id etiam non esse licet, 127, 33; 128, 25; II, 351, 1, cf. II, 352, 38, 52; ei licet, non adesse II, 584, 18 s; in aliis necessarium est, in aliis non, 301, 4; si non exstaret, omnia essent necessaria II, 536, 30, 50; II, 593, 49 ss.; fieri non posse probatur ut nihil præter ea sit II, 506, 12 s.; de eo indeterminatum an rei insit, 301, 2; quod de eo verum est, non necessario de re verum est, 301, 12; quasi nomen solum est II, 535, 42; prope ad non ens videtur accedere II, 535, 50 s., cf. 43 s.; II, 593, 30 s.; infinita sunt II, 535, 34, cf. II, 594, 15 s.; ea quia infinita sunt, percurrere non licet II, 505, 42; ejus nulla est scientia nec speculatio idque quare II, 535, 31, ss.; II, 536, 4, 38 ss., 46; II. 593, 18 s., 46 s., II, 614, 6; nec ars nec facultas definita II, 536, 23; eorum demonstratio est, II, 584, 45 s.; igitur eorum scientia, si sapientia sit, demonstrativa erit sapientia nec eadem quæ substantiarum scientia II, 584, 47 ss.; circa id inprimis versantur sophistarum sermones II, 535, 44 s.; II, 588, 23 s., cf. II, 593, 29 s.; quomodo a substantia differat II, 506, 7, ss.; semper de subjecto aliquo significat prædicamentum II, 506, 10; accidenti non est accidens, nisi ambo eidem accidant, II, 506, 13 s., 27 s.; ratione toto prius est II, 523, 38 s.; de ente proprie sic dicto testimonium affert, nec aliam quamdam entis ostendit exstare naturam II, 537, 39 ss.; considerandum est utrum ejus principium pertineat ad materiem, ad causam finalem, an ad principium movens II, 537, 17 ss.; factum quidem est, non tamen quatenus ipsum, sed quatenus aliud II, 533, 39 s.; ejus ortus vel interitus non est II, 536, 1, cf. 48; II, 537, 16; ejus causa nulla definita est, sed quæ fors tulerit II, 533, 35 s.; causa cur exstet est quod quædam non necessario, nec semper sunt, sed plerumque II, 536, 9 s.; ejus causa etiam per accidens est II, 536, 24 s., cf. II, 593, 47 ss.; ejus causa est materies cui licet præter id quod plerumque sit aliter se habere II, 536, 31 s.; ejus causa indeterminata est II, 537, 38 s., cf. II, 594, 16 s.; si semper ejus causam ascendendo persequamur tandem ad præsens tempus vel ad cras perveniemus II, 536, 52, ss., cf. II, 594, 7 s.; imo ad præteritum tempus transsilire possumus II, 537, 5 ss.; semper posterius est eo quod per se fit II, 269, 18; II, 594, 30; igitur et posterior causa II, 269, 19 s.; II, 594, 30; ipsa eorum genera et quæ ea continent tanquam causæ considerari possunt II, 265, 8 ss.; II, 515, 52 s.; alia propiora, alia remotiora sunt II, 265, 14 s.; II, 516, 6; partim potentia, partim actu causæ sunt II, 265, 17 s.; II, 516, 10 s.; in iis quoque effectus eodem modo quo causæ dicuntur II, 265, 23; II, 516, 16; et inter se et cum causis proprie sic dictis complicantur II, 265, 24; II, 516, 17; primum carpenda sunt, ut dein causæ inveniantur III, 8, 4 ss.; in iis aliquatenus idem est quidditas et unumquodque, aliquatenus non, idque quare II, 543, 36 ss., cf. II, 542, 25 s.; II 551, 38 s.; quænam æterna esse possint quænam non II, 533, 44 s.; alia separabilia sunt, in aliorum vero notione inest id de quo prædicatur II, 251, 36; separari nequeunt II, 480, 33; copulari non solent II, 94, 28; multa sunt quæ multis generibus inter se diversis competunt, idque quænam III, 218, 21 s., cf. 31 s.; quæritur igitur an de his potius sit disserendum, an de singulis substantiis seorsim III, 218, 17 ss.; de his sermo obscurus et indeterminatus erit III, 218, 25 s.; alia sunt quæ ad eandem pertinent classem, sed specie differunt III, 218, 32 ss.

Accidens (*quatenus id spectat dialecticus*): ad ea referri non debent πρός τι, 10, 51; est quod de subjecto dicitur, 125, 26; alio modo quod non propter se, 125, 28; 127, 10; 128, 50; non vicissim prædicatur, 175, 6; etiamsi de eo fiant problemata et propositiones, per se nec problema nec propositio est, 174, 1, 10; ad id pertinent comparationes quomodocunque ab accidente ductæ, 175, 32; nihil impedit quominus interdum sit proprium aliquando, et proprium πρός τι, 75, 40; quomodo ab eo idem dicatur res, 176, 38; in eo non necessario fit inversio, 186, 36; in eo solo inesse potest τὸ aliquatenus et τὸ non universaliter, 186, 21; ejus loco habendum non est quod alio modo inest, 187, 1; videndum ne id sibi ipsi accidere dicatur, 192, 26; videndum est de quibus prædicetur incipiendo a speciebus ac pergendo usque ad individua, 187, 21; definitiones faciendæ cum ipsius tum ejus cui accidit, 187, 39; in quæstione de eo oppugnanda, ex problemate propositione facta, objectio inferenda, 188, 9; item definiendum est qualia vocanda sint, ut vulgus ea vocat et qualia non, 188, 14; quænam de eo argumenta fieri possunt ex iis quæ multis modis dicuntur, 188, 23 ss., v. Πολλαχῶς λεγόμενα; in quæstione de eo investiganda commutandum est nomen positum in notius, 189, 38; item ut probetur contraria eadem inesse, animadvertendum est, quod de genere prædicatur idem etiam de aliqua specie et vice versa, 189, 44; et de quo genus, de eodem etiam species aliquo prædicari, de quo autem nulla species, de eo nec genus, 190, 14; item perscrutandæ sunt definitiones eorum quæ in re proposita sunt, aut inesse videntur, 190, 23; item considerandum quæ consequentia sint ejus de quo disputatur et ex quibus id sequatur, 190, 38; item temporis ratio habenda est, an alicubi discrepet, 190, 45; item disputatio traducenda est ad ea quæ facilius a nobis impugnabuntur, 191, 3; sufficit ad quæstionem de eo impugnandam si quodlibet consequens tollitur, 191. 26; si e duobus alterum solum necessario inest, sufficit ad unum tantummodo oppugnemus, 191, 35; deinde quid nomen ipsum significet et unde deductum sit, examinandum est, 191, 44; deinde num confusa sint, quæ necessario fiunt, quæ plerumque et quæ fortuito, 192, 4; dein an respondens aliquid ipsum sibi accidere dixerit, ut diversum, quoniam diversum nomen est, 192, 26; quænam de eo argumenta peti possint e contrariis, 192, 33 ss.; ex oppositis, 194, 1; e conjugatis et casibus, 195, 3 ss.; e generationibus et corruptionibus, et facientibus et corrumpentibus, 195, 35; e similitudine, 195, 45; e magis et minus, 196, 10; ex adjectione, 196, 42; dein considerandum est quod magis et minus dicitur, id etiam simpliciter dici, 197, 4; item quod aliqua ex parte, aut aliquando, aut alicubi, id etiam simpliciter dici posse, 197, 13; ad id transferri potest locus, quo genus et species ad alium ordinem τῶν πρός τι pertinere vetantur, 213, 44; eidem inesse

debet ac id cui accidit, 214, 49; loci de eo adhibentur ad quæstiones de proprio ad aliud, 220, 4; iisdem quatenus eadem sunt, eadem inesse, vel non inesse debent, 226, 17; e locis de eo considerandum est an de quo nomen verum est, de eo etiam vera sit definitio, 235, 35; non secundum id de se invicem prædicantur τὰ πρός τι, 251, 23; quomodo ex eo dijudicetur, an res duæ numero idem sint, 256, 6; problemata de eo omnium facillime evertuntur, difficillime adstruuntur, 260, 42, 46; unico tantum modo refelli possunt, cetera vero problemata duobus, 260, 48; ex locis de eo etiam de reliquis problematis argumentari licet, non vero vice versa, 260, 24; universale facilius refellitur quam adstruitur, particulare contra, 260, 8; ejus non est syllogismus, 282, 33; nec refutatio, 282, 31; quomodo a consequenti differat, 283, 4; in laudatione sumenda sunt ac si consulto facta essent, 331, 43.

Accidentia propria (τὰ κατὰ συμβεβηκὸς ἴδια); demonstrationis ope investigantur III, 431, 16 s.

Accidentia per se (τὰ συμβεβηκότα καθ' αὑτά); quidnam II, 533, 42 ss.; eorum non est definitio, 155, 15; quæritur an ea quoque spectet speculatio II, 489, 18; II, 491, 38 s.; ejusdem generis, id est de eodem subjecto spectat omnis scientia demonstrativa II, 491, 31 s.; omnia igitur eadem spectaret scientia, si omnes substantiæ ad eandem pertinerent II, 491, 30; argumenta quæ probare videntur ea non ad eandem scientiam pertinere ac substantias II, 491, 43 ss.; argumenta quæ contrarium probare videntur II, 491, 45 ss.; ad easdem scientias pertinent ac causa movens et causa formalis, sive hæc ad eandem pertineant, sive non II, 491, 35 ss.; de iis demonstrant mathematicæ scientiæ II, 491, 42; ea de genere subjecto manifestat demonstratio, 128, 39; ea non sumunt mathematica, 133, 33; multa unicuique rei sunt II, 614, 13 s.; non solum ad earum causas investigandas multum confert substantiæ cognitio, sed etiam vice versa III, 432, 5 s.; quæcumque de iis nihil docet definitio, vane ac dialectice dicta est III, 432, 15 ss.; ex iis causæ non petendæ sunt III, 224, 32 s., ante causas exponendæ sunt III, 227, 42 ss.; æterna esse possunt II, 533, 45; non per se, sed de particularibus simpliciter dicuntur II, 522, 11.

Accidentia non per se (σ. μὴ καθ' αὑτά); circa ea non est scientia demonstrativa, 128, 10; licet iis non inesse, 128, 12 ss.

Accidentia communia (συμπτώματα); de iis disseritur IV, 298, 30 ss., quid ita vocetur, *ibid.*

Accipiter (ὁ ἱέραξ); avis III, 30, 12 s.; igitur admodum parvum lienem habet III, 30, 10 ss.; fel modo jecori applicitum, modo ad intestina porrectum habet III, 31, 3 s.; calidum ventriculum habet atque ea propter exiguum lienem III, 265, 13 ss.; uncos ungues habet III, 110, 17; III, 150, 33; III, 366, 46 s.; quatenus iis similis vel dissimilis cuculus III, 110, 17 ss.; fere non conspiciuntur quo tempore cuculus canit III, 110, 13 ss., 23 ss.; perperam tamen eos in cuculos mutari putant III, 110, 11; interdum cuculum devorant III, 110, 26; media magnitudine aves sunt III, 109, 42 s., igitur viginti dies incubant, *ibid.*; minor accipitre catarrhactes est III, 182, 28; eorum genus in prræruptis et remotis saxis nidificat III, 110, 37 s., cf. III, 181, 44 s.; eorum pulli valde pingues et suavi carne fiunt III, 110, 36 s.; carnivori sunt atque parvas aves devorant III, 169, 27 s.; eorum causa volutabrum spina vel alia quadam re consepiunt aves graves III, 179, 43; crudivori sunt III, 181, 45; avium quas capiunt cor non devorant III, 181, 45 ss.; æstate minus venantur quam hieme III, 182, 1; alii columbas solummodo humi sedentes adoriuntur III, 190, 8 ss.; alii nonnisi arbori aut alii cuidam rei insedentem III, 190, 10 ss.; alii volantem tantummodo III, 190, 12; aiunt columbas hæc eorum genera a se invicem distinguere III, 190, 14 s.; quænam eorum genera III, 150, 33 ss.; eorum non pauciora quam decem genera esse contendunt aliqui III, 190, 6 ss.; omnia eorum genera mixta et adulterata sunt III, 188, 20 ss.; ad diversam speciem pertinentes secum invicem coire dicuntur III, 366, 47 s.; in quanam parte Thraciæ cum venatoribus societatem inierint III, 190, 18 s.; IV, 96, 36 ss.; quomodo ibi una cum venatoribus aves capiant III, 190, 20 s.; iis partem prædæ impertiunt hi venatores III, 190, 28 ss.; ad eos referuntur qui oculis mobilibus et acutis sunt IV, 13, 44 s.

Accipiter Ægyptius; minores quam Græci III, 169, 25; idque quare III, 169, 27 s.

Accipiter fringillarius (σπιζίας); peculiare genus III, 190, 5.

Accipiter palumbarius (φασσοφόνος); peculiare genus III, 190, 3; eum magnitudine æquat cymindis III, 182, 38.

Accipiter rubetarius (φρυνολόγοι); peculiare genus III, 190, 5; quovis cibo contentus est et prope solum volat III, 190, 5 s.

Acclive (τὸ ἄναντες, τὸ σιμόν); eodem modo se habet ad declive, quo actus rei mobilis ad actum rei movere valentis II, 275, 36; II, 595, 50 s.; cur contra ea difficilius ambulemus IV, 151, 14 ss.; quare ingressus per ea sudorem magis moveant et respirationem magis impediant quam per declivia IV, 126, 3 ss.

Accolæ (περίοικοι) ubi multi sunt, ibi quoque adesse debent nautæ, 608, 20.

Accrescere quod potest (τὸ αὐξητόν); quatenus in sese habeat principium motus, quatenus non II, 427, 49 ss.; si moveatur, quatenus accrescere potest, ad magnitudinis excessum movetur II, 427, 43 s., 52; in quantitatis categoria movetur II, 427, 45 s.

Accretio (αὔξησις) (*aliorum de ea sententiæ*); quomodo eam fieri censeat Leucippus II, 448, 45, cf. II, 451, 23 s.; secundum Empedoclem nonnisi appositione fieri potest etiam si non revera ita fieri videatur II, 460, 27 ss.; de ea verba non fecit Plato II, 434, 16; de ea excepto Democrito, nemo aliquid protulit quod mentione dignum sit II, 434, 20; sic eam plerique similis accessione fieri putant II, 434, 22; eam alii simili fieri censent III, 449, 51 s.; alii contrariis iis quæ alterum ex altero augentur II, 449, 53 s., cf. 43 ss.; idque ambo partim recte, partim non recte III, 450, 12 s.; ea conantur probare inane revera esse II, 292, 52; refutantur II, 294, 3 ss.; ostenditur quæstio quam de ea movent inanis assertores quadruplex non simplex esse II, 294, 7 s.; eam nonnulli igni tanquam causæ tribuunt idque quare III, 449, 29 ss.; ejus tantummodo causa adjuvans ignis est idque quare III, 449, 34 ss.; eam tollit qui omnia partim semper quiescere, partim semper moveri putat II, 347, 14.

Accretio; motus genus est, 23, 9; 190, 27; III, 436, 24; motus localis species est II, 292, 37; motus est ad perfectam magnitudinem tendens II, 310, 51; altera species est motus secundum quantum *ibid.*; II, 440, 40; est magnitudinis quæ in quopiam est, augmentatio II, 442, 10 s.; ejus principium supra II, 390, 41; æquabilis non est II, 307, 3; in loco fit III, 436, 27 s.; ea, quod movetur corpus, per se in loco est II, 291, 14; esse nequit sine motu continuo quem movet primum movens II, 357, 8 ss.; probatur ex corpore fieri non posse, ita ut accretionis materies inseparabilis sit II, 442, 23 ss.; nec ita ut aer ex aqua fit, mole aucta II, 442, 26 s.; si fiat e materie quæ potentia

quidem corpus et magnitudine est, actu vero utrisque caret, hæc materies vel seorsum erit vel in alio corpore II, 441, 25 ss.; probatur utraque hac ratione fieri non posse II, 441, 30 s.; probatur etiam fieri non posse ex hujus modi materie inseparabili II, 441, 43 ss.; ejus materies infinita esse posset, si corpore ac magnitudine careret II, 441, 40 s.; ejus materies si inseparabilis est, numero quidem eadem erit ac res quæ augetur, definitione vero non eadem II, 441, 44 s.; vel materie corpore carente fieri debet, vel corpore II, 442, 20 s.; quomodo se habeat ejus subjectum II, 558, 35 s.; in ea nihil interest inter augens et id quod augetur II, 336, 37; a rebus ambientibus pendet II, 355, 20; nec sine prægressa alteratione, nec igitur sua latione fieri posse probatur II, 356, 25 ss., cf. II, 356, 45 s.; ea moventur animalia dum quiescunt, nec se ipsa movent *ibid.*; secundum formam in qualibet parte simul fieri potest, secundum materiem non potest II, 443, 23 ss., cf. 35 ss.; semper fit contrario II, 443, 39; fit re quæ potentia id est quod accrescit II, 443, 44; in ea actus ejus quo res augetur interire debet, antequam illud in formam abeat rei quæ augetur II, 443, 45 s.; eodem modo fit quo ignis res cremabiles simulac eas tangit in substantiam suam convertit II, 443, 50 ss.; in ea simul esse debent res quæ augetur et res qua accretio fit II, 443, 53; ejus terminus est perfecta magnitudo propriæ naturæ congrua II, 332, 41; ejus, postquam perfectum est, sibi ipsum causa est animal III, 520, 37 s.; initio vero apud id ab alio et per alia fit III, 520, 40 ss.; cum apud singula generationi obnoxia, tum alioquin generatione posterior est II, 357, 15, 27; ideoque et latione II, 357, 29 ss.; ei contraria imminutio, 23, 32; a generatione et ab alteratione differre probatur non solum re circa quam fit mutatio, sed etiam ratione qua fit II, 441, 4 ss.; quæritur quatenus mixtioni similis sit II, 443, 48 s.; æque animalibus ac plantis competit III, 449, 33; sine ea alimentum habere nequeunt animalia III, 504, 8 s.; melius per somnum fit III, 504, 3 s.

Accretiones; sibi invicem contrariæ non esse videntur ut naturales et præter naturam II, 316, 23 s.; attamen exstant quædam violentæ quæ contrariæ sunt naturalibus II, 316, 32.

Accretio et deminutio (αὔξησις καὶ φθίσις); eam concretioni et disjunctioni tribuunt atomorum assertores II, 364, 8 ss.; refutatur eorum opinio II, 451, 22 ss.; uno nomine conjunctim enuntiari nequeunt II, 274, 1; motus species II, 289, 7; in ea fit mutatio II, 289, 8; motus secundum quantum est II, 335, 8, II, 600, 37 s., cf. II, 320, 50 ss.; mutant quantum II, 357, 41; ideoque id quod movetur magis ab essentia dejiciunt quam latio II, 357, 39 s.; fiunt, ubi quanti contrarietatem continet materies III, 528, 43 s.; eas aliquatenus tantummodo, non simpliciter motus vocamus II, 364, 19 ss.; motus secundum eas pendet ab anima vegetativa III, 471, 36 s.; igitur hunc motum habent plantæ et animalia omnia III, 471, 35 s., cf. 24; in iis locum mutat magnitudo, ita ut sine latione fieri nequeant II, 356, 45 s.; eas necessario comitatur motus secundum locum II, 441, 12; sunt mutatio circa magnitudinem II, 441, 7 s., 23, cf. II, 442, 43; est mutatio ab eo quod potentia est ad id quod actu II, 441, 9; in iis eadem manet substantia et subjectum II, 433, 16, 31, cf. 3; continenter fieri nequeunt quia inter eas exstat intermedium II, 346, 31; eorum termini sunt contraria II, 332, 40; eorum termini sunt magnitudo et parvitas vel magnitudinis perfectio et imperfectio II, 358, 1 ss.; æquales vel inæquales esse possunt II, 314, 17; in iis tria obtinere debent, quibus absentibus, revera non amplius exstant accretio et deminutio II, 442, 36; nempe quælibet pars rei quæ augetur vel deminuitur augeri vel deminui debet II, 442, 18; 35 s.; II, 443, 15; II, 451, 23; augeri vel deminui debet id quod augetur vel deminuitur, accedente vel decedente aliquo II, 442, 19, 38; II, 443, 14; perstare atque manere debet id quod augetur vel deminuitur II, 442, 38 s., 41; II, 443, 13; in iis quoque fit transitus a potentia ad actum II, 600, 44; ad eas nihil conferunt color, sonus et odor III, 474, 34 s.; eas efficiunt calidum et frigidum quæ cibis continentur III, 483, 24 s.; sine nutritione fieri nequit III, 449, 16 s.; pendent igitur ab anima III, 449, 18 s., 28; quæ præter has nulla alia munera habent, somno et vigilia carent idque quare III, 501, 1 ss.; unica plantarum munera sunt III, 501, 3.

Accumbere (ἐγκατακεῖσθαι); cur laboriosius in planis quam in concavis accumbamus IV, 145, 1 ss.; cur libenter in sinistrum latus IV, 152, 19 ss.

Accubitus; de eo problemata IV, 151, 21 ss.

Accuratio (ἀκρίβεια); aliis placet, alii eam ægre ferunt idque quare II, 488, 16 ss.; in contractibus illiberalis esse videtur II, 488, 19; in omnibus disputationibus æque postulari nequit II, 2, 10; II, 7, 22; II, 15, 46; eadem postulari nequit in rebus quæ rationibus disputantur ac in iis quæ sensui patent, 609, 23.

Accusatio (κατηγορία, κατηγορικόν); quidnam, 422, 5; species orationum civilium, 413, 16; pertinet ad genus judiciale, 422, 2; in eam inprimis quadrant probationes, 424, 14; quibusnam animi vel corporis vel sensuum affectibus in ea uti possimus, 424, 48 ss.; in ea consentaneum ex hominibus petimus, idque quomodo, 425, 22, ss.; quomodo ordinanda sit in oratione judiciali exponendum est, 448, 9; in ea eadem prooemii ratio est ac in defensione, 451, 15; quomodo in ea se habere debeat confirmatio, 449, 46 ss.; quænam in ea post confirmationem sint exponenda, 451, 6; quomodo conflandæ sint in vituperatione, 447, 46; communibus utendum est, si apud vulgus fiat vituperatio, 448, 5.

Accusatio injusta; consulto plerumque fit IV, 263, 22 s.

Accusatio et defensio; sæpe insunt orationibus concionalibus, sed non quatenus deliberatio sunt, 401, 47.

Accusator (ὁ κατηγορῶν); semper melior esse vult reo, 376, 45; spectantes ea quæ rei ipsi insunt, accusant, 374, 18; quidnam dicere debeat, ubi adversarium de improbitate criminari vult, 422, 10; quidnam ubi de stultitia, 422, 13; sedulo distinguere debet quibus injuriis leges pœnam infligant, quibusnam judices, 422, 17; quidnam ei dicendum sit, ubi lex pœnam infligit, 422, 20; quidnam ubi judex, 422, 23; quidnam ubi adversarius perhibet reum per errorem aut infortunium deliquisse, 422, 29; in universum ostendere debet rei facinora multorum malorum causas fuisse, 422, 23; in peroratione crimen inferre debet et quare, 403, 16, 20; inquirere debet quanta adversario insint eorum quorum causa injuriam inferunt, 333, 23; eum ab omnibus desertum esse et injuria premi dicere debet juvenis pro alio crimen inferens, 449, 26; an vel ipse vel ejus propinqui eidem crimini obnoxii sint, spectandum est defendenti, 404, 36; item utrum alios accusaverit, an ipsum alii, qui tamen innocentes reperti sunt, 440, 41; eum recriminari debet defendens, 404, 43, v. etiam *Crimen;* in nullo versatur periculo, 433, 4; meliores partes tert IV, 262, 17; cur injustior judicari debeat quam reus, IV, 263, 46 s.

Acelga; herba et olus IV, 25, 35.

ἀκηράτου, 413, 3.

Acerbitas (πικρότης); ad tertium qualitatis genus pertinet, 14, 4; medicamenta comitatur idque quare IV, 116, 28 s.; (πικρία); species iracundiæ II, 245, 29; sermonis (πικρολογία); sequela iracundiæ II, 245, 34.

Acerbum (πικρόν); inter dulce et amarum medium tenet III, 458, 35 s.; III, 483, 44 s.; cur ad ea vinum aut aqua epota dulcior videatur IV, 228, 5 ss.

Acerbi humores; quare prius res inficiendas colore iis humectent IV, 228, 10, 13 ss.

Acerbum (λυπηρόν); omne violentum est II, 199, 33; animæ malum videtur II, 206, 17.

Acerbi (πικροί); quinam II, 48, 4; II, 196, 33; cessant repensa injuria II, 48, 5; id ubi facere nequeunt, onus retinent II, 48, 7; nemo iis persuadere potest quia latet eorum onus II, 48, 8; et sibi et amicissimis molestissimi sunt II, 48, 10; ulciscendi causa injusti sunt, 333, 15.

Acervus (σωρός); quando ut is se habent partes, actu in loco sunt II, 291, 13.

Acetabulum; (κοτυληδών) quidnam III, 11, 17 s.; post coxam venit III, 45, 29, s.; rotundum, stolidi signum IV, 5, 14.

Acetabula (κοτυληδόνες); venarum terminis imposita sunt III, 366, ss.; ad ea pertingit atque iis adhæret umbilicus III, 142, 19 s., cf. 38.; III, 365, 50 s.; iis appensus est fœtus in animalibus ea habentibus III, 37, 49; in iis in gratiam fœtus deponitur sanguineum alimentum III, 366, 7 s.; hinc mammis comparantur III, 366, 9; pustulæ vel inflammationi similia sunt, idque quare III, 366, 9 ss.; dum parvus est fœtus, majora ac manifesta sunt, idque quare III, 366, 11 ss.; minora fiunt ac concidunt grandescente fœtu ac perfectionem appetente III, 142, 34 ss.; III, 366, 5 s., 13 s.; evanescunt fœtu perfecto III, 366, 6 s.; quænam animalia ea habeant III, 37, 43; III, 365, 46; quænam iis careant III, 366, 14 ss.; iis prædita multas ac confertas in utero habent venas III, 365, 49.; iis vero carentia unicam habent venam per uterum pertendentem III, 365, 48; III, 366, 16 s.; causa non sunt cur uno plura simul condantur concepta III, 404, 37; attrahere valent ac retinere quæ receperint, nec nisi invita emittunt, si mulier post insomnium venereum primum sicca sit et dein humectetur III, 212, 8 ss.

Acetabula (*molluscorum*); quæ in pedibus habent mollusca comparantur texturis quibus medici antiqui digitos indebant III, 287, 53 ss.; quomodo eorum ope caruncula et res cedentes comprehendant mollusca III, 288, 8 ss.; unicam eorum seriem in pedibus habet, genus unum polyporum idque quare III, 288, 10 ss.; reliqua mollusca omnia duplicem eorum seriem habent III, 56, 14; III, 288, 10; duplicem eorum seriem in brachiis habent mollusca omnia excepta heledone III, 56, 11 s.; III, 57, 52 ss.; ultimi brachii polypi in anteriori parte spinæ dorsi sita sunt III, 56, 24 s.; ea sub ultimis pedibus habet locusta mas III, 60, 48; ab iis incipiunt duo corpuscula alba quæ in pectore habet idem III, 58, 47.

Acetabula (*piscium cartilagineorum*); v. *Mammis similes partes.*

Acetum (ὄξος); ad aquam potius pertinet idque quare III, 617, 34; III, 624, 20 s.; ex aqua fit idque eodem modo quo e die nox II, 562, 36 s.; igitur ejus materies secundum privationem et interitum præter naturam aqua est II, 562, 30 s., 35 s.; e vino fit II, 562, 34; vini quædam concoctio IV, 317, 19; vini caliditatem amisit, putredine vero aliam assumpsit fr. 203, a; vinum fieri nequit nisi prius in aquam mutetur II, 562, 39 s.; calefacere valet IV, 283, 25; quamobrem putredinis expers IV, 328, 19 s.; e vermibus quæ in ejus fæce gignuntur fiunt culices III, 95, 16 s.; cur non fiat vinum album IV, 328, 32; vino additum non sentit vinolentiæ deditus II, 220, 31; cur melli, sal vero oleo congruat IV, 328, 24 ss.; cur finem imponat singultui IV, 280, 35 ss.; IV, 283, 25 s.; IV, 300, 17 s.; carnem non mordet sed interiorem partem, idque quare IV, 276, 20; pro medicamento est IV, 276, 28; quamobrem inprimis æs et ferrum inficiat IV, 328, 21; quare si quis subantium suum pudendis affuderit, aliquantisper cessent IV, 318, 18 ss.

Acetum mulsum (ὀξύμελι); eo tritum alicæ granum comeditur idque quare IV, 292, 10 s.; eo suavius est vinum idque quare IV, 212, 41 s.

Achæi; iis olim bellum intulerunt Thessali, 511, 20; Troja redeuntes in locum ad mare Tyrrhenicum veniunt fr. 298, b; ibi sedes locare coacti sunt facinore mulierum Trojanarum fr. 298, b; quare iis in Tenedo succensuerit Achilles, 381, 54; circa Pontum, etiamsi humana carne vescantur, tamen fortitudine non excellunt, 627, 17; II, 81, 24; cum Trœzeniis Sybarim condiderunt, sed postmodum eos ejecerunt, 568, 5.

Achaia; quo tempore ibi locum habuit terræ motus, apparuit cometa III, 559, 21 s., cf. *Cometa qui apparuit quo tempore Helice et Bura dirutæ sunt*; terræ motus ibi et inundatio simul acciderunt III, 565, 38; idque quare *ibid.*; vehementissimi ibi terræ motus fiunt idque quare III, 592, 36 s.

Achaica; Minervæ cognomen IV, 94, 29.

Achaici portus; plurali numero dictum pro Achaicus portus, 391, 49.

Achainæ dicti cervi; sub cauda habent aliquid felli simile, idque quomodo se habeat III, 30, 21 ss.; olim captus est cui hedera in cornibus pullulaverat III, 177, 2 ss.

Achane; mensura XLV medimnos atticos continens fr. 282, b.

Acharnas (ὁ ἀχάρνας); inprimis capitonibus vescitur III, 149, 20; æstate laborat ac macrescit III, 163, 41 s.

Achelous; e Pindo oritur III, 570, 6 s.; multis locis cursum mutavit III, 572, 45 s.; regio circa eum vocatur Græcia prisca III, 572, 44 s., v. *Græcia prisca*; inter eum et Nessum inveniuntur leones III, 131, 11; III, 169, 44 s.; eum incolit aper piscis qui sonum edit III, 72, 14; III, 455, 48.

ἀχερωΐς· quænam arbor fr. 140, b.

Achetæ (ἀχέται); cicadarum genus sunt III, 68, 18 ss, cf. III, 72, 3 s.; ita vocant cicadas magnas et canoras III, 100, 15 s., cf. 12; quomodo a tettigoniis differant III, 68, 20 s.; post tettigonia apparent et ante ea intereunt III, 100, 12 s.; quomodo canant III, 72, 3 s.

Achilles; Aspetus vocatus in Epiro fr. 280, b; ejus socius Automedon fr. 315, a; ludum in Patrocli honorem instituit fr. 311, b; primus pyrrhichen saltavit ad Patrocli rogum fr. 265, 6; ejus ingenium inconstans fr. 142, b; ejus epitaphium in Leuce insula fr 312, a; ejus res gestas omnes norunt, 405, 30; ejus causa Peleus II, 603, 25; sive eum laudare, vel vituperare, accusare vel defendere, vel ei consilium dare velis argumenta ex iis petenda sunt quæ ipsi insunt, 374, 22; quænam ei cum aliis heroibus communia sint, 374, 45; quænam propria, 374, 50; homo erat et semideus, 374, 45; Orcum intravit ob virtutis desiderium fr. 334, a; ejus mortem præsagit Hector moriens fr. 35, b; adversus Trojam profectus est, 374, 46; Hectorem interfecit, 374, 50; item Cycnum, 374, 51; omnium natu minimus, nec jurejurando adstrictus adversus Trojam profectus est, 374, 52; e centum viris quinquaginta reliquit, 279, 10; laudatur quia Patroclo opem tulit, etiamsi sciret se moriturum esse, 317, 48; cum eo Hector propter verecundiam pugnam iniit II, 146, 26; II,210, 45; eum recte interfecit Alexander, si Hector jure Patroclum, 376, 23; ei similior Ajax quam Ulysses, 200, 27, 38; propter magnanimitatem iratus, 167, 3, 5; quidnam iratus dixerit, 348, 18; in Tenedo non in cœnam vocatus Achivis succensuit, 381, 54; eum, licet iracundum, tamen bonum fecerunt Agathon et Homerus, 469, 23; eum Homerus prætulit, 324, 38; ejus iræ in Hectorem finem imponere volens quid dixerit Homerus, 351, 17; quare eum leonem vocaverit Homerus, 390, 5; ubi laudandus est, quænam addat Gorgias, 408, 8. ejus et Patrocli epitaphium fr. 312, a; fr. 318, a; ejus templum Tarenti IV, 93, 48

Achilles; secundum argumentum quo probare conatus est Zeno motum non exstare II, 330, 11.

ἄκικυς· 475, 46.

Acidum (τὸ ὀξύ); inter dulce et amarum medium tenet III, 458, 35 s.; III, 488, 44 s.; ubi ei dulce commixtum est, tota mixtio dulcior redditur IV, 190, 16; ubi non amplius sincerum est, sed mixtione ad proportionem reducitur, jucundum evadit III, 463, 49; alimento additur ad retrahendam dulcedinis altricem facultatem nimiam III, 483, 35 ss.; ea nec naturaliter, nec absolute jucunda sunt II, 87, 46; nec voluptates II, 87, 46; quando iis delectemur II 87, 45; iis solis adsidet culex III, 71, 16; ea ubi edentes adspicimus quare dentes stupeant IV, 153, 16 s.

Acidus sapor; vini est putredo IV, 328, 7.

Acies; in fugam versæ et dein consistenti comparantur animi habitus, 171, 2; in ea si quis adstantem deserat, refertur ad ignaviam II, 54, 19.

Acini racemorum (αἱ τῶν βοτρύων ῥάγες); ex iis provenit vini sedimentum IV, 326, 33; quomodo colorentur III, 645, 7; dulciores vindemiati quam non vindemiati IV, 218, 51 ss.; in iis restant vestigia caloris solaris fr. 204, b; iis carent uvæ si quis medullam e sarmentis exemerit IV, 326, 31 ss.; quare si integri devorentur crudi rursus excernantur IV, 295, 15 ss.

ἀκολαστότατα· fr. 347, a.

Acquirendi vel possidendi scientia (ἡ κτητική); pars est rei domesticæ, 484, 47; æque a scientia herili ac a servili differt, 488, 20; ad justam pertinent ars bellica et ars venatoria, 488, 21; exstat ejus species quæ naturaliter viris competat domus vel reipublicæ administrandæ peritis, 489, 44; 490, 2; ejus exstat quoque aliud genus quod inprimis jure vocant pecuniariam artem, 490, 5.

Acre (τὸ δριμύ); inter dulce et amarum medium tenet III, 458, 35 s.; III, 483, 44 s; quodque carnem non mordet sed interiorem partem, idque quare IV, 276, 20 ss.; ea si quis edat, sitiet II, 537, 6, s.; cur ab iis tardius repleamur quam a dulcibus IV, 226, 25 ss., 36 ss.; non valde nutriunt sed multum excrementi habent IV, 226, 43 s.; nonnulla augent copiam humoris quem voluptate coitus ad summam evecta excernunt mulieres III, 338, 50 s.

Acriores; quare cum convalescentes, tum irati, tum dolentes sint IV, 155, 7 ss.

Acrimonia (τὸ δριμύ); a caloris copia fit IV, 291, 20; contra eam mel commendant IV, 291, 20.

Acroatici libri; editi et non editi sunt idque quare fr. 326, a.

ἀκρόπολις· 412, 16.

Acropolis Athenarum; v. *Athenæ.*

ἀκροκώλια· v. *Trunculi.*

Actio (ἐνέργεια); habitu præstat II, 145, 27; ideoque et virtute II, 145, 23; II, 207, 24; præferenda consilio II, 207, 28; ea laudabilius consilium II, 207, 29; optimum est II, 229, 45; præferenda est II, 229, 39; ei eadem ratio quam operi II, 229, 40. Cf. *Actus.*

Actio (πρᾶξις); motus est II, 195, 12; II, 198, 34; ejus notio non adeo late patet ac notio movendi II, 445, 26; omnes comitatur motus II, 490,14; usus est et operatio II,193, 6; differt ab effectione, etiamsi ambæ instrumentis egeant, 485, 16; II, 68, 20, 35; II, 69, 11; nec effectione continetur nec eam continet II, 68, 23; in omni inest excessus et defectus et medium II, 195, 10; per accidens quantum est, 7, 53; particularia spectant II, 25, 13; II, 70, 48; II, 468, 31; patienti inest non agenti III, 463, 11 s., 20; quidnam ejus terminus II, 528, 20 s.; exstat minimum tempus in quo unaquæque fieri potest II, 396, 38; sine ea generatio fieri nequit II, 305, 37 s.; absunt a re mathematica II, 272, 38; omni cui est etiam peculiare opus est II, 6, 37; notione facultatibus priores sunt III, 448; 27 ss.; eas tunc inprimis scire dicimur ubi causam moventem cognoverimus III, 490, 47; sine robore fieri nequit III, 503, 42 ss.; ejus principium est ultimum III, 472, 27; necessario ex uno proficisci debet II, 444, 34; ostendit non omnia necessitate fieri, 29, 29, 46; ea gaudent stellæ æque ac animalia et plantæ II, 401, 36, 50; perfecta vel mala fieri nequit sine intellectu et moribus II, 67, 26; ea carent feræ II, 67, 11; animalium ab affectibus pendent plerumque III, 206, 24 s.; interdum tamen et eas secundum mores mutant III, 206, 25 s.; aliæ omnibus animalibus communes sunt, aliæ quibusdam propriæ III, 476, 4 s.; quæ penes hominem sunt fieri vel non fieri possunt II, 199, 1; earum nos eodem modo quo liberorum principium et causam hominem esse putant nonnulli II, 29, 11; exstant quædam quæ non penes nos sunt, etiamsi cogitando fiant II, 202, 49; pro partibus animæ a se invicem distingui debent, 618, 10; quænam semper optabiliores, 618, 11; ejus initium est finis cogitationis II, 207, 2; pars est felicitatis quam ex amicitia percipimus II, 236, 12; ei comparatur disciplina II, 540, 19; ad eas obeundas multis rebus opus est II, 125, 52; perpetua difficilis est ei qui solus degit II, 113, 12; facilior ei qui cum aliis vivit II, 113, 13, v. *Munera* et *Negotia.*

Actio (*de ejus fine*): finem habet II, 377, 18; ei nullus alius finis est nisi actio perfecta II, 69, 14, cf. II, 67, 31; in unaquaque finis bonum est II, 5, 45; suum quæque habet bonum II, 5, 40; quæ extremum habent, eæ omnes fine carent II, 568, 25; ideoque actio non sunt, aut non perfectæ II, 568, 29; aliarum usus solus finis est, aliæ præterea aliquid faciunt II, 570, 46 ss.; illarum actus simpliciter finis est, harum magis quam potentia II, 570, 50; illæ in opere quod fit, hæ vero in agente sunt II, 570, 52 ss.; quarum finis motus est, in iis non agimus ut agendi potentiam nobis comparemus II, 570, 38 s.; earum finis in ipso agendi cardine est II, 24, 35; aliarum rerum causa fiunt II, 28, 24; omnes voluptatibus et molestiis dirigimus, alii magis, alii minus II, 17, 18; multum ad eas confert utrum recte an male gaudeamus et molestemur II, 17, 22; semper cum voluptate sibi propria conjuncta est II, 171, 6 s.; semper duobus rebus consistit, nempe cujus gratia et hujus gratia II, 402, 3 s.; ejus causa movens, sed non cujus gratia fit consilium est II, 67, 22; eo constat ut e rebus nobis bonis quæ simpliciter bona sunt, nobis faciamus bona II, 540, 19 s.; sine ea bonum possidet, id quod optime se habet

II, 401, 38; II, 402, 2, 8; ad eas nihil confert idea boni II, 190, 18; omnibus commune est quod secundum rectam rationem fieri debeat II, 15, 40; suas homo generat, idque e quibusdam principiis II, 140, 37; earum principia consilium, voluntas et recta ratio II, 140, 47 s.; mutantur, idque sponte II, 140, 41, 44, 49; ideoque et earum principia II, 140, 44, 50; in ea sectanda sunt necessarium et consentaneum, 463, 38; 464, 3; 469, 4.

Actio (*quid ad habitum conferat*) : iis definitur habitus II, 42, 35; alio modo voluntariæ ac habitus II, 31, 23; quæ singula quaque occasione peraguntur ad has ipsas actiones proclives reddunt II, 30, 16; qui ad aliquam se exercent probant habitus ex agendi assiduitate acquiri II, 30, 17; ab iis pendet quales futuri sint habitus II, 15, 39; unicuique ei familiares gratæ sunt II, 93, 20; quæritur an plus ad virtutem conferant quam consilium necne II, 125, 50.

Actio (*quatenus eam spectet ars scientiave*) : ad eam non pertinet ars II, 63, 36; ab iis incipienda artis moralis pertractatio II, 15, 38; eas quæ spectant nihil stabile habent, præsertim si singulatim pertractentur II, 15, 47, 49; singulas quæ spectant, nec sub artem nec sub præceptionem ullam cadunt II, 15, 50; ubi de iis disputatur, dissertationes universales inanes, particulares vero veriores sunt, idque quare II, 20, 42; eas quæ spectant quæstiones non magis definitæ sunt quam res circa quas versantur II, 105, 28, 50; ex iis argumenta petenda de optabili, 201, 42; eas imitatur saltatio, 457, 22.

Actiones et affectus (πράξεις καὶ πάθη); circa eos versatur virtus moralis II, 16, 43; II, 19, 42, 50; omnes comitatur voluptas vel molestia II, 16, 44; morum sunt indices IV, 209, 22 s.; iis inest excessus et defectus II, 19, 42, 49; nonnullis deest medium ideoque et excessus et defectus, idque quibusnam II, 20, 20 ss., 36; quibusnam laus tribuatur II, 134, 19; honesti et inhonesti ratione habita non per se, sed ex fine diversæ sunt, 617, 44; quæ honores aut opes tanquam finem sibi proponunt absolute pulcherrimæ sunt, idque quare, 616, 8; circa ipsas rebus ipsis majorem fidem habent quam verbis II, 116, 43; ex iis petitur laudatio, 331, 39, 46; eorum qui magna mala perpessi sunt, misericordiam movent, 359, 40; e dissidentibus quomodo petantur enthymematum argumenta, 379, 37; breviter proponendæ sunt, ubi adolescentis animi dotes laudare inchoas, 447, 12; item ubi viri, 447, 33; in hominum inquirimus in oratione inquisitoria, 453, 49; 454, 13.

Actiones alienæ (ἐκείνων πρ.); eas melius contemplari possumus quam nostras II, 113, 5.

Causa movens (ἡ τῆς κινήσεως αἰτία, τί πρῶτον ἐκίνησε, ὅθεν ἡ τῆς κινήσεως ἀρχή); ejus rationem habuerunt naturæ scrutatores, etiamsi indeterminate III, 414, 40 s.; ut eam agnoscerent a rerum natura coacti sunt philosophi antiqui II, 473, 2 ss.; idque quinam II, 479, 1; ejus rationem habuisse videntur quicunque amorem vel cupidinem tanquam principium considerant II, 473, 45 s.; II, 479, 1 ; igitur et Hesiodus et Parmenides II, 473, 44, 46; eam omnium primum tetigere Eleatæ II, 473, 12 ss.; eam solus Eleatarum perpexisse videtur Parmenides idque quatenus II, 473, 20 ss.; facilius de ea disserere possunt qui plura quam qui unicum agnoscunt principium II, 472, 23 ss.; ejus consideratio nonnullos Eleatas permovit ut unum immotum esse arbitrarentur II, 473, 15; eam primus in duas oppositas diremit Empedocles II, 474, 36 ss., cf. II, 477, 1, 5; II, 480, 19 ss.; eadem quæ causa externa II, 602, 32, cf. II, 603, 17; elementum non est sed principium et substantia II, 602, 33; opponitur igitur causis insitis II, 602, 31; in alia re alia est II, 602, 36 s.; omnium causarum prima, utpote aliud alio movens II, 602, 37; ab ea distinguenda causa movens universalis II, 602, 45; ei opposita est causa finalis II, 490, 49; causæ finali opposita est II, 471, 49; in rebus naturalibus eadem quæ causa formalis II, 602, 40 s.; in rebus ab intellectu pendentibus eadem quæ forma aut quæ privatio II, 602, 41 s.; medium esse probatur, 161, 37; in ea prius fit medium eoque a causa finali differt, 162, 14; ejus exempla II, 264, 17, 48; notionem et formam continet III, 344, 41; igitur meliorem et diviniorem habet naturam quam materies III, 344, 40 s. 44 s.: interdum idem esse potest quod materies II, 610, 15; earum essentia differt II, 610, 16; in re naturali specie eadem est ac causa formalis et causa finalis II, 269, 38; eam præcipue spectamus, ubi generationem investigamus II, 269, 47; ejus ratio intercedit inter propositiones et conclusionem II, 270, 6; ab ea pendet quod ex eadem materie diversæ res fieri possunt II, 561, 36 s.; non vero quod quarundam rerum necessario diversum est II, 561, 39; si et ipsa et materies eadem sunt, res facta diversa erit II, 561, 42 s.; sine ea generationis vel essentiæ causa esse nequeunt ideæ II, 483, 29 s.; II, 617, 10 s.; de ea nihil docent ideæ II, 484, 32, cf. II, 479, 5 s.; circa generationem naturalem constat III, 219, 9 s.; competit omnibus rebus generationi obnoxiis III, 414, 43 ss.; sine ea recte intelligi nequeunt ortus et interitus II, 473, 4 s.; e numeris unum facit II, 610, 49 s.; item e corpore et anima, *ibid.*; item e forma et re II, 610, 50 s.; immobilibus non competit II, 490, 9; modo intra rem cujus causa est continetur, modo extra eam est III, 333, 29 ss.; causa est cur quod potentia erat, actu sit in rebus generationi obnoxiis II, 563, 16 ss.; igitur et causa est cur res unum sint II, 563, 46 s.; probatur in infinitum abire non posse II, 486, 42 ss.; id est a quo mutatio fit II, 601, 19; ea fit mutatio, ortus et interitus III, 576, 15; ejus ope interdum respondetur quæstioni *quapropter* II, 557, 15; idque in rebus quæ fiunt et intereunt II, 557, 16 s.; ab ea pendent apud nonnulla animalia partium corporis affectus III, 414, 33; omnium partium corporis in libb. *de Gener. animal.* enarratur III, 319, 14 s., cf. III, 430, 38; rerum singularium diversa est, sed universali notione eadem II, 608, 31 s.; probatur scientia ad eam pertinens sapientiæ nomine digna esse II, 490, 47; non constat an ad eandem scientiam pertineat ac causa formalis, ad quam scientiam forsitan etiam pertinebunt accidentia per se II, 491, 35 ss.

Causæ moventes; tanquam antea factæ exstant II, 601, 41; iis partim non est eadem materies, partim ne species quidem eadem II, 603, 14 s.; alio modo inter se vel a reliquis causis differunt quam potentia vel actu II, 603, 18.

Causa necessaria (διὰ τί ἡ ἀνάγκη, τὰ αἴτια ἐξ ἀνάγκης); eam non recte exponunt qui rerum æternarum causam dari non posse censent III, 361, 2 ss.; æque rebus naturalibus competit ac causa finalis III, 430, 21 ss.; qui ejus tantummodo rationem habet idem facit ac si apud hydropicos non propter sanitatem, sed propter cultellum aquam emitti diceret III, 430, 29 ss.

Causæ proprie sic dictæ; et inter se et cum accidentibus complicantur II, 265, 24 s.; II, 516, 17.

Causæ quæ non simul sunt cum eo cujus causæ sunt: earum investigatio a præteritis incipienda est, 163, 3 ss.: in iis medium et primum immediata esse debent, 163, 38; in iis incipiendum est a *nunc*, 163, 49.

Causæ quattuor; ad nullam earum pertinet locus II, 286, 13.

Causæ summæ (ἀκρόταται αἰτίαι); ad naturam aliquam pertinent, id est ad ens quatenus ens est II, 500, 7 ss.

καυστόν. v. *Comburi quod potest.*

Cauta (φυλακτικά) animalia; quænam III, 4, 22 s.

Cautio (εὐλάβεια); temperantiæ sequela est II, 244, 39; item ignaviæ comes II, 245, 41; dextre fit IV, 262, 20.

Cavea viminea (πηκταί); ea capiuntur perdices III, 180, 30.

Caveolæ (ἕρκοι); earum ope capitur ascalops III, 186, 13.

Cavernæ; earum figuræ multas mirabilesque efficiunt voces IV, 240, 5 s.; terra effossa in Melo rursus compleri dicuntur IV, 81, 19 s.; eas quænam animalia subeant III, 3, 54; quæ eas incolunt animalia, alta esse nequeunt III, 316, 52 s.; eas incolunt omnia vel pleraque animalia exsanguia pedibus prædita III, 316, 51 s.; eas magis quam animalia vivipara incolunt quadrupedes oviparæ III, 263, 49 ss.; pleræque quadrupedes oviparæ eas incolunt, idque quænam III, 316, 23 ss.; III, 317, 9 s.; quo facilius eas subeant quadrupedes oviparæ eas incolentes crura in latus flectunt III, 316, 27 s.; aliæ quadrupedes oviparæ eas partus gratia subeunt, aliæ per totam vitam III, 317, 11 s.; eas incolunt serpentes et quadrupedes oviparæ III, 296, 4 s.; eas incolunt serpens et vulpis III, 174, 33; eas incolit trochilus III, 182, 11 s.; eas incolunt cancri III, 285, 42; circa eas domicilia exstruit charadrius III, 181, 41 s.; hieme in iis repertæ sunt hirundines latitantes III, 161, 6 s.; item ex iis procedere visi sunt milvi quo tempore apparent III, 161, 8 s.; eas incolunt Pygmæi III, 156, 42.

Cavernosæ regiones (χώρα ὕπαντρος); vehementissimi ibi terræ motus fiunt III, 592, 34 ss.

Cavillantes (οἱ σκώπτοντες); sæpe homines capro ignem sufflanti aut arieti petulco comparant III, 401, 24 ss.

Cavillationes (σκώμματα); rite proferri debent, 389, 49; bene se habent, si nomen cui metaphora vel homonymia inest rite proferatur, 399, 4; ut veræ sint, nec vulgares, rite enuntiari debent, et adesse in quem dicuntur, 399, 18; nisi ambo hæc iis insint, urbana non sunt, 399, 22; quo plura contineant, id est si nomina fuerint translata et metaphora sint probata, et comparatio insit, et contentio et actus, eo magis probantur, 399, 25; quanto brevius in oppositione prolata fuerint, tanto magis probantur, 399, 15; non adhibendæ sunt in vituperatione, 447, 47; iis magis auditorem convincunt et eum quem vituperas lædunt narrationes, 447, 48; speciem et opes respiciunt, 447, 50.

Cavillationes a litera pendentes; quidnam efficiant, 398, 39, 43.

Cavillationes a metro pendentes; quidnam efficiant 398, 40; quo tempore proferuntur, perspicuæ esse debent, 398, 42.

Cavillationes urbanæ (τὰ ἀστεῖα); rite enuntiari debent, 398, 50.

Cavillator (εἴρων); ejus signa IV, 6, 6 ss.

Cavitas (ἡ κοιλότης); forma est II, 551, 30; sine materie sensibili est II, 534, 35 s.; II, 592, 36; ejus pars caro non est, etsi in ea tanquam materie gignatur II, 548, 9; nasi affectus per se est II, 542, 6 s.; nec tamen idem est quod simum II, 542, 17 s.

Cavum (κοῖλον); si communiter accipiatur, idem significat in simo et in varo, sed adjectum aliud de naso, aliud de crure significat, 305, 33; quomodo a simo differat II, 534, 33 ss.; II, 592, 34 ss.; in id quod maxime est, fluxio est III, 577, 26; sonat, idque quomodo et quare III, 454, 29 ss.

Cava; splendore maxime distinguuntur IV, 277, 12; quæ superne sunt insufflationem habent atque spiritu attrahuntur III, 214, 52 s.; in terra facta IV, 239, 45.

Cava et solida (κοῖλα καὶ πυκνά); eorum mutua adaptatione, teste Empedocle, ex ære et stanno fit aliquid utroque durius III, 368, 17 s.; rerum duarum mollium quæ commiscentur, si inter se coaptentur, inde provenit res dura secundum Empedoclem III, 368, 16 s.; hinc seminis equini et asinini sibi invicem adaptari putat, ubi commiscentur ad mulum generandum III, 368, 14 s.; vini et aquæ longe ultra sensum sunt III, 368, 24 s.; igitur eorum mixtionem sibi invicem adaptata efficere nequeunt III, 368, 21 ss.

Cava loca; cur ea habitantes ocius senescant IV, 191, 26 ss.

Cebi (κῆβοι); inter quadrupedes et hominem medium tenent III, 24, 9 s.; sunt simiæ cauda instructi III, 24, 12; III, 25, 5; eorum partes interiores humanis similes sunt III, 25, 6 s.

Cedens (τὸ ὑπεῖκον); divisibile est II, 412, 9; certo quodam modo contundi potest II, 564, 37.

Cedentia (τὰ ἐνδιδόντα); minus quam non cedentia fatigant IV, 145, 8 ss.; ea reticulis acetabulisque quæ in pedibus habent attrahunt mollusca, idque quomodo III, 288, 3 ss.

Cedrinum oleum; quomodo ejus ope conceptionem prævertant mulieres III, 137, 30 ss.

Cedripolis; olim hujus nominis civitas in Thracia erat III, 190, 19; circa locum ubi exstabat, palus invenitur, *ibid*.

Celeres (οἱ ὀξεῖς, οἱ ταχεῖς); in incontinentiam proclives sunt II, 84, 28; parum memores sunt propter humiditatem III, 495, 36 ss.; reminiscentia vero præstant III, 494, 5 s.

Celeritas (τὸ τάχος, τὸ ταχύ, ἡ ταχυτής); duobus modis dicitur II, 574, 39 s., 42 s.; ejus mensura unum est II, 574, 38 s.; in linea recta et circulo non eadem II, 339, 29; nec multo magis in latione et alteratione II, 339, 30; majoris spatii excellit II, 385, 46; pro portione respondet corporis magnitudini, sed inversa ratione II, 414, 51; cui eadem, is motus æqualis est, cui non eadem is inæqualis II, 314, 24 s.; animalibus nonnullis auxilium est ad injurias vitandas III, 254, 19 ss.; e. gr. equis III, 254, 20; item cervis III, 254, 27 ss.; item bubalis et dorcadibus III, 254, 29 ss.; ea qui præstat, plus juris civilis sibi arrogare non debet, 534, 3; qui hac præstat, ei in gymnicis ludis major tribuitur honos, 534, 4; orationis utilis in oratione contentiosa 292, 10.

Celeritas et tarditas; motus species vel differentiæ non sunt, idque quare II, 314, 25 ss.; ab iis interdum pendet motus inæqualitas II, 314, 23.

Celeriter; quidnam II, 299, 51; opponitur *vix* II, 213, 10.

Celerius (τὸ θᾶττον); ad tempus refertur II, 328, 52; semper tempus dividit II, 320, 8; id est quod prius mutatur II, 319, 10; probatur in æquali tempore majus spatium percurrere II, 319, 9 ss., cf. II, 321, 6; II, 339, 19; item in minori minus II, 319, 14 ss.; item in minori æquale II, 319, 21 ss.; II, 339, 20; quidnam moveri dicatur II, 305, 49.

Celeus (κελεός); inprimis scnipibus vescitur III, 151, 20; quanta ejus magnitudo III, 151, 21; quinam ejus color III, 151, 21 s.; arbores vehementer tundit atque in iis vivit III, 151, 22 s.; magnam vocem habet III, 151, 23; in Peloponneso frequentissimus est III, 151, 24; libyo mutuum infert bellum III, 173, 18 s.; quænam loca incolat III, 174, 30; laëdo amicus est III, 174, 29.

Cellula (ὁ κύτταρος); ejus parietibus non in fundo sed a lateribus adhærent fœtura et vermes crabronum et vesparum III, 98, 25, 36 s.; eorundem oblita est quamdiu nymphas continet III, 98, 30; in crabronum e regione fœturæ invenitur quasi mellis gutta III, 98, 31 s.; cum mellis tum sobolis utrinque fenestram habent III, 195, 35 ss.; ideoque calicibus duplicibus similes sunt III, 195, 37; trium ordinum parieti alvearii proximorum parvæ et melle vacuæ sunt III, 195, 38 ss.; fucorum majores sunt quam apum operariarum III, 196, 31 s.; interdum sejunctos fucorum construunt ab apum operariarum III, 196, 32 s.; plerumque tamen iis intermixtæ sunt III, 196, 33 s.; inde etiam utrasque simul resecant III, 196, 34; mortuo rege in apum operariarum generari dicuntur fuci III, 196, 27 s., cf. III, 96, 25 s.; regiæ quot III, 96, 31; paucæ idque in extremo alveario fiunt III, 386, 21 s., cf. *Favi* et *Reges apum*; semper eodem tempore ejusdem generis faciunt apes operariæ frugi omnes III, 196, 47 s.; idque vel ubi in eodem favo cujusvis generis faciunt III, 196, 48 ss.; contrarium faciunt oblongæ III, 196, 52 s.; plenas cera oblinunt apes III, 199, 48, cf. III, 198, 14; quot constent vespeta parva III, 201, 20; quot matricibus destinatæ III, 201, 27 s.; crabronum et vesparum non omnes simul fœturam continent III, 98, 25; quot constet bombyliorum nidus III, 203, 11.

Celtæ; super eos Oceanus adstringit terrarum orbem III, 630, 39; super eos jacent Britannicæ insulæ III, 630, 44; ad eos via Herculea vocata ex Italia protenditur IV, 88, 30 ss.; apud eos maximi æstimatur bellica facultas, 603, 12; nec fluctus nec terræ motus metuere dicuntur II, 32, 41; fluctus armis oppugnant II, 210, 9; infantes paucis indumentis vestiunt, 622, 50; puerorum amorem comprobant, 511, 42; philosophiæ apud eos auctores Druidæ et Semnothei fr. 67, b; apud eos venenum toxicum appellatum reperitur IV, 88, 36 ss.; quod secundum eorum opinionem Alcimachus refert equas facilius concipere mulos, verum non est IV, 324, 32 s.; Romam ceperunt fr. 299, a; eorum populus Germara fr. 297, b.

Celtæ super Hispaniam habitantes; eorum regio frigida est III, 369, 31 s.; hinc apud eos non inveniuntur asini III, 369, 30 s.

Celtica; in ea situs est Pyrenæus mons III, 569, 45; asinis caret, idque quare III, 169, 32 s.

Celticum stannum; IV, 82, 22.

Celtoligures; ad eos via Herculea vocata ex Italia protenditur IV, 88, 30 ss.

κημός· quidnam fr. 249, b.

Cenchreis (κεγχρηΐς); in ventriculo habet aliquid ingluviei simile III, 34, 21 s., cf. *Tinnunculus*.

Census (τίμημα); quibus exiguus est, concionis participes sunt et deliberant et judicant, 532, 39; quibus magnus, exercitus ducunt et ærario præsunt, et maximos magistratus gerunt, 532, 40; ex eo creari possunt magistratus, 562, 39; plebis simul sumptus major quam unius aut paucorum qui magnos magistratus gerunt, 532, 50; iis qui magnum conferunt carere nequit civitas, 534, 9; quomodo definienda sit ejus quantitas, 558, 29; quando secundum eum tributa imponenda sint, 420, 19; 456, 3; interdum in politiis ac oligarchiis qui antea sufficiebat propter aliquam prosperitatem nimis exiguus evadit, 573, 20; quomodo præcavendum sit, ne qui antea sufficiebat, mutatis temporibus, nimis magnus vel nimis exiguus evadat, 576, 20; quomodo ordinanda sint quæ eum spectant in primo oligarchiæ genere 549, 47; 560, 4; 596, 34; quatenus ejus ratio habenda sit in optimo democratiæ genere, 549, 2; 550, 31; 593, 27 ss.; sine eo eliguntur magistratus in patria democratia, 571, 17, cf. 549, 2; 550, 38, 41; vel e nullo vel ab exiguissimo cooptandi sunt magistratus in democratia, 591, 31; in democratia vel nullus vel parvus requiritur, ut aliquis particeps fieri possit concionis, 553, 25; in oligarchia amplus, 553, 26; in politia vulgo sic dicta medius requiri debet, 553, 27; in oligarchia ex eo magistratus eligunt, 553, 32; non vero in democratia et politia vulgo sic dicta, 553, 31, 35; quæritur quomodo inter cives partiri debeat ad cooptandos judices vel senatores in democratia maxime hoc nomine digna, 592, 9; quibus plurimus est, eorum sententia rata esse debet si divites et pauperes inter se dissentiant, 592, 34; quum antea Ambraciæ exiguus fuisset, postea sine eo magistratus gesserunt, 567, 53; ex præfinitis olim Leucade ad magistratus accedebant, 506, 31; nonnisi ex ampliore Thurii ad magistratus aditus patebat, 574, 31.

Centaurea; ejus succus amarus IV, 27, 2.

Centaurus; quærimus an sit, 153, 40; iis similes imagines in nubibus apparent III, 511, 28 s.

Centaurus; Chæremonis rhapsodia cujusvis generis metris constans, 458, 2.

Centipeda; v. *Scolopendra*.

Centrine (κεντρίνη); ad mustelorum genus pertinent fr. 179, a.

Centrum; et initium et medium et finis est magnitudinis II, 363, 33; quia extra circumferentiam, non habet quod per eam fertur quo iter absolvat II, 363, 34 ss.; linea quæ tangit lineas ab eo ductas, curva est II, 394, 44 ss.; quod ei propius magis concavum est II, 394 37, v. *Medium*.

Centum et quattuor viri; quatenus ephoris respondeant, quatenus ab iis differant, 517, 1.

Centumviri (οἱ ἑκατόν); eliguntur a quinqueviris apud Carthaginienses, 517, 24; amplissimus magistratus sunt, *ibid.*

Centuriæ (λόχοι); in iis deponendum est rationum publicarum exemplar, 577, 28; ei qui præest exercitum ducere dixit, 524, 46.

Centuriones (ταξίαρχοι); quomodo commeatus magna copia simul emere ac militibus distribuere coacti sint a Timotheo Atheniensi, 646, 29.

Cepæ; v. *Cæpæ*.

Cephalenia; a Cephalo nomen habet fr. 261, a; ibi capræ non bibunt, sed facie adversa hiant auras e mari recipientes IV, 76, 27 ss.; quatenus ibi inveniantur cicadæ III, 168, 42 ss.

Cephalenses; perhibent Ulyssem apud eos uxorem duxisse atque Icarium revera Icadium esse, 480, 21.

Cephalus; mugilum genus fr. 180, a.

Cephalus; in Cephaleniis insulis habitabat ab ipso nominatis fr. 261, a; quomodo filium Acrisium procreaverit *ibid.*

Cephisodotus; Charetem populum in furno inclusisse dixit, 396, 40; quomodo Miltiadis decretum Atheniensibus in memoriam revocarit, 396, 43; triremes vocabat pistrina varia, 397, 8; cavere jussit ne hostiles concursus facerent conciones, 397, 14; eum thuri comparavit Antisthenes, 390, 30.

Cephisus; prope illum sepultus est Peneleus fr. 314, a.

Cepphus (κέπφος); avis fissipes est circa mare degens III, 152, 6; spumam deglutit III, 189, 45 s.; ideoque ea capiuntur, idque quomodo, *ibid.*; eorum clunes arenæ cœnum olent III, 189, 47 s.; reliqua vero caro suaveolens III, 189, 47; pingues evadunt III, 189, 48.

Cera; contundi potest III, 620, 28; item comprimi III, 620, 53; item molliri III, 620, 31; item inflammari III, 622, 32; item ductilis est III, 621, 18; ad aquam et terram pertinet III, 624, 10; in aqua non liquefit IV, 139, 17; cur sole albescat IV, 289, 10 ss.; ejus exhalatio fuligo est III, 622, 47; eam duritie æquat cerinthus III, 198, 24; ei comparatur ovi vitellus III, 377, 10; e floribus fit III, 196, 10 ss., cf. III, 97, 7, 12; eam conficiunt apes, quando stirpes florent III, 199, 43, cf. III, 97, 7, 12; e quibusnam floribus fiat III, 199, 45 ss., cf. III, 97, 25; quomodo colligatur ab apibus in oleis observatum est, idque quare III, 196, 23 s.; eam cruribus afferunt idque quomodo III, 97, 30 s.; III, 196, 10 ss.; III, 195, 16 s., v. etiam *Favus*; ea cellulas plenas obducunt apes III, 199, 48; quæ plurima obductæ sunt cellulæ, plus mellis continent III, 195, 40 s.; non multam continent favi quos hieme faciunt apes Thermiscyranæ III, 98, 3 s ; quod e nova provenit mel præstantius est III, 199, 34 s.; in vetusta fit animalculum acari vocatum III, 102, 6 ss.; ejus repurgamentum esse videtur mitys III, 195, 43 s.; bombycum multo tenuior est quam apum III, 98, 43 s.; bombycum sine membrana luto continetur III, 98, 42 s.; tepefacta vitulorum cornua quorsum velis obducere potes III, 154, 41 ss.; ea oblitis vitulorum cornibus, minus pedibus dolent III, 154, 43 ss.

Cera (*de ejus figura etc.*); eam siccam et humidam et calidam vocamus II, 337, 4 ss.; non vero pyramidem eam esse dicimus II, 337, 1 s.; non quærendum est an unum sit cum figura III, 444, 46; ei figuram misceri non dicimus, ubi ejus moles figuratur II, 451, 51; ex eadem fieri potest et globus et cubus II, 420, 44; cum ea non coalescit forma ad globum faciendum III, 341, 21; ex alia ejus parte globus fit, ex alia pyramis, etiamsi ex qualibet et globus et pyramis fieri possit II, 462, 3 ss.; si quid ex ea confecisset natura, id non in calido posuisset ut conservaret, idque quare III, 546, 44 ss.; et tota et omnis dici potest, idque quare II, 531, 34; annuli signum recipit sine auro vel ferro III, 460, 43 s.; idque non quatenus aurum, vel æs est III, 460, 44 ss.; igitur ei comparatur sensus III, 460, 43; ei si immergatur sigillum, movetur quo usque immergitur III, 474, 51 s., cf. III, 475, 6 s.; igitur ei comparatur intermedium eorum sensuum qui e longinquo percipiunt III, 474, 51 s.

Cerambyces; v. *Carabi.*

Ceras; locus ita vocatus apud Indos IV, 85, 25.

Cerasa; cito matura fiunt IV, 27, 22.

κέρασσε· ejus significatio apud Homerum explicatur fr. 145, a.

Κεράτινος; nomen aræ Apollinis genitoris Deli fr. 255, b.

Ceratum; nonnulli præstantissimum id medicorum inventum esse dicunt IV, 329, 13.

Κεραύνιος· Jovis cognomen unde ductum III, 641, 39.

Cerbes; flumen Eubœæ IV, 106, 33; oves ex eo bibentes albæ fiunt, IV, 106, 34.

Cercidas; nomen occisoris sacerdotis Jovis hoplosmii a capite præciso proditi III, 269, 24, s.

κέρκισις· v. *Contextus.*

Cercyo; apud Carcinum vehementi dolori succumbit II, 84, 11.

Cerdones (οἱ κοπρολόγοι); eorum olfactus deletus est IV, 319, 37.

Cerebellum (παρεγκεφαλίς); cerebro tanquam ultima pars impositum est III, 13, 36 s.; et forma et adspectu et attactu a cerebro differt III, 13, 37 s.; ad id tendit maximus et medius meatus eorum trium qui ab oculis ad cerebrum pergunt III, 13, 52 s.

Cerebrum (ἐγκέφαλος); principalis pars est III, 269, 51; igitur firmissima et maxima includitur membrana III, 269, 47 ss.; humoribus congenitis accensendum est III, 239, 47; excrementum non est, nec ad continuas pertinet partes III, 238, 12 s.; peculiaris naturæ est III, 238, 13 s.; ejus causa inprimis exstat caput III, 288, 38 s.; frigidum et humidum est III, 244, 14; III, 420, 43; igitur capillis largam suppeditat humoris copiam III, 420, 43 s.; ejus humiditas causa necessaria capillitii est III, 247, 26 s.; parum calidum est III, 422, 31; immo omnium partium corporis frigidissima III, 422, 26; item et humidissima III, 238, 2 s.; III, 479, 29 s., cf. III, 486, 10 s.; III, 506, 11 s.; hinc primum sentit refrigerationem cui ansam dat coitus III, 422, 28; in anteriori capitis parte situm est III, 422, 38; siccissimus et maxime exsanguis est omnium humorum qui in corpore continentur III, 238, 10 ss.; ejus frigus attactu patet III, 238, 9 s.; factum est ut cordis calorem moderaret III, 362, 40 ss.; ad id a corde tendunt venæ et circa id terminantur III, 362, 41 s.; III, 363, 2 s.; initio multum et humidum est III, 362, 45 s.; III, 363, 15 s.; frigore consistit III, 362, 42; propter id statim post cor generatur caput III, 362, 43 ss.; propter id quoque initio magnum est III, 363, 18 s.; postea efflato concoctoque humore corporatur et subsidit III, 363, 16 s.; sero tamen humidum et frigidum esse desinit III, 363, 22 s.; unde constet id apud hominem quoque serius fieri quam apud reliqua animalia III, 363, 23 ss.; omnium animalium plurimum ac humidissimum pro magnitudine habet homo III, 239, 26 ss.; III, 247, 26 s.; III, 486, 32 s.; III, 422, 39 s.; IV, 161, 5 s., cf. III, 424, 16 s.; quum humidissimum sit humanum, plurima tutela indiget III, 247, 32; quare omnium plurimum ac frigidissimum habeat homo III, 363, 28 ss.; ab eo secernuntur oculi, idque quomodo III, 363, 7 ss.; III, 479, 28 s.; ad id pertendunt oculi III, 9, 43; ad ejus membranam manifesto ab oculis tendunt meatus III, 363, 9 s.; ad venas id circumdantes ex oculis tendunt meatus III, 244, 31 ss.; ad id ex oculis tendunt tres meatus, idque quanti et quomodo dispositi III, 13, 51 ss.; bregmati suppositum est III, 8, 30 s.; III, 13, 50 s.; id obtegens os tenuissimum et debilissimum inter ossa capitis est III, 13, 49 s., v. *Calvaria*; ei impositum est tanquam ultima pars cerebellum III, 13, 36 s.; occipite non continetur III, 424, 7 s.; eo caret capitis pars posterior III, 244, 26; quare apud omnia animalia eo prædita anteriorem capitis partem occupet III, 244, 37 ss.; cum medulla spinali continuatur III, 237, 50; III, 238, 4 s.; ideo multi perperam id medullam et medullæ originem habuerunt III, 237, 49 s.; quare igitur cum medulla spinali continuetur III, 238, 5 ss., cf 2 s.; eandem naturam ac illud habet genitura, idque quare III, 367, 48 ss.; apud omnia animalia bipartitum esse conatur III, 13, 35 s.; III, 264, 14 s.; ei duæ membranæ circumdatæ sunt, idque quales et quomodo dispositæ III, 13, 33 ss., 47 ss.; duæ membranæ id vestientes omnium maximæ sunt III, 49, 42 s.; membranarum id vestientium quænam crassior et robustior III, 49, 43 s.; cur apud ejus crassæ membranæ vulnera passos fungi per incisuram oriantur IV, 293, 31 ss.; exsangue est apud omnia animalia, nec in id penetrat vena, sive magna, sive parva III, 41, 49 ss.; nihilo minus ad id tendit vena, idque quænam et unde III, 41, 46 s.; sed multis tenuibus venulis in ejus membranam dispergitur III, 41, 47 ss.; a magna vena et ab aorta ad ejus membranam tendunt rami, idque quare III, 238, 42 ss.; frequentibus sed tenuibus venis circumdatur, idque quare III, 238, 45 ss., cf. III, 506, 22 s.; ejus venæ tenuem et purum sanguinem continent, sed qui facile refrigeratur III, 238, 46 s., cf. III, 244, 16 ss.; III, 486, 11 s.; III, 506, 30; in omnibus exsangue est venisque caret atque ad tactum frigidum est III, 13, 44 ss.; ejus tepori maxime convenit sanguinis capite contenti temperamentum III, 288, 43 s.; cordi oppositum est III, 479, 33 s.; ei vicinum est olfactus sensorium III, 479, 25 ss.; ab eo ad os ad quod tanquam ultimum vas pervenit sonus, non pertendit meatus, sed vena III, 9, 40 ss.; melius se habet adscendentibus ad id odoribus, idque quare III, 486, 23 ss.; sensu caret, ubi tangitur III, 51, 39 s.; attactu sensum non movet III, 238, 16 s.; III, 243, 50; nullo modo cum sensoriis partibus continuatur III, 238, 14 s.; munere suo fungi non posset, si carnosum esset caput III, 243, 46 ss.; ab eo calor provenit IV, 283

26 ss.; eo refrigerante alimenti exhalationem fluxiones morbidæ de capite descendunt III, 486, 13 s., cf. III, 238, 50 ss.; ubi ejus temperamentum mediocri frigidius est de capite descendunt fluxiones pituitæ et saniei, idque quomodo III, 238, 49 ss.; III, 506, 17 ss.; somni causa est animalibus eo præditis, idque quomodo III, 239, 8 ss., cf. III, 505, 32 ss.; III, 506, 1 ss.; ut facilior sit ejus exhalatio plurimas suturas circum caput habet homo III, 239, 38 ss.; si ultra modum siccescat aut humectetur, munere suo fungi nequit, sed mortem, deliria et morbos affert III, 239, 41 ss.; quum ejus sanguis aliquo modo immutatur vel afficitur, cordis calor vel principium facillime ejus affectionis particeps fit III, 239, 48 ss.; id animalia habent ad totius naturæ salutem III, 238, 18 s.; temperat nempe cordis calorem atque fervorem III, 238, 40 s., cf. 33 s.; III. 243, 48; ubi coquitur, siccum et durum evadit III, 239, 21 s.; unde patet id terræ et aquæ particeps esse III, 239, 20, cf. 22 s.; III, 238, 36 s.; a debilitate ac cruditate ejus humoris pendent æque canities ac cæsietas oculorum III, 417, 37 s.; ejus moles ac humiditas etiam causa est cur homo solus manifesto canescat III, 424, 16 s.; relaxatur seminum calore et lævitate unguentorum et florum fr. 205, b; apud juniores humidius est III, 417, 14 s.; ejus pondus causa est cur diu caput regere nequeant infantes III, 363, 32 ss.; multum ejus obtinent spadones IV, 172, 7 s.; ex eo semen venit IV, 172, 10; loca circa id commune aliquid cum pulmone habent IV, 280, 5; IV, 300, 9 s.; dubitatur an in eo primo resideat substantia animalis II, 549, 17; nonnulli in eo et medulla dorsi principium inveniri statuunt III, 668, 33 s.; secundum quosdam animalium principium est II, 514, 29; nonnulli ab eo pendere arbitrantur sensum III, 534, 36 s.; id perperam nonnulli sensus instrumentum vel causam esse censent III, 243, 43 s., 49, cf. III, 244, 25 ss.; omnes ex eo venarum originem repetunt III, 40, 16 s.; quænam animalia eo prædita III, 13, 31 s.; id necessario habent omnia animalia sanguine prædita, idque ubinam et quare III, 238, 37 s.; III, 288, 38 ss.; exsanguia vero nulla, nisi pro portione, e. gr. polypus III, 238, 38 s., cf. III, 506, 12 s.; viri majus habent quam mulieres, idque quare III, 239, 28 ss.; apud pleraque animalia in medio pusillum cavum continet III, 13, 46 s.; sicca habent Æthiopes et regionum calidarum incolæ III, 421, 10; ab eo profecti duo meatus apud aspalacem juxta oculorum sedem decurrunt, idque a quonam ejus loco III, 68, 50 s.; quibusnam animalibus pingue sit, quibusnam aridum III, 51, 14 ss.; chamæleontis ubinam situm III, 26, 27 s.; chamæleontis cum oculis continuatur III, 26, 28 s.; ante id apud cetacea sita est fistula III, 303, 12; III, 545, 36 s.; alioqui id a spina dorsali separasset III, 303, 12 s.; ad id non pertendunt meatus quos perperam piscibus olfactus instrumentum esse censent III, 69, 24; molluscorum parvum est atque parvo cartilagine continetur III, 57, 1 s.; ubinam situm sit III, 57, 1; ab eo apud mares ad inferiorem alvei partem tendit meatus III, 57, 32 ss.

Cerebro quod respondet (τὸ ἀνάλογον τῷ ἐγκεφάλῳ); apud animalia cerebro carentia somni causa est III, 239, 10; apud eadem animalia omnium partium frigidissima est III, 506, 12 ss.

Ceres; metuens ne Corcyra continenti jungeretur fluviorum Epiroticorum alluvie, a Neptuno petiit ut eorum cursum averteret fr. 263, b; eadem, falce a Vulcano petita, Titanas metere docuit fr. 263, b; Eleusinios ludos instituit fr. 311, b; ei consecrari jussit mundum muliebrem Dionysius Syracusanus, 644, 14; postea eam finxit sibi hunc mundum mutuum dedisse, 644, 30; natam esse circum Ennam, unde probent IV, 88, 8 s.

Ceres Eleusinia; ejus templum quum exstruerent Athenienses columnam cum inscriptione invenerunt IV, 99, 40 ss.

Ceres Nemea; ei consecrari jussit Aristoteles matris suæ imaginem fr. 332, b.

Cereum vas (κήρινον ἀγγεῖον); si quis per diem et noctem obturatum in mare demittat, reperitur aqua potulenta plenum III, 147, 50 ss.; III, 582, 3 ss.

Cerinthus (κήρινθος); eo tanquam cibo utuntur apes III, 195, 14 s.; III, 198, 23 s.; deterior melle est et dulcedine ficos simulat III, 195, 15 s.; duritie ceram æquat III, 198, 24., cf. *Erithace.*

Cernere; cur melius possimus manu præ lucerna aut sole ante lumen objecta IV, 277, 30 ss.

Ceropiceum; v. *Pissoceros.*

Certamen (ἀγών); eodem modo est quo infinitum, idque et potentia et actu II, 281, 38 ss., 48; II, 282, 15; qui ad aliquod se exercent probant habitus ex agendi assiduitate acquiri II, 30, 17; in iis victoriam parvi facit vir magnanimus II, 245, 16; injustitiæ quæ in iis obtinet comparatur disputatio litigiosa, 288, 4; qualia tragicissima sint, 467, 12; eo carere potest tragœdiæ facultas, 462, 38, cf. 481, 15.

Certamina musica; ea quæ spectant artis partes, pueri doceri non debent, 631, 24; 632, 16; nuper in ea atque ex iis in educationem invecta sunt mirifica ac artificiosa quædam commenta, 631, 25; etiam ad importunorum et illiberalium spectatorum remissionem instituenda sunt, 633, 22; qui eorum causa musicam exercet non sine virtutis causa, sed propter importunam spectatorum voluptatem agit, 632, 16; eorum in gratiam musicam exercere liberis hominibus non convenit, sed potius mercenariis, 632, 19; artificibus non illiberalibus similes evadunt qui eorum in gratiam musicam exercent, 632, 20.

Certamina publica; ubi in iis indigno decernitur palma, judices injuste agere videntur, non vero qui eam accepit II, 155, 29 ss.

Certandi facultas (δύναμις ἀγωνιστική); corporis virtus est, 320, 39; pars felicitatis, 320, 39; quonam constet, 322, 18.

Certantes; iis alius est scopus quam discenti vel iis qui contemplandi gratia disputant, 267, 14; iis ambobus non licet communem finem persequi, 271, 6.

Certhius (κέρθιος); parva avicula est III, 184, 35 s.; quinam sint ejus mores III, 184, 36, 38; arbores incolit III, 184, 37; cossis vescitur, *ibid.*; claram vocem habet III, 184, 38.

Certius (βεβαιότερον); dummodo quid sit, sufficit ad redarguendos principii contradictionis obtrectatores II, 508, 21 ss.

Cerussa (ψιμμύθιον *sive* ψιμύθιον); in ea eadem albedo apparet ac in nive II, 5, 9; quomodo ejus ope conceptionem prævertant mulieres III, 137, 30 ss.; quum eam undequaque albam esse dicimus, significamus in omnibus ejus partibus inesse albedinem III, 677, 43.

Cervix (ἐπωμίς); idem quod collum III, 288, 32 s.; posterior pars colli est III, 11, 1 s.; ad truncum non pertinet III, 11, 2 s.; ejus venas si quis premat, dormiunt IV, 286, 39 s.

Cervus (ἔλαφος); animal viviparum magnum est III, 77, 52 s.; pertinet ad quadrupedes viviparas, nulla alia specie interjecta III, 7, 45; III, 30, 18 s.; eum magnitudine æquat equicervus III, 19, 27; fera quadrupes est III, 176, 10; satis prudens est III, 176, 10; prudens et meticulosus est III, 4, 26 s.; etsi fera sit, interdum nobiscum alitur III, 208, 49 s.; ruminat III, 208, 50; felle caret III, 30, 19, 29 s.; III, 274, 39 s.; III, 275, 33 s.; longævus est III, 275, 34 s.; inde nonnulli antiqui putarunt longævitatem a fellis absentia pendere III, 275, 33 s.; magnum cor habet, idque quare III, 260, 28 ss.; vermes in capite habet, idque quot quales et ubinam III, 30, 24 ss.; ejus intestina admodum amara sunt III, 30, 30 s.; igitur ea gustare nolunt canes, nisi admodum pinguis sit III, 30, 31 s.; eorum sanguis fibras non continet III, 44, 28 s.; III, 235, 21; III, 617, 48 ss.; igitur non perinde ac reliquus coit, idque quatenus III, 44, 31 ss., cf. III, 51, 48; eorum sanguis ad aquam magis pertinet et frigidissimus est III, 617, 48 s.; cornigerus est, ideoque plures ventriculos habet III, 271, 22 s.; cornigerus est et hinc mammas in femoribus habet, idque quare III, 292, 27 ss.; naturaliter bisulcus et cornutus est III, 20, 16, 24; solus animalium cornua per totum solida et ramosa habet III, 20, 47 s.; III, 255, 18 s.; cornua habent III, 252, 44; etiamsi iis inutilia sint III, 255, 52; iis magis nocet quam prodest cornuum magnitudo et multiplex scissio III, 254, 28 s.; igitur celeritate injurias evitant III, 254, 27 s.; solus cornua quotannis abjicit atque repullulare facit III, 20, 52 s.; III, 46, 33 s.; III, 255, 19; idque usque ad bimatum III, 20, 52 s.; III, 46, 33 s.; cur cornua abjiciant III, 255, 18 ss.; quonam mense cornua abjiciant III, 176, 43; cornuum casus apud eos foliorum casui similis IV, 23, 52; abjiciunt cornua locis abditis et inventu difficilibus, idque quare III, 176, 22; IV, 76, 4 ss.; proverbii loco citantur loca ubi cornua abjiciunt III, 176, 23 s., v. *Cornu cervinum*; iis abjectis interdiu latent III, 176, 44; idque in densis fruticetis muscarum metu III, 176, 45; noctu vero pascuntur hoc tempore donec cornua renascantur III, 176, 47; sinistrum cornu abjectum abscondere dicuntur, idque quare III, 176, 25 ss.; anniculis vix oriuntur cornua III, 176, 27 ss.; biennes recta cornua edunt III, 176, 30; triennes vero furcata III, 176, 32; ab eo inde tempore ad sextum annum usque semper asperiora et ramosiora III, 176, 32 s.; quæ exinde edunt cornua semper similia sunt III, 176, 34; ideoque eorum ætas inde a sexto anno cornuum ope dignosci nequit III, 176, 34 s.; quibusnam signis a reliquis distinguantur senes III, 176, 35 ss.; quomodo pullulent eorum cornua III, 176, 47 s.; acuta cornua soli exponunt, ut durescant et percoquantur III, 176, 48 s.; quando abdita loca relinquant cornubus freti III, 176, 50 ss; a phalangio aut alio simili animali commorsi cancros colligunt atque comedunt III, 177, 5 ss.; quomodo capiantur III, 177, 11 ss.; ubi arrectas habent aures, acute audiunt III, 177, 5 ss., demissis vero auribus eos latet strepitus III, 177, 17; ignavissimi sunt et pilum mollem habet IV, 3, 36; quatenus ei pilis similis sit latax III, 150, 49 s.; albus factus III, 652, 54; ei cauda parva est, quemadmodum vitulo marino III, 19, 1 s.; acutæ vocis sunt IV, 4, 25; ejus faciem habet tarando IV, 79, 27; quonam anni tempore coeant III, 130, 40 s.; fabulantur eos longævos esse III, 131, 6 ss.; natura sua salaces sunt III, 131, 25; hieme macri et debiles fiunt III, 131, 29 s.; sub ver maxime cursu vigent III, 131, 30 s.; fugientes subsistunt interdum atque tunc iterum cursum repetunt III, 131, 31 s.; idque quia eorum intestina debilia sunt III, 131, 33 ss.; eos celeriter æquat martichoras secundum Ctesiam III, 22, 46; eos aggreditur ursus III, 153, 19; eos capiunt pardi, idque quomodo III, 177, 37 s.; quatenus eo viso vel reperto gaudeat leo II, 36, 33; in Libya desunt III, 169, 5 s.; de eo equo et homine fabula Stesichori, 370, 29; in Epiro dextrum cornu defodere dicuntur, idque repertum rebus multis utile esse IV, 86, 21 ss.; ad eum referuntur qui nasum simum habent IV, 11, 10 s.; item qui faciem carnosam IV, 11, 15 s.; item qui collum tenue et longum IV, 10, 37; exemplum citatur IV, 2, 13.

Cervus mas; pudendum nervosum habet III, 21, 50 s.; quomodo vocis ratione a cerva differat III, 85, 8 s., 11 s.; coitus tempore vocem emittit III, 85, 9 s.; eosdem ac illi dentes habent cervæ III, 255, 49; versus finem ætatis admodum pinguis evadit III, 176, 19 s.; unde propter obesitatem tunc facile capitur III, 176, 21; ideo hoc tempore nunquam comparet, sed solita cubilia relinquit III, 176, 20 s.; feminas mutant III, 130, 38 s.; quisque eorum plures implet cervas III, 130, 42 s.; impletis feminis segregantur III, 131, 16 s.; scrobem quisque eorum separatim fodit III, 131, 18; coitus tempore fœtent III, 131, 18 s.; eorum facies tunc nigrescit, idque quare III, 131, 19 s.; ita se habent donec imbres superveniunt III, 131, 20 s.; æstate admodum pinguescunt III, 131, 23 s.; ideoque currere nequeunt adeo ut eos facile cursu assequantur pedites III, 131, 24 ss.; tunc propter anhelitum et ardorem ad aquam confugiunt III, 131, 26 s.; coitus tempore eorum carnes pravæ ac male olentes fiunt III, 131, 27 s.

Cerva; cornibus caret III, 76, 14; III, 252, 44 s.; idque quare III, 252, 42 s.; III, 255, 48 ss.; si eam cornibus carere ignorasset poeta, levius peccatum esset ac si male imitando depinxisset, 479, 23; eosdem dentes habent ac cervi mares III, 255, 19; quomodo vocis ratione a cervis differant III, 85, 8 s., 11 s.; perterrefactæ vocem emittunt III, 85, 10 s.; quo habitu coeant III, 130, 33 ss.; raro marem admittunt, idque quare III, 78, 1 s.; III, 130, 35; sese subducentes genituram recipiunt III, 78, 3 s.; in venerem incitatæ se invicem vitant III, 130, 38 s.; octo menses uterum gerunt III, 130, 41 s.; paucis diebus implentur, idque multæ ab uno III, 130, 42 s.; plerumque ad vias pariunt, idque quare III, 130, 44 s.; III, 176, 11 ss.; illico post partum secundas devorant III, 176, 13; III, 177, 8 ss.; idque antequam in terram ceciderint III, 177, 10; post partum seselin edunt III, 176, 13 ss.; quot pullos pariant III, 130, 43 s.; nullam aliam purgationem habent nisi quæ partum insequitur, idque qualem III, 130, 46 ss.; quomodo se habeat earum lustrum III, 131, 4 s.; III, 176, 17; hinnulos ad lustrum deducunt III, 131, 3; III, 176, 15 s.; atque ab eo adorientes repellunt III, 131, 6; III, 176, 18; quot papillas mammarum habeant III, 131, 15; iis impletis segregantur mares III, 131, 16 s.; montis Elaphuntis aurem scissam habent cum ipsæ, tum fœtus earum III, 131, 10 ss.

Cervi Achainæ dicti; v. *Achaïnæ*.

Cervi castrati; III, 46, 35; III, 208, 21; quodsi cornua nondum habentes castrantur, ea non oriuntur III, 208, 21 ss.; quodsi jam habentes, non augentur ea, nec tamen decidunt III, 208, 23 ss.

Cervi cicures (ἔλαφοι τιθασσοί); apud eos observatus est coitus III, 78, 4 s.

Cerylus (κήρυλος); avis fissipes est circa mare degens III, 152, 4.

Cetacea (κῆτός et κητώδη); aquatilia sunt III, 545, 19; aquatilia vivipara sunt III, 5, 36 s.; magnum genus animalium sanguine præditorum III, 7, 20, cf. III, 29, 38; pedibus carent III, 545, 22; pulmonem habent ac respirant et nihilo minus aquam recipiunt III, 545, 22 s., 25 s.; cur igitur aquam recipiant III, 545, 30 ss., cf. 24 s.; ore ex aqua emerso dormiunt III, 545, 26 s.; ubi retibus capiuntur, cito suffocantur, idque quare III, 545, 28 s.; in superficie maris natant, idque quare III, 545, 30 s.; ubinam sita sit eorum fistula III, 545, 35 ss.; testibus prædita pisculentam habent cutem, ideoque eorum testes intus siti sunt III, 326, 16 ss.; eodem modo coeunt quo pisces cartilaginei, idque quomodo III, 79, 8 s.; eorum coitus nec admodum diu durat, nec admodum cito absolvitur III, 79, 10; vivum animal et intra se et foras pariunt III, 53, 16 ss.; igitur mammas et lac habent III, 53, 16, 19; auribus carent etiamsi vivipara sint atque audiant III, 9, 49 s.; resupinata pisces minores capere coguntur, idque quare III, 149, 47 ss.; enumerantur quædam III, 53, 18; iis accensendi sunt delphines balænæque et quæcunque fistulam habent III, 545, 10 ss., v. *Fistula instructa*; ad ea pertinent phoca et delphis III, 9, 48; iis accensendus est delphis III, 79, 7 s.; iis (?) similes evadunt polypi mares, idque quando III, 192, 54 s.

Cete balænis et delphinibus similia; magna sunt III, 303, 14; hinc eorum motus majorem exigit calorem III, 303, 15; ideo pulmonem habent et respirant III, 303, 13 s., 16 s.; ex aqua alimentum petunt III, 303, 6 s., 19; hinc fistulam habent qua aquam una cum cibo ore receptam rursus emittunt III, 303, 4 ss., 11; branchiis carent III, 303, 2 s.; eorum fistula ante cerebrum sita est, idque quare III, 303, 12 s.; hinc pedestria sunt quatenus aerem recipiunt III, 303, 18; aquatilia vero quatenus pedibus carent et alimentum ex aqua petunt III, 304, 18 ss.

Cete delphinibus similia; aquatilia sunt et intra se et foras vivum animal pariunt III, 325, 8 s.

Cete fistula prædita; pertinent ad vivipara intus III, 114, 5 ss.; branchias non habent, sed pulmonem III, 114, 6, 18 s.; igitur respirant III, 114, 17; III, 146, 49 s.; fistula aerem recipiunt atque emittunt III, 148, 48 s.; quare iis necessaria sit fistula III, 147, 9 s.; dubium videtur utrum aquatilibus an pedestribus accensenda sint III, 146, 44 ss.; maxime peculiarem habent naturam III, 146, 41 ss.; iis accensendi sunt delphis et balæna III, 114, 5 s.; III, 146, 41 s.; v. *Fistula instructa*.

Cete quæ reflant; respirant atque pulmonem habent etiamsi aquatilia sint III, 263, 12; quænam animalia iis accensenda sint III, 263, 13.

Cetus; fluvius circa Cumas IV, 90, 27 ss.; quæcunque in eum jacta fuerint in lapidem concrescunt IV, 90, 29 s.

Ceus; in ea piri silvestris genus quoddam est cujus spina qui vulnerantur intereunt IV, 102, 32 s.

κεφαλισμοί· v. *Abacus pythagoreus*.

Chabrias Atheniensis; quidnam suaserit Tao Ægyptiorum regi bellum illaturo, 646, 54; quantum satis esset hominum ad centum et viginti naves implendas collegerat, quum Tao non pluribus quam sexaginta opus esset, 650, 25; quomodo eos qui in supervacaneis navibus erant permoverit ut reliquis duorum mensium stipendium solverent, 650, 27; eum accusans quid dixerit Leodamas, 326, 17.

Chæremo; qui legatur idoneus est, 400, 28; accuratus est ut solutæ orationis scriptor, *ibid.*; quomodo Penthei nomen alluserit, 380, 32; omnia metra commiscuit in *Centauro*, 458, 1, cf. 477, 42.

Citatur ejus *Ulysses vulneratus*, 468, 11; ex incerta fabula (fr. 17. Wagn.) IV, 130, 43.

Chalcedo; ibi olim patri puncturam in brachio habenti natus est filius hujus aliquam effigiem referens III, 329, 49 ss.

Chalcedonii; eorum insula Demonesus IV, 84, 1; quomodo sibi pecuniam pararint quo milites mercenarios dimittere possent, 642, 17.

Chalcidenses in Eubœa; quo tempore Hippobotæ eorum rempublicam tenebant, multæ coloniæ in Italiam et Siciliam deductæ sunt fr. 294, b; iis auxilium missum est contra Eretrienses ab Chalcidensibus in Thracia fr. 295, b; pulchrum Cleomachi facinus in bello inter eos et Eretrienses fr. 295, a, b.

Chalcidenses Thracii; iis leges dedit Androdamas Rheginus, 550, 9; equitatu cum finitimis bellum gerebant 545, 35; eorum coloni quum ab Amphipolitis recepti fuissent, maximam partem eorum ejecerunt, 568, 17; eorum colonos Amphipolin reductos contra divites incitavit Cleotimus, 572, 25; auxilium miserunt Chalcidensibus in Eubœa contra Eretrienses fr. 295, b.

Chalcidica herba; maximum confert ad conficienda mella IV, 78, 10 ss.

Chalcidicæ civitates; iis leges scripsit Charondas, 519, 18.

Chalcidice Euboica; in quadam ejus parte oves et capræ felle carent III, 16, 23 s.; III, 275, 1 s.

Chalcidice Thraciæ; ejus pars est Astyrites ager III, 49, 18 s.; in ea juxta Olynthum locus est Cantharolethron vocatus, idque quare IV, 97, 17 ss.

Chalcis; ibi domum Aristoteles possidebat fr. 332, a; ibi una cum nobilibus Phoxum tyrannum interfecit plebs, 569, 37; ibi Antileontis tyrannis transiit in oligarchiam, 589, 15; circa eam inprimis inveniuntur urticæ marinæ magnæ ac duræ III, 66, 49.

Chalcis; piscis est qui fluvios ac lacus incolit III, 164, 43; carnivorus non est III, 192, 1 s.; gregalis piscis est III, 117, 15 ss.; ter quotannis parit III, 116, 26 ss.; conferta parit idque in aquis profundis III, 117, 14 s; quonam morbo peculiari afficiatur III, 164, 43 ss.

Chalcis; fusaneus piscis est III, 82, 19 s.; igitur semel quotannis parit III, 82, 18 ss.

Chalcis; a nonnullis vocatur zignis III, 167, 22 s.; parvis lacertis specie similis est III, 167, 23; colore vero cæciliis III, 167, 24; morsu equum necat vel ei gravem dolorem infligit III, 167, 21 s.

Chalcis; ita teste Homero dii vocant cymindin III, 182, 42.

Chalcitis; in Cypro uritur III, 95, 22; ubi eam per plures dies igni injiciunt, in igne gignuntur animalcula, eaque qualia III, 95, 22 ss.

Chaldæi; philosophiæ auctores apud Babylonios vel Assyrios fr. 67, b.

Chalybes; insula parva ultra eos sita IV, 79, 3.

Chalybicum ferrum; ejus generatio IV, 82, 5 ss.

Chamæ; in locis arenosis nascuntur III, 88, 41.

Chamæleo; describitur III, 25, 34 ss.; oviparorum gracilissimus est III, 297, 14 s.; idque quia omnium paucissimum habet sanguinem III, 297, 15 s.; quibus in rebus lacertis similis sit, quibus vero ab iis differat III, 25, 35, 41 s.; III, 26, 21, 39; quibus in rebus piscibus III, 25, 36 s.; qua in re simiæ porcinæ III, 25, 38; qua in re avibus uncunguibus III, 26, 2 s.; qua in re crocodilo III, 26, 2 s.; qua in re testudini III, 26, 17 s.; quomodo crura flectat III, 25, 42 s.; quomodo colorem mutet III, 26, 11 ss.; IV, 79, 26; eorum motus admodum tardus est III, 26, 17 s.; moriens pallidus fit atque hunc colorem post mortem servat III, 26, 19 s.; carnem admodum paucam habet idque quibusnam in locis III, 26, 22 s.; item perparum sanguinis, idque quibusnam in locis III, 26, 24 ss.; post mortem cor contrahit, itemque latera et reliqua corporis

partes III, 26, 35 ss.; hieme latet III, 26, 38 s.; propter metum multiformis fit III, 297, 17 s.; ei similis foret beatus, si una cum fortuna casibus immutaretur II, 10, 35.
Channæ; v. *Hiatulæ*.
Chaonia; fons aquæ durioris in ea in fluvium influens dulcem quidem sed pisces non habentem III, 582, 31 ss.; incolæ ejus, facta ab Hercule potestate, pro piscibus salem elegerunt III, 582, 44 s.; quomodo sal ex illo fonte paretur III, 582, 36 ss.
Chaos; ab antiquis poetis inter antiquissimos deos recensetur, nec tamen eum regnare censent II, 634, 40 s.; omnium primum factum est secundum Hesiodum II, 385, 38; II, 473, 51; III, 672, 42 s.; III, 675, 26; non fuit per infinitum tempus II, 604, 41.
Charadrius; avis fissipes est circa mare degens III, 152, 7; ubinam domicilia exstruat III, 181, 40 ss.; et colorem et vocem pravam habet III, 181, 42.
Chares; qui cum eo de prodenda Ægina egerat, quare rebus novis studeret, 572, 27; eum accusat Isocrates in *Oratione sociali*, 403, 4; eum populum furno inclusisse dixit Cephisodotus, 396, 40; quidnam de eo dixerit Iphicrates, 397, 27; adversus eum Platonis testimonio usus est Eubulus, 344, 20.
Chares Parius; librum conscripsit de agricultura, cum nuda, tum consita, 493, 26.
Charicles; Athenis viguit quia triginta viris assentabatur, 572, 5.
Charidemus Orita; oppida quædam Æolidos occupabat, 648, 10; Artabazo eum bello petente, pecunia indigebat quo militibus stipendia penderet, 648, 11; quomodo ex oppidorum locupletissimo etiamsi nolente pecuniam exegerit, 648, 14 ss.; mulcta constituta, mandavit ne quis domi arma possideret, 648, 21; quod mandatum quum primo negligere videretur, subito domos excussit armisque inventis mulctam exegit, 648, 23 ss.; mercenarius qui erat, civitate donatus est, 378, 33.
Charilaus Lacedæmonius; ejus tyrannis abiit in aristocratiam, 589, 17.
Charillus rex; ejus tutelam fugit Lycurgus, 515, 7.
Charisia; herba ita dicta in Taygeto monte nascitur IV, 105, 29 ss.; ejus usus IV, 105, 30 ss.
Charon faber; eum loquentem introduxit Archilochus, 408, 44.
Charondas Catanæus; quibusnam civitatibus leges scripserit, 519, 18; eum perperam Zaleuci discipulum fuisse putant, 519, 25; ei nihil proprium est præterquam quod falsi testimonii actionem instituit, 519, 44; quod ad legum accurationem attinet vel hodiernis legum latoribus accuratior erat, 519, 46; divitibus magnam mulctam, pauperibus vero parvam irrogavit, si a judiciis abstinuissent, 558, 7; quomodo vocet ejusdem domus participes, 483, 10; mediocrem rem familiarem possidebat, 556, 23.
Charopus; ejus filius Nireus fr. 314, a.
Charybdis; de ea quid fabulatus sit Æsopus III, 578, 43 ss.
Chasmatiæ; ita terræ motus vocantur qui labes terræ faciunt III, 634, 14 s.
χειρόκμητα· III, 613, 45.
χειροτονεῖν· 232, 36.
Chelo (χελών, χελλών?); mugilis species est III, 83, 19; fr. 180, a; igitur mense Posideone parere incipit atque triginta dies uterum gerit III, 83, 18 ss.; quonam alimento utatur fr. 180, a; (idem qui κέφαλος i. e. *Capito* III, 149, 11).
Chia; ubinam inveniantur in talo animalium eo præditorum III, 20, 38.
Chilo; eum in senatorum ordinem cooptarunt Lacedæmonii, 377, 28; ejus dictum quo modum transire vetat, 364, 18; 372, 48; 373, 8; ejus dictum ἐγγύα πάρα δ'ἄτα fr. 32, a.
Chiro; etiamsi immortalis esset, mortem optavit propter ulceris dolorem II, 210, 26.
Chius insula; ibi frequentes sunt mercatores, 548, 38; quomodo ibi eversa fuerit oligarchia, 573, 16; ibi omnia utensilia olearia conduxit Thales, ut pecuniam sibi pararet, 493, 40; patria Hippocratis geometræ III, 558, 32.
Chii; Homerum honorarunt, etiamsi civis non esset, 377, 27; eos contra pacta humiles reddiderunt Athenienses, 536, 19; eorum exsules receperunt, sed postmodum ejecerunt Antissæi, 568, 11; quomodo debitorum publice perscriptorum sibi pecuniam paraverint, 642, 33; olim e Pyrrha Lesbiensi ostreas vivas attulerunt III, 391, 52 s.; in quænam loca eas seposuerint III, 391, 53 s.
Dies; solis latio supra terram est, 240, 29; diluculo fit, non vero vice versa, idque quare II, 487, 27 s.; ejus senectus vespera, 474, 19; post eum venit nox II, 530, 42; II, 562, 37; III, 333, 19 s.; quomodo ex eo fit nox, sic ex animali fit cadaver, ex aqua acetum II, 562, 36 s.; in eo quod mutatur etiam in anno mutari dicitur II, 325, 30 s.; eodem modo est quo infinitum, idque et potentia et actu II, 281, 37 ss., 48; II, 282, 15; unicus nec ver facit, nec felicem ac beatum II, 7, 13; cur ad audiendum nox illo aptior IV, 180, 37 ss.; quare maxime varient Orionis occasu IV, 246, 1 ss.

Dies critici; v. *Critici dies*.

Dies exemptiles; v. *Exemptiles dies*.

Dies terni vel quaterni; *Terni vel quaterni dies*.

Dies et nox; cum ipsæ tum tempora quæ metiuntur naturalis circuitus, circuitus sunt III, 413, 30 s.; eas facere putant terram Pythagorei III, 403, 10.

Diesis; harmoniæ mensura est II, 629, 18; principium et unitas cantus, 145, 26; modulationum principium est II, 576, 20 ss.; in re musica mensura est quia minima II, 575, 8 s.; alicubi unum est II, 520, 20; ejus sonus latet, etiamsi totus continuus audiatur modulus III, 488, 34 s.; idque potentia visibilis est, non vero actu, ubi separata non est III, 488, 37 ss.; quatenus duæ sint quibus tanquam mensura utantur musici II, 575, 12 ss.

διεστῶτα· v. *Disjuncta*.

Differens (διάφορον); τινί dicitur, etiamsi ejus genus *aliud* dicatur τινός, 212, 47.

Differentia; quænam dicantur II, 522, 23 ss.; quidnam inter ea et diversa intercedat discrimen II, 577, 33 ss. vel genere vel specie sunt II, 577, 37; quænam genere II, 577, 38 s.; quænam specie II, 577, 40, 46 s.; inductione constat revera esse quæ genere vel specie se ita habent II, 577, 44 ss.; præter ea quæ genere et quæ specie differunt, nulla sunt II, 578, 25 s., cf. 6.

Differentia; diversitas est II, 501, 33; duorum est II, 578, 22; nulla erit inter res, si de omni re idem affirmari ac negari liceat II, 507, 22 s.; generis qualitas dicitur II, 532, 26 s., cf. 30; iis latius patet genus, 207, 17; 218, 13; specie latius patet, 243, 40; ea carent quibus non idem est genus II, 580, 18; earum subjectum vel materies genus est II, 532, 24 s., 30 s.; cum genere in unum aliquod (nempe speciem) coalescit res II, 620, 31; probatur genus earum particeps esse non posse II, 552, 1 ss.; quomodo a genere differat, 209, 1; 218, 10; quomodo a specie, 209, 7, 28; ea notius est genus, 250, 46; 251, 6; generis non participes sunt II, 585, 45; quænam generis esse dicatur II, 582, 10 s.; uniuscujusque generis et esse et quæque una esse debent II, 493, 40; cui inest, ei etiam inest genus, non vero vice versa II, 517, 3 s.; igitur ea universalius est genus potiusque quam ea elementum vocatur II, 517, 2; quam species essentia prior est, nec igitur una cum ea tollitur II, 555, 33; si ideæ sunt, exstabit præter species II, 555, 32; secundum speciem generum diversorum diversæ sunt, 2, 12; easdem habere possunt genera quorum alterum sub altero ponitur, 2, 17; alio modo in subjecto esse dicuntur quam partes, 4, 40 ss.; de individuis vel de speciebus prædicantur, 4, 42, 48; earum λόγος de iis prædicatur, 4, 32, 53; ab iis omnia univoca dicuntur, 4, 40; eas tanquam extrema sumit divisio, 78, 4, 4; unicuique respondere debet species aliqua individua III, 224, 2 s.; ad οὐσίαν pertinet, 142, 48; species in materie est III, 224, 29; qualitas est, idque in substantia II, 310, 48; II, 599, 27; quibus inter se distinguuntur species inferiores non erunt contraria prima, sed iis intermedia II, 582, 13 ss.; cavendum ne pro genere sumatur, 208, 51; 215, 36; item ne generi subjiciatur, 209, 5; nec speciei, 209, 27; item ne ipsi genus, 209, 30; si nulla earum quæ ad genus pertinent, de specie prædicatur, tollitur genus, 209, 41; tollitur si eam relinquere possit species, 209, 46; cavendum ne pro ea sumatur quod omnibus consequens est, 216, 40, 49; cavendum ne proprii loco ponatur, 225, 36, cf. 226, 1; in ea definienda, cavendum ne alii cuipiam communis sit definitio, 251, 7; specie notius et prius, 239, 29; ubi transsiliuntur genera, omnes quæ proximum genus determinant in definitione ponendæ sunt, 241, 44; curandum ut propriis definiatur genus, 242, 1; curandum ut ei aliquid eodem ordine sit oppositum, 242, 6; item ut veraciter de genere prædicetur, 242, 12; item ut generi adjuncta efficiat speciem, 242, 16; cavendum, ne in definitione pro ea ponatur species, 243, 1; item ne ejus loco ponatur genus, 243, 5; omnis quale quid, non hocce significat, 243, 15, 17; nunquam accidens est, 243, 20; cavendum ne in definitione de genere prædicetur, 243, 24; non de ea, sed de iis de quibus dicitur, prædicatur genus, 243, 29; de specie prædicatur, 243, 35; cavendum ne in definitione de ea prædicetur species vel aliquid speciei subjectum, 243, 38; specie prior esse debet, 243, 45; eadem pertinere nequit ad duo genera quæ non eidem subjiciuntur, nec alterum alterum continet, 243, 49; 244, 7; non necessario secum affert proprium genus, sed alterutrum tantum cum superioribus, 244, 9; cavendum ne ejus loco adhibeatur locus in quo aliquid sit, 244, 14; item ne affectio, 244, 24; quodque sine propria esse nequit, 244, 27; relatorum etiam ad aliquid referuntur, 244, 35; ubi in dictionum compositarum definitione nomini definitio substituatur, magis permutandæ sunt quam genus, 251, 2; ubi vero nomina nominibus substituantur, id æque fieri debere, ridicula est opinio, 250, 41 ss.; ejus definitio nomini substituenda est ad scrutandam definitionem, 246, 30; unam qui omittit non declarat τὸ τί ἦν εἶναι, 247, 18; eædem prædicari debent de rebus quæ numero idem sunt, 256, 15; in τῷ τί ἐστι de re prædicantur, 257, 19, 23; 259, 12, 14; quærendum an rite prædicentur ad definitionem confirmandam, 257, 40; contrariorum vel eædem, vel contrariæ, 258, 3, 10; contrariæ, si eodem genere contineantur, 257, 48; in disputationibus eodem loco ponenda est ac genus, 174, 2; inveniendæ ad quærendos syllogismos vel inductiones, 180, 6; ex iis fieri possunt propositiones, 180, 10, 15; quomodo adhibeantur ad quærendos syllogismos, vèl inductiones, 184, 24; admodum conspicuæ in generibus longe a se invicem distantibus, 184, 29; particulares sciri non posse nonnulli putant, nisi sciamus singula, 166, 3; eorum opinio refutatur, 166, 7; ubi pervenitur ad id cujus est nulla, habemus substantiæ definitionem, 166, 15; multæ insunt iis specie non κατ' οὐσίαν, nec per se, 166, 8; etiam principia erunt, si suprema genera principia sint II, 493, 48 s.; si principia sint, numero infinitæ sunt II, 493, 49 s.; sunt principia essentiæ rerum sensibilium II, 559, 25 s.; igitur earum genera assumenda sunt II, 559, 25; formæ rerum sensibilium substantiæ non sunt, ne tunc quidem ubi combinantur, attamen iis proportione respondent II, 559, 33, cf. *Contrarietates corporum sensibilium*; ex iis quæ substantiæ competunt, non ex accidentibus per se petendæ sunt III, 224, 32 ss.; item ex oppositis III, 224, 37 ss.; cum primo genere conjunctæ sequentia efficiunt II, 552, 13 ss.; primum carpendæ sunt, ut dein causæ inveniantur III, 8, 3 ss.; omnes qui contemplatus est facile inveniet objectiones proprias ad quæstiones solvendas II, 405, 7; quomodo elementis distribuantur II, 456, 7 ss.; nisi ea careant, inter se comparari nequeunt res II, 339, 50; magis ac minus a se invicem differre possunt II, 578, 1; quum numero quattuor sint, quattuor etiam sunt earum copulationes II, 456, 1; quænam sit earum utilitas, 185, 19 ss.; in suas ipsius differentias dividi debet II, 552, 25; ea in se invicem agere et a se invicem affici censent antiqui plerique II, 445, 51; iis vero mutuam actionem et passionem denegat Democritus II, 446, 5; idque quatenus recte II, 446, 8 ss., 44, 53; qui unica animalia in genera et species distribuunt, eandem speciem in diversa genera simul ponere coguntur II, 224, 52 s.; pluribus simul sumenda sunt animalium genera, id quod vulgus facit III, 224, 53 ss., cf. III, 225, 36 s.; unica individuas species assequi oportet in bipartita divisione III, 225, 5; idque quare III, 225, 24 ss.; verbotenus tantum unicæ ope ad ultimam perveniemus III, 225, 26 ss.; igitur ad ultimam et speciem non pervenietur, sed solummodo ad novissimam III, 225, 30 ss.; igitur unicæ ope plures ultimas non attingemus III, 225, 29 s.; ejusque ope singularia non attingemus III, 225, 20 s.; in bipartita divisione differentiam habere debet III, 225, 7; idque quare III, 225, 8 ss.; eam faciunt privationes, pluribus simul differentiis si dividas, non vero si bipartita divisione III, 225, 15 ss.; quæ ultimæ non sunt, in bipartita divisione inutiles sunt III, 225, 28 s.; per eas simpliciter non immutamur, 244, 33; multas manifestat visus II, 468, 7 s.

Differentiæ (atomorum); præter elementa omnium causam esse censent Leucippus et Democritus II, 475, 1; numero tres sunt II, 475, 2.

Differentia perfecta (ἡ τελεία); quænam II, 582, 51.

Differentia prima; quænam, 165, 51.

Differentia specifica (ἡ διαφορὰ ἡ εἴδει); omnis cum genere speciem facit, 242, 18; specie priores sunt II, 582, 2 s.; alicujus aliquid est II, 582, 51 s.; generis est diversitas II, 582, 46; igitur contrarietas est II, 582, 48; II, 583, 4, 15 s., idque inductione probatur II, 582, 49 ss.; a forma pendet, non a materie, nec a cuncto II, 583, 28 s., 33, 36 s., 42 s., 47.

Differentia ultima (ἡ τελευταία δ.); si recte instituatur divisio, in definitione secundum eam forma erit et rei substantia II, 552, 35 s.; bipartita divisione usis semper quattuor erunt aut alio numero qui duplicanda unitate obtinetur III, 224, 24 ss.

Differentiæ ultimæ vel individuæ (ἔσχαται, ἄτομοι); speciebus individuis numero æquales esse debent, idque quare III, 224, 10 ss., 23 s., 27 ss.; omnes peculiares esse debent, nulla vero communis III, 224, 12 ss.; omnes species individuas comprehendere debent, nec ulla hujusmodi species in plures, aut plures in unam cadere debent III, 224, 18 ss., cf. III, 223, 23 ss., 31 ss.

Differentia universalis (ἡ καθόλου δ.); necessario species habere debet III, 223, 40, 42 s.

Differentia quæ carent (ἀδιάφορα); iis ab eodem motu idem evenire debet II, 427, 26 s.

Differunt (quæ); num contraria sint fr. 120, a.

Differre et maxime distare; num idem sit fr. 120, a

Difficile (χαλεπόν, μὴ ῥᾴδιον); partim majus bonum quam facile, partim contra, 326, 25; non beatum est, sed violentum III, 438, 13; definitur molestia, vel longitudine temporis, 324, 43.

Difficilius; ad id non facienda est translatio, 191, 32.

Difficillimum; quidnam sit fr. 343, a.

Difficultas (ἀπορία); ejus solutio inventio est II, 78, 17; ejus duo modi, quæ a rebus pendet et quæ a nobis II, 486, 10 s.; eo dirigenda est speculatio ut ejus causa pateat II, 289, 1 s.

Difficultas intestinorum (δυσεντερία); quidnam sit IV, 112, 1 s.; cur eveniant autumno, si post hiemem aquiloniam et ver austrinum ac pluvium æstas admodum sicca fuerit IV. 111, 38 ss.; ejus beneficio interdum mola liberantur mulieres III, 216, 31 s.; III, 217, 1 s.; III, 410, 42 s.

Difficultates (δυσχέρειαι); omnes contemplandæ sunt, antequam dubitationes solvas II, 488, 40 s.

Difficulter mobile (δυσκίνητον); quidnam dicatur II, 311, 14 ss.

Diffidentia (δυσελπιστία); sequela pusillanimitatis est II, 246, 43.

Digitata; v. *Multifida.*

Digitus; pars dissimilaris ideoque et munera et officia habet III, 229, 29; in manu esse dicitur II, 287, 34: non quoquo modo se habet pars animalis est, sed mortuus æquivoce ita vocatur II, 549, 14 s.; pars est animalis vel hominis qui nihilo minus eo prior esse videtur, idque quare II, 547, 50 ss.; II, 548, 53 s.; quænam in eos desinat vena III, 41, 45 s.; quænam ad eos deveniant venæ secundum Diogenem Apolloniatem III, 38, 48; eorum flexuræ ad prehendendum et ad comprimendum optime se habent III, 290, 49 s.; quomodo his muneribus fungantur III, 290, 53 ss.; extremos contegunt ungues III, 291, 10 s.; sine pollice inutiles essent reliqui III, 291, 8; quinque numero III, 12, 11; gignuntur fœtus quæ plures quam oportet habent, gignuntur quæ unum tantummodo III, 403, 12 ss.; idque tam apud homines quam præcipue apud capras III, 403, 16 s.; quando apud fœtum generatur major quam decet, quando supervacaneus III, 405, 50; quænam eorum partes III, 12, 11 s.; magnus uno nodo est, reliqui duobus III, 12, 12 s.; omnes interiora versus flectuntur III, 12, 14; manus longi esse debent, idque quare III, 294, 45 ss.; pedis humani breves sunt III, 294, 54; idque quare III, 294, 52 s.; quare eos in pedibus habeat homo III, 294, 49 ss.; igitur quod ad magnitudinem attinet contrario modo se habent in pedibus ac in manibus III, 294, 43 ss.; eos habent quæcunque animalia pedibus prædita sunt III, 46, 39 s.; quæcunque eos habent, etiam ungues habent excepto elephante III, 46, 38 ss.; quales habeat elephas III, 46, 40 s.; quales habeat simia III, 24, 33 s.; multos habent multifida III, 20, 14; nonnulla multifida quinque in anterioribus membris, quattuor vero in posterioribus habent, idque quænam et quare III, 291, 22 ss.; quinque in unoquoque membro habent multifida minora, idque quare III, 291, 27 ss.; multos habent quadrupedes oviparæ III, 25, 17; chamæleontis quales III, 25, 46 ss.; quomodo se habeant in variis avium generibus III, 27, 2 ss.; iis caret struthio Libycus III, 303, 43 s.; quattuor habent aves omnes III, 300, 27 ss.; eorumque tres anteriora spectant, unus posteriora apud omnes, excepta illecebra III, 300, 31 ss.; apud illecebram solam duo anteriora, duo posteriora spectant, idque quare III, 300, 36 ss.; eorum posterior apud longicrures aves, e. g. apud creces minor est quam apud reliquas aves III, 300, 33 s.; iis apud aves palmipedes interposita est membrana, eaque qualis III, 193, 27; discretos habent nonnullæ aves natandi peritæ, sed ita ut singulis agnata sit membrana remo similis III, 299, 35 ss., cf. III, 298, 1; membranam iis interpositam materiei terrenæ inferiora petenti debent aves natandi peritæ III, 299, 32 s.; quisnam hujus membranæ finis sit III, 299, 39 ss.; si membrana iis interposita peccet, natare nequeunt hæ aves III, 299, 43 ss.; longos habent aves longicrures et pleræque earum multis flexuris præditos, idque quare III, 299, 49 ss.; eos texturis indebant medici antiqui III, 288, 1 s.; eo admoto hiscunt et connivent pectines II, 71, 31 s.; si quis leniter inflectens atque extendens admoveat, facilius eum inscendunt cicadæ, idque quare III, 100, 46 s.; eum tantummodo movebat Cratylus, nihil dicens II, 510, 15; magnitudinis mensura est II, 629, 18 s.

Digiti intricati (ἡ ἐπάλλαξις τῶν δακτύλων); iis tactus duo dicit, visus vero unum II, 512, 11 s.; III, 510, 13; III, 511, 9 s.; IV, 274, 43; IV, 275, 36 s., cf. *Unum*; cur duo videatur quod iis alternis circumagitur IV, 286, 48 ss.; oculo subjectus si lateat, unum non solum duo videbitur sed etiam habebitur III, 511, 41 ss.; II, 590, 40 ss.; IV, 132, 5 s.; sin vero non latet, unum videbitur, sed non habebitur III, 511, 43.

Digitus medius; merito longus est III, 291, 4; medio remo comparatur III, 291, 4 s.

Digitus ultimus; merito parvus est III, 291, 3 s.

Digiti pedum; quænam ad eos perveniant venæ III, 43, 15; idque secundum Diogenem Apolloniatem III, 39, 6; numero quinque II, 12, 30 s.; quænam eorum partes III, 12, 33; omnes in apice unguem habent III, 12, 33 s.; omnibus unica est flexura III, 12, 34; apud simias manuum digitis similes sunt III, 24, 35 s., 50 s.; quibus curvi, impudentes, ad aves uncungues referuntur IV, 9, 11 ss.; quibus constricti sunt, timidi, ad coturnices lacustres (?) referuntur IV, 9, 14 s.

Digiti prælongi; brevis vitæ signum fr. 192, b.

Dignitas (ἡ ἀξία); ea metiri oportet amorem in amicitia secundum excellentiam II, 225, 36; fere omni carens neque magnificus neque liberalis esse potest II, 216, 30 s.; secundum eam fit partitio, ubi adolescentes militia, seniores deliberandi munere funguntur, 611, 7.

Dignitate præditi (οἱ ἐν ἀξιώματι vel ἀξιώμασι); eos alio modo tractat ac vulgares homines vir amœnus II, 49, 11; honorem appetunt II, 44, 26; adversus eos excelse se gerit vir magnanimus II, 45, 48; si cui rei studeant, in hanc sumptus facere convenit viro magnifico II, 43, 23.

Dignus; oportere ut dignam uxorem ducat, non urbane dicitur, 399, 22.

Digredi (παρεκβαίνειν); quæritur an id facere liceat II, 287, 15 s.

Digrediendo; a ciliis ad caudam aberravimus III, 247, 34 ss.

Dilectio (τὸ ἀγαπάν); ita, non vero amicitia vocanda est si quis dolenti condoleat non propter aliud II, 227, 51.

Dilucidationes; etiam tenues in maximis dubitationibus recipiendæ sunt II, 401, 44 s., cf. 30.

Diluculum (τὸ πρωΐ, τοῦ ἡλίου ὑποφαύσκοντος); ex eo fit dies, non vero vice versa, idque quare II, 487, 27 s.; cur eo frigus majus sit quum tamen sol propius adsit IV, 157, 4 ss.; IV, 240, 29 ss.

Diluvium (κατακλυσμός); an homines calida loca incolentes eo perierint IV, 193, 3 ss.; tanquam magni alicujus temporis circuitus hiems consideranda sunt III, 572, 39 s.; nec semper iisdem locis fiunt III, 572, 41.

Diluvium Deucalionis; quasnam inprimis regiones invaserit III, 572, 42 ss.

Dimensiones (διαστάσεις); magnitudinis numero sex sunt, idque quænam III, 304, 38 s.; III, 305, 33 ss.; non solum situ differunt, sed etiam facultate II, 285, 27; loci partes et species sunt II, 285, 17.

Dimidiatæ lunæ (διχοτομίαι); lunæ circuitus inter coitum et plenilunium intermedii III, 413, 32 ss.

Dimidium; ejus definitio, 248, 8; toti potentia inest, idque quare II, 568, 1 s.; ei non proprium est ut exsuperatum sit, 229, 45, ei proprium est ut unum ad duo referri, 229, 50; toto potentia prius, actu vero posterius II, 523, 52 s.; si idem est quod æquale, non ad idem referuntur II, 512, 22; exemplum πρός τι, 2, 26; 10, 6; ad duplex refertur, 10, 6; simul cum duplice est ac simul tollitur, 11, 21; quomodo duplici opponatur, 17, 26, 32; si fieri possit, fieri etiam poterit duplex, itemque vice versa, 368, 47; alicujus dicitur eodem modo ac ejus genus submultiplum et opposita duplex et multiplex, 212, 53; ejus ultimum divisio est II, 326, 9; ad id prius quam ad finem pervenire rem quæ fertur asserebat Zeno II, 330, 9, cf. II, 360, 12 ss.; quomodo molibus æqualibus in stadio certo quodam moto motis probare conatus sit Zeno id duplici æquale esse II, 330, 33 ss.

Dimidia; nonnisi potentia exstant donec non dividitur longitudo III, 469, 12 s.; quomodo lineæ partes sint et quare earum notio hujus definitioni non contineatur II, 548, 23 ss.; continuo infinita insunt, non tamen actu, sed potentia II, 360, 39 s.; infinita per accidens tantummodo lineæ insunt II, 360, 51 s.; si quis in ea dividat continuum, uno puncto tanquam duobus utitur II, 360, 34 s.; adhuc manifestius idem facit qui ea numerat II, 360, 42 s., cf. 36 s.

Dimidium ac duplex; exemplum citatur, 187, 31.

Dimidio (in); nihil forsan significat, vel si aliquid non idem, nec concretum (συνηρημένον), 305, 27.

δίνησις· v. *Rotatio*.

Dio Syracusanus; Dionysii junioris affinis, 583, 11; propter contemptum idque cum parva manu Dionysium aggressus est, 582, 9, 41; Dionysium cum ter millibus gravis armaturæ vicit, multo majori vi fretum, 426, 51; Dionysium adjuvante plebe ejecit, 583, 11; dicebat mortem sibi præclaram fore, vel si sibi statim moriendum esset, simulac Dionysii terram attigisset, 582, 44; ejecto Dionysio ipse interfectus est, 583, 12; quid adversus eum fecerit Callippus, 339, 50; quid de Dionysio diceret, 638, 15.

Diocles Corinthius; Olympia vicit, 519, 29; Philolai amasius, 519, 28; propter matris amorem Thebas profectus ibi ad mortem usque degit, 519, 30, 39; ejus sepulchrum etiamnum monstratur, 519, 32; quomodo se habuerit ejus sepulchrum, 519, 33.

Diogenes (Apolloniata); omnium rerum principium esse censet aerem II, 472, 42 s., cf. II, 478, 49; II, 479, 39, 52; animam aeri assimilat III, 425, 15 s.; idque quia eum omnium principium atque subtilissimum esse censet III, 435, 16 s.; quomodo ex aere deducat motum et cognitionem III, 435, 17 ss.; recte dixit actionem et passionem obtinere non posse, nisi ex uno omnia facta sint II, 444, 35; ejus de Nili incremento sententia fr. 213, a; ejus de respiratione opiniones exponuntur ac refutantur III, 537, 28 s.; partium interiorum experientia carebat III, 538, 50; non agnoscebat naturam omnia alicujus gratia facere III, 538, 51; ejus venarum descriptio III, 38, 34 ss.; eo teste sub carnibus crassissimus invenitur sanguis III, 39, 31 s.; ubinam sanguinem tenuem et calidum et spumosum fieri censeat III, 39, 33 ss.; pisces in terra degentes mori contendit, quia nimium respirant III, 538, 40 ss.

Diogenes Cynicus; quomodo vocaverit cauponas, 397, 9; quomodo ei illuserit Aristoteles fr. 341, b.

Diognetus; amore ejus impulsa Polycrita patriam Naxum liberavit fr. 279, b.

Diomedea; insula maris Adriatici IV, 87, 1 ss.; Diomedis templum ibi reperiri ferunt IV, 87, 2; aves circum illud IV, 87, 3 ss.; in ea epitaphium Diomedis fr. 313, a.

Diomedes; quasnam ob causas Ulyssem socium elegerit, 405, 15; idque secundum Theodectem, 379, 11; qualia ei dederit Glaucus apud Homerum II, 63, 17; quænam ei cum Achille communia sint, 374, 48; citatur tanquam exemplum fortitudinis civilis II, 33, 22, 24; apud Homerum Hectoris reprehensionem veretur II, 33, 25; torquem cum inscriptione in Dianæ consecravit templo apud Peucetios IV, 95, 2 ss.; ejus et sociorum arma in templo Minervæ Achaicæ dedicata esse feruntur IV, 94, 28 ss.; ejus templum in insula Diomedea Adriatici maris IV, 87, 1 s.; item epitaphium fr. 313, a; ejus socii in aves mutati IV, 87, 9 ss.; ipse ab Ænea dolo necatus est IV, 87, 12 s.

Diomedon publicanus; quidnam de vectigalibus dixerit, 375, 44.

Dionysia; post ea fiunt Thargelia II, 530, 47; quænam in iis in Elide accidant IV, 97, 37 ss.

Dionysius Chalcus; perperam poesin appellavit Calliopes clamorem, 387, 52.

Dionysius (Colophonius pictor); similes imitabatur, 458, 17.

Dionysius Syracusanus; quomodo templa deorum obiret ut ea compilaret, 651, 4 ss.; Cereri a se visæ mundum muliebrem consecrari jussit, 644, 22; dein sacrificio Cereri facto, finxit Deam sibi hunc mundum mutuum dedisse, 644, 30; mulieres quæ aurum gestare vellent, constitutum quid in templo dedicare jussit, 644, 32; triremes ædificaturus urbem sibi prodi dixit atque ad eam rem pecunia opus esse, 644, 34; spatio duorum vel trium dierum interposito, quasi res ipsum frustrasset, pecuniam acceptam civibus restituit, 644, 38; nummum stanneum cudit, 644, 43; quum negarent Syracusani se nova tributa pendere posse suppellectilia sua quasi per inopiam vendidit, 644, 49; persoluto ab emptoribus pretio supellectilia ad se referri jussit, 644, 52; quum cives propter tributa pecora alere desiissent, affirmavit qui postmodum parassent, immunes fore, 644, 53; nihilominus postea tributum imposuit, 645, 4; quum cives pecora mactarent ac venderent vetuit plura mactari quam quibus quotidie opus esset, 645, 5; quum cives pecora diis sacrificarent, vetuit victimas feminas sacrificari, 645, 7; domuum orbarum sibi bona vindicavit, 645, 9; capto Rhegio promisit se Rheginos non in servitutem redacturum esse, si pro singulis capitibus tres minas penderent, 645, 11; nihilominus accepta pecunia, omnes Rheginos sub corona vendidit, 645, 19; repetentibus civibus pecuniam quam ei mutuam dederant, drachmis signum duarum drachmarum incudit, 645, 22; navibus in Tyrrheniam vectus Leucotheæ fanum expilavit, 645, 28; quomodo nautis quæ ipsi rapuissent, rursus abstulerit, 645, 31; potitus veste opulentissima Alcimenis Sybaritæ, eam Carthaginiensibus CXX talentis vendidit IV, 90, 36 ss.; exsilio multavit qui ferro coemendo magnum quæstum fecerat, idque quare, 494, 2; capite damnavit Antiphontem tragicum, 357, 38; e demagogo tyrannus factus est, 580, 15; ei tyrannidem comparavit Hipparinus, 572, 23; affectabat tyrannidem, utpote custodiam postulans, 316, 7; quantam ei custodiam tribuere suaserit Syracusanus quidam, 540, 23; quomodo tyrannidem sibi vindicaverit, 571, 13; quanta vectigalia exegerit, 585, 3; propter affinitatem cum eo corruit Locrensium respublica, 574, 42; ejus progenies degeneravit, 366, 28; quid de eo dixerit Dio, 638, 15.

Dionysius junior; semper ebrius erat, 582, 10; per nonaginta continuos dies ebrius fuit fr. 290, a; per obsidionem quum aliquandiu a potatione destitisset labe laboravit IV, 259, 2 ss.; eum contemnebant cives, 582, 10; ejus affinis Dio, 583, 11; eum propter contemptum, idque cum parva manu aggressus est Dio, 582, 9, 41; eum adjuvante plebe ejecit Dio, 583, 11; quomodo eum vicerit Dio, 427, 2; nuper imperii sociis seditionem moventibus, ejus tyrannis sublata est, 583, 4.

Dionysius sophista; cinædi exemplum citatur IV, 5, 49.

Dionysius; ejus definitio vitæ, 249, 24.

Dionysius; enthymemate apparenti e signo fur dicitur, 381, **48**; plura mala facere valet quam leo II, 166, 26.

Dionysus; alii pronuntiant Zonysus IV, 308, 10, v. *Bacchus*.

Diophantus; Athenis de opificibus vel de servis publicis legem tulit, 508, 6.

Diopithes; ei post mortem missa sunt munera regia, 359, 16.

Diores Cteati filius; ejus epitaphium fr. 315, a.

Dioscuri; memoratur aliquis cui Laco quidam eos vigente tempestate invocare suasit II, 236, 45.

δίωσις· v. *Dispulsio*.

Dioteles; tutor Nicanoris Aristotelis filii fr. 331, b.

διότι· idem est quod τὸ τί ἐστιν, 154, 21, 39; eo quærimus quidnam sit medium, 154, 7; id quærimus, invento τοῦ ὅτι vel τοῦ εἰ ἔστιν, 153, 36; 154, 5; 159, 31; 160, 40; ad id pertinet demonstratio quæ per causam fit, 168, 36; verum e falsis cognoscere non licet, 90, 9, cf. 133, 44, ss.; eo non opus est (in re politica), ubi τὸ ὅτι tenemus II, 3, 22; interdum simul cum τῷ ὅτι cognoscitur, sed nunquam ante, 159, 32, cf. 160, 42; quando id simul cum τῷ ὅτι sciamus, 160, 2; id non quærendum est in scientiæ principiis, 172, 17; ad superiorem scientiam pertinet in scientiis quæ sibi invicem subjiciuntur, 129, 47; ejus syllogismus quomodo differat a syllogismo τοῦ ὅτι, ubi ambo ad eandem scientiam pertinent, 133, 44 ss.; quomodo ubi non ad eandem, 134, 48 ss.; ejus scientia primam causam respicit, 133, 47; 134, 16; hujus syllogismus aut omnino aut plerumque fit per primam figuram, 135, 27; ejus contemplatio maxime refert scientiæ, 135, 30; id opinatur opinio, ubi per ἄμεσα opinatur, 152, 36; ita interrogare licet, ubi in syllogismo vel refutatione oratio non eadem est, vel verbum diversum, 282, 18; ejus ratione fallit syllogismus apparens, etiamsi vera sit conclusio, 287, 42, v. *Causa*.

δίφρον ferebat super scala vir; argumentatio ridicula per homonymiam, 306, 50.

Dirigi quæ possunt (εὐθυντά); quænam sint III, 620, 3 ss.

Directio (εὔθυνσις); quomodo a flexione differat III, 620, 53 ss., v. *Extensio*.

Discendi actus (μάθησις); eodem modo se habet quo ædificatio II, 274, 6; II, 594, 48; quatenus idem sit docendi, quatenus non II, 276, 22, 26, cf. II, 275, 51; eum non facit anima, sed ea ipsa homo, idque quomodo III, 439, 51 ss.

Discendi cupidus (ὁ φιλομαθής); inprimis intellectu circa contemplationes agit II, 120, 51.

Discendi facultas; quatenus eam participent animalia III, 171, 42 ss.

Discendi studium (ἡ φιλομάθεια); animæ voluptas est II, 36, 2; in eo magis afficitur intellectus quam corpus II, 36, 4; id non spectant temperantia ac intemperantia II, 36, 5.

Discens; eo prior est docens III, 360, 24 s.; id simpliciter fieri non dicimus, sed fieri doctum, idque quare II, 438, 37 s.; II, 439, 32 ss.; quomodo ex eo sciens fieri dicatur II, 487, 21 ss.; quatenus ei tribui possit affectus et alteratio III, 451, 39; non se habet ut oportet II, 235, 40; quatenus scientiam habeat, quatenus non II, 570, 18 s., 21 s., cf. 121, 33 ss.; potentia sciens est, sed non eodem modo ac qui scientiam habet, sed non speculatur II, 349, 18; ab alio potentia ad aliud transit potentia II, 349, 21; quomodo sensu et terminorum expositione utatur, 83, 38; eum sequitur cum scientia tum ignorantia, 199, 34; eum fidem habere oportet, 277, 26; cum eo e notioribus ratiocinandum est, 266, 50, 51; ei alius est scopus quam iis qui certandi aut contemplandi gratia disputant, 267, 14; ei semper ponenda sunt probabilia, 267, 16; eum nemo falsum docere conatur, 267, 17.

Discentes; verba dicta ac auditu percepta voce repercutiunt III, 418, 43 ss.

Discere; jucundum est, idque quare, 337, 7, 10, 16; IV, 206, 12 ss.; æquivocum est, 278, 12; si est recordari, didicisse est recordatum esse, 211, 33; hujus verbi loco adhiberi solet verbum intelligere, idque quando II, 73, 6, 11.

Discere facile; natura omnibus jucundum est, 396, 5.

Disceptantes (οἱ ἀμφισβητοῦντες); eorum orationes audire ad litem dirimendam melius est II, 488, 48 s.

Discessus; eum quæ spectant mala terminantur solutione in Iliade, 469, 10.

Discessus (Ἀπόπλους); tragœdia ex Iliade parva desumpta, 477, 5.

Disciplina (παιδεία, μάθησις); multis animalibus communis est III, 4, 38; ea una et communis bonaque reddenda est civitas, 501, 41; semper cum molestia conjuncta est, 628, 19; eam solis custodibus tribuit Plato, 502, 28; qualis esse debeat agricolarum non determinavit, 502, 35; custodum in *Republica* exposuit Plato, 503, 28; eandem custodibus præcepit ac eorum uxoribus, 503, 26; eandem instituit Plato in *Legibus* ac in *Republica*, 503, 35; ejus signum est si quis secundum rationis monita faciat quæ ipsa præcipit, 412, 11; animum conservat, 412, 35; rationi conjuncta vitæ dux est, 412, 42; ignorantiæ interitus est III, 528, 5 s.; eam cupere debemus II, 26, 22; ante quintum annum puerorum incrementum inhibet, 623, 7; aliorum interesse debent pueri inde a quinto usque ad septimum ætatis annum, 624, 10; quum ad bonam vitam conferat, merito honores civiles ambit, 534, 17; ea quæ acquiri debent, faciendo discimus II, 15, 4; non est disciplinæ generatio II, 310, 33, cf. II, 599, 22; omnis fit e prægressa cognitione, 121, 3; 170, 28; II, 68, 8; omnis petitur e rebus antea cognitis II, 485, 20 ss.; in ea transitus fit a minus notis ad notiora II, 540, 17 ss.; eo constat ut e rebus nobis notis quæ natura notá sunt nobis nota faciamus II, 540, 21 s.; comparatur actioni II, 540, 19 s.; primo loco imitando fit, 459, 12; non solum philosophis sed etiam reliquis hominibus jucundissima, 459, 18; motus est, ideoque actio imperfecta II, 568, 37 s., cf. 31 s.; fit resonantibus verbis dictis ac auditu perceptis III, 418, 43 ss.; ejus per accidens causa est sermo III, 477, 17 ss.; ei non æquiparandus est sensus III, 483, 16 s.; quidnam ejus principium II, 514, 25 ss.; partim inductione, partim syllogismo comparatur II, 68, 10; in omnibus eadem est via, 76, 42; in unaquaque duæ sunt docendi rationes, eæque quales III, 218, 1 ss.; specie una, non vero simpliciter specie una II, 312, 41 s.; ejus divisio fr. 94, b; eam sequitur scientia, nec vero vice versa, 323, 17; 325, 38; quæritur unane an plures exstent quæ sui causa discantur, 626, 36; ejus voluptas ad discendum aptiores reddit II, 88, 15; quæ otii gratia discuntur sui gratia discuntur, 626, 13; quæ negotiorum gratia discuntur necessariæ sunt et aliarum rerum causa discuntur, 626, 14; metuendum ne inefficax sit, nisi auditoris anima consuetudine præparata sit ut rite gaudeat ac oderit II, 127, 47; deceptioni contraria quam nobis ipsi debemus II, 315, 17; rerum simplicium non est II, 557, 29; recentes maxime decore suo delectant II, 222, 41; hodie usitatæ omnes in utramque partem vergunt, 625, 31; tres sunt quarum alia spectat res immobiles, alia res interitus expertes quæ moventur, alia res interitui obnoxias II, 269, 43; quænam illiberales habendæ sint, 625, 23; qui aliquam addiscit nullum mutat signorum quibus utitur physiognomon IV, 2, 47 ss.

Disciplina (πραγματεία); unicuique propriæ sunt quæstiones II, 185, 41.

Disciplina (τὸ διδασκόμενον); bonum est in categoria τοῦ moveri II, 190, 22, 26.

Disciplina moralis; v. *Civilis scientia utpote moralem comprehendens* et *Moralis disciplina.*

Discipuli; eorum nos pudet, 357, 32; eorum cum præceptoribus lites difficulter dirimuntur II, 233, 25, cf. 38 ss.; quonam modo proficiant fr. 62, b.

Discit (qui) iterum; differt ab eo qui reminiscitur III, 496, 51 ss; idque quomodo III, 497, 2, 31 ss.

Discit nunc literas, siquidem didicebat quæ scit; exemplum captionis secundum compositionem, 279, 2.

Discordia (στάσις, τὸ στασιάζον); ea quod affligitur debile est, 571, 48; oriri solet inter maritum et uxorem, ubi alter adhuc generare potest, altera non, vel vice versa, 620, 45.

Discordia (νεῖκος, ἔρις); nihil ex amicitia facit II, 255, 39; ejus essentia non est ut causa sit, sed ut disjungat II, 344, 26 s., cf. II, 364, 1; eam e rerum natura abesse optat Homerus, contradicente Heraclito II, 219, 23; ei omnia originem debere putat Heraclitus II, 91, 35; (νεῖκος) secundum Empedoclem disjunxit elementa II, 406, 11; non discernit elementa apud Empedoclem II, 460, 49; secundum Empedoclem multa ex uno facit II, 342, 21; II, 363, 52 s.; tristis secundum Empedoclem II, 496, 17; III, 434, 28; eodem teste ea discordiam videmus, *ibid.*; ea excepta, omnem naturam in unum coegit Empedocles II, 433, 40, cf. 53; causa malorum est secundum Empedoclem, si ejus mentem non verba respicias II, 474, 12; sæpe conjungit, idque quando II, 474, 31 ss.; mali essentia est secundum Empedoclem II, 610, 18; igitur perperam eam interitus expertem facit II, 610, 17; alicujus motus est causa apud Empedoclem II, 461, 26; apud Empedoclem magis quam amor motus naturalis causa esse videtur II, 461, 11 s.; tunc solummodo, ubi adhuc cum amore certabat, affectus ab elementis separari potuisse censet Empedocles II, 433, 51 s.; discretionis solummodo causa est secundum Empedoclem II, 460, 41; II, 461, 16; igitur causa esse nequit cur semper vel plerumque eodem modo fiat generatio II, 460, 41; nunc regnante ea eodem modo, teste Empedocle, se habet mundus ac olim quum amor prævaleret II, 461, 23 s.; ea pars non est dei Empedoclis III, 442, 25; secundum Empedoclem non sursum tulit ætherem II, 461, 17; determinare, vel ponere, vel demonstrare debuisset Empedocles quinam motus ad ejus essentiam pertineret II, 461, 3 ss.; igitur dicere non sufficit eam movere II, 461, 2 s.; ab ea movetur sol II, 486, 44, v. *Contentio.*

Discrepantes (ἀπᾴδοντες); cur gravius cantantes facilius quam acute deprehendantur IV, 208, 25 ss.

Discrepare; cur plerique in acutum discrepent IV, 209, 9 ss.

Discretio (διάκρισις); quidnam de ea senserit Anaxagoras II, 277, 24, cf. II, 253, 33 ss.; non fit ex atomis II, 436, 42; nec ita ut ex omni parte fiat divisio II, 436, 44; sed in parva et minora II, 436, 46; secundum Leucippum duobus modis fiunt, nempe vacuo et tactu II, 449, 19 ss.; secundum Platonem vero tactu tantummodo II, 449, 22; ei simile censet Empedocles quod terra deorsum movetur II, 461, 11.

Discretio et concretio (διάκρισις καὶ σύγκρισις); iis fieri censent ortus et interitus Leucippus et Democritus II, 434, 28, cf. II, 435, 4 ss.; II, 436, 27; item fere omnes II, 434, 37; iis corruptioni facile obnoxia fiunt corpora II, 437, 3, v. *Concretio* et *Discretio.*

Discretivum et concretivum (διακριτικὸν καὶ συγκριτικόν); albo et nigro priora et prius contraria sunt, idque quare II, 582, 4 ss., cf. 16.

Discriminis parvi neglectus (ὀλιγωρία); propter eum mutatur reipublicæ forma, idque quomodo, 566, 41; 567, 50, cf. 574, 45; 575, 25.

Discus; quomodo eum imitari conentur pravi tibicines, 480, 49.

Disertus (ὁ εἰπεῖν δυνάμενος, ὁ ἐν τῷ λέγειν ῥητορικός); conveniens putat se magni fieri apud dicendi imperitum, 348, 24; se injuriæ illatæ pœnam effugere posse sperat, 338, 10.

Disjuncta (διεστῶτα); ex iis mundus construi vel generatio fieri vix potest II, 414, 17 s.

Disjunctum esse (ἀπολελύσθαι); quidnam II, 543, 14 ss.

Dispensator (οἰκονόμος); omnibus præest et omnia dispensat II, 159, 1; domino otium parat II, 159, 3; ei comparatur prudentia II, 159, 6; eo non opus est in re familiari exili, 638, 12; ei similis videri debet tyrannus, 586, 16; 587, 43.

Dispensator bonus; nihil abjicere solet eorum quæ adhuc aliquam utilitatem præstare possunt III, 364, 4 ss.; idque ad rem familiarem augendam III, 364, 9 s.; igitur ei comparatur natura III, 364, 4.

Dispositio; (ἡ διάθεσις); quidnam II, 529, 5; positionem quandam significare debet, ut etymologia docet II, 529, 5 s.; ad ejus genus pertinent cum virtus, tum scientia, 207, 44; haberi dicitur, 24, 2; πρός τι, 9, 29; ad primam qualitatis speciem pertinet, 13, 9; quomodo ab habitu differat, 13, 10 ss.; non necessario habitus sunt, 13, 35; ejus exempla, 13, 19; magis ac minus non recipit, 16, 18; disceptatur utrum ad qualia, an ad πρός τι pertineant, 16, 39 ss.; necessario ei inest ad quod refertur, 213, 27; alicujus esse dicitur, 212, 45; mala ac bona, 190, 2; æqualis vel inæqualis non dicitur, sed similis, 9, 19; optima ab optimis rebus provenit II, 194, 17; omnis iisdem generatur quibus perditur II, 194, 22; cavendum ne in definitione constituenda tribuatur rei quæ eam capere nequeat, 245, 1; qui ita agunt vel effectum efficaci subdunt, vel vice versa 245, 18.

Dispositiones; particulares qualia sunt, genus πρός τι, 16, 45; substantiam significare non videntur, idque quare II, 498, 5 ss.; animalium non idem sunt quod materies III, 546, 42 ss.; aliquid ad iram conferunt, 348, 50.

Dispositio (deceptio secundum eam); v. *Deceptio secundum dispositionem.*

Dispositum (τὸ διακείμενον); ubi eodem modo enuntiatur ac agens, fit captio secundum figuram dictionis, 279, 26.

Dispulsio (δίωσις); depulsionis species est II, 335, 24; ejus species est contextus II, 335, 27 s.; item secretiones quæ non ad ortum et interitum pertinent II, 335, 29 s.

Disputans; interdum adversus eum, non adversus argumentationem disserendum est, 270, 31, 36; 271, 13, 26, 50; sæpe vera evertere cogitur, 270, 44; interdum falsa vel e falsis colligere debet, 270, 43; nihil impedit quominus ei interdum magis placeant falsa quam vera, 270, 47; si refutatur ex falsis opinionibus sibi placentibus magis convincetur quam juvabitur, 270, 49; ambobus communis est scopus, 271, 5, cf. 270, 35.

Disputatio; in ea vitandæ sunt metaphoræ, 167, 23; ad eas utilis est dialectica, 173, 21; dialectice, non contentiose alio traduci debent, 270, 50; in iis qui positiones defendunt quidcunque evenerit sustinent, perinde ac si vera haberent principia II, 421, 10 ss.

Disputatio contentiosa (ἡ ἐριστική); injusta in contradicendo pugna est, 288, 5; comparantur injustæ pugnæ in certaminibus, 288, 4; in ea fieri potest, ut inferior ratio superior efficiatur, 382, 51; jucunda est assuetis, 336, 35; cur ingenia exercere possit IV, 203, 40 ss.; cur in iis disputatio non insistat IV, 205, 13 ss.

Dissectiones (ἀνατομαί); iis animalium mortuorum venarum naturam inquisiverunt nonnulli III, 38, 22; ex iis discere oportet quomodo venæ se habeant III, 262, 47 s.; ex iis patet cor venarum principium esse III, 357, 13; III, 504, 12 s.; item venas cor non transmeare, sed ab eo pendere III, 542, 31; item cor sanguinis fontem vel primum conceptaculum esse III, 258, 48; in iis sæpe latet cordis situs, idque quare III, 15, 21 s.; ex iis conspicere licet, quomodo cor in pulmones pertusum sit III, 547, 37 s.; item quomodo cordis situs se habeat ad branchias III, 547, 47 ss.; ex iis diligentior branchiarum cognitio peti potest III, 302, 17 ss.; ex iis discere oportet quomodo se habeant animalium ruminantium viviparorum ventriculi III, 271, 30 ss.; ex iis discere licet, quomodo se habeant genitalia interiora III, 293, 9; item quomodo intra uterum dispositi sint fœtus III, 404, 40 s.; ex iis constat in utero non inveniri carunculam mammæ similem III, 366, 28 s.; item fœtus intra uterum vigilare III, 415, 32; item, gemellos sæpe in eadem uteri parte contineri, etiamsi diversum habeant sexum III, 393, 20; non demonstrant fellis adspergine fieri morbos acutos III, 275, 9; ex iis contemplari oportet, quomodo a se invicem differant pisces et serpentes meatuum seminalium ratione III, 35, 26 s.; ex iis accuratius conspici potest quomodo uteri et ovorum ratione cum inter se tum a reliquis piscibus differant pisces cartilaginei III, 37, 24 ss.; III, 325, 29; ex iis disci potest quomodo sitæ sint partes crustatorum et quomodo a se invicem differant, idque tam genitales quam reliquæ III, 286, 26 ss.; item quomodo se habeant singulæ partes (interiores) apud testacea III, 279, 34 ss.; memorantur III, 15, 22; III, 25, 6; III, 26, 34, 49; III, 112, 48, 54; III, 667, 10.

Dissectiones; ex iis disci potest quomodo sitæ sint partes internæ patellæ feræ III, 64, 15 s.; item qualis sit figura astacorum fluviatilium III, 65, 9 s.; item quænam sit matricis figura apud pisces III, 112, 16 s.; item quomodo se habeant venæ mesenterii III, 234, 53 s.; lineamenta iis addita docent quænam sit figura meatuum seminalium apud pisces cartilagineos III, 113, 34 s.; iis adjuncta lineamenta citantur III, 17, 15; citantur exempla quæ in iis inveniuntur III, 366, 20 s., *ceterum* cf. fr. 169, b ss.

Disserens (διαλεγόμενος); exemplum citatur, 176, 46.

Dissidentia (τὰ ἀνομολογούμενα); quomodo ex iis petantur enthymematum redarguentium argumenta, 379, 36

Dissidia (διέδρα); augurum quidnam III, 172, 44 s.

Dissidia et considia (διεδρεῖαι καὶ συνεδρεῖαι); augurum probant animalibus inesse amicitiam non genuinam II, 221, 36.

Dissidium; v. *Discordia.*

Dissimilares partes (ἀνομοιομερῆ); aliquid secundum naturam sunt quod in corpore invenitur III, 334, 6 ss.; ex iis tertio loco constant animalia III, 228, 48 s.; III, 229, 23; e similaribus partibus constant III, 1, 14 s.; III, 330, 27 s., 31; III, 319, 11 s.; una cum similaribus fiunt III, 348, 46 s.; corporis totius materies sunt III, 319, 10 s; quænam III, 1, 7 s.; III, 229, 1; iis accensenda sunt facies et manus et pedes et lingua III, 330, 19 s., 22 s.; III, 331, 21 s.; earum principium cor est III, 357, 6 s.; partim ad earum substantiam, partim ad munera conferunt partes similares siccæ III, 231, 11 s.; earum partim alimentum, partim excrementum sunt partes similares humidæ III, 231, 12 ss.; eodem modo a se ipsæ differre possunt quo similares III, 231, 37 ss.; idque discrimen partim munera et substantiam spectat, partim melius vel pejus III, 231, 39 ss.; probatur fieri non posse ut simul ab his et a similaribus aliquid abeat III, 330, 30 ss.; jam finem et terminum tenent III, 229, 22 s.; ipsis sunt munera et officia III, 229, 27; III, 230, 24 s.; generationis ergo posteriores sunt similaribus III, 229, 21 s., cf. III, 330, 27; earum causa exstant partes similares III, 229, 26 s.; motus et munera multiformia habent III, 229, 29 s.; e similaribus constant cum propter causam finalem, tum propter necessariam III, 229, 41 s., cf. III, 231, 8 ss.; III, 334, 13 s.; varias sortitæ sunt qualitates eædem simul III, 229, 38 s.; vel pluribus vel una parte similari constare possunt III, 229, 47 ss.; multipliciribus ad pauca munera non opus est plantis III, 243, 25 s.; iis competunt facultates effectivæ III, 5, 25 s.; facultate determinantur III, 331, 20 ss.; quomodo earum ratione a se invicem differant animalia sanguine prædita III, 17, 37; iis magis quam similaribus parentibus similes sunt liberi III, 330, 21 s., cf. 28 s.; si igitur hoc non fit quia ab unaquaque earum aliquid secedat, nec necesse erit a similaribus aliquid secedere III, 330, 23 s.; si ab iis solis aliquid secedat, non ab omnibus partibus aliquid secedet III, 330, 25 s.; ubi de iis sermo fit, etiam de partibus disserendum est quarum principium os aut caro est, idque quare III, 243, 4 ss.

Dissimilaria; e similaribus componuntur II, 443, 20; augentur igitur, ubi similaria augentur II, 443, 19; quænam sint III, 623, 9 ss.; quomodo fiant III, 626, 8 ss.; de iis singulis agetur III, 626, 13 ss.; in iis magis manifestum quam in similaribus est discrimen inter formam et materiem II, 443, 32 s.; igitur in iis magis manifestum est pro portione augeri II, 443, 31.

Dissimile (ἀνόμοιον); simili oppositum est II, 501, 9, 29 s.; II, 522, 30 s.; ad multitudinem pertinet II, 577, 4; multis modis dicitur II, 577, 23; quod omnino est ab omnino dissimili affici nequit II, 446, 18 s.; ea in se invicem agere et a se invicem pati censent antiqui plerique II, 445, 50 s.; idque quatenus recte II, 446, 8 ss.; 44, 53; ex iis teste Heraclito pulcherrimus fit concentus II, 91, 34; iis interdum delectamur, idque quare II, 227, 16.

Dissimilitudo (ἀνομοιότης); similitudinis contrarium est II, 579, 9 s.

Dissimulatio (εἰρωνεία); animæ affectus II, 195, 32; affectus animæ moralis vituperandus II, 216, 34; II, 217, 8; ejus definitio II, 21, 53; II, 138, 32; II, 196, 1; et sermones et actiones et simulationem spectat II, 21, 41; II, 49, 32; spectat veritatem colentes et mentientes II, 49, 31; ea et alicujus et nullius gratia uti licet II, 49, 40; modum excedens interdum arrogantiæ similis evadit II, 50, 27.

Dissimulator (εἴρων); quisnam II, 21, 54; II, 150, 26; II, 217, 9; et sermones et actiones spectat II, 21, 11; mendacium amat II, 217, 12; ejus signum III, 8, 48 s.; opponitur jactabundo II, 150, 25; vituperio dignus est, sed minus quam arrogans II, 49, 45; II, 50, 32; quæ sibi insunt negare et attenuare videtur, idque inprimis si splendida sint II, 49, 35; II, 50, 34; qui modica dissi-

mulatione utitur nec quæ in promptu aut manifesta sunt dissimulat, moribus elegantior esse videtur II, 50, 21, 29; non lucri gratia dissimulat iste, sed ut dictionis tumorem vitet II, 50, 23; quomodo vocentur qui parva et manifesta affectant II, 50, 25.
Dissoluta (ἀσύνδετα); actionem respiciunt, 400, 37; iis necessario adhibetur actio, 400, 46; iis peculiare est ut uno tempore multa dici videantur, 400, 48; ad amplificationem faciunt, 401, 2; in quonam eloquentiæ genere recipiantur, in quonam rejiciantur, 400, 36; iis concludenda est oratio, 410, 36.
Dissolutio (διάλυσις); quidnam ex opinione eorum qui unicum elementum esse statuunt II, 417, 42.
Dissolutio (διάχυσις); duo ejus causæ sunt III, 615, 9.
Dissolutio (ἔκλυσις); sequela est intemperantiæ II, 245, 49.
Dissolvi (τὸ διαλύεσθαι); si est corrumpi, dissolutum esse est corruptum esse, 211, 35.
Dissonum; v. Ἄρρυθμον.
Dissuasio (τὸ ἀποτρεπτικόν, ἀποτροπαί); species orationum civilium, 413, 15; quidnam, 413, 29; in ea adhibemus consentaneum e rebus petitum, idque quomodo, 425, 15, 21; facienda ex argumentis oppositis ac suasio, 444, 47; in ea quomodo facienda sint procemium, narrationes et confirmatio, 444, 43 ss.; in ea ordo idem est ac in suasione, 445, 5; in ea qua adversarii suasionem impugnamus, quænam exponenda sint in procemio et confirmatione, 445, 8 ss.; quodsi ita fieri nequeat hujusmodi dissuasio, ex argumentis ab adversario omissis, idque quomodo, 445, 19; in ea adhibendæ quoque sunt amplificatio et extenuatio, idque quomodo, 445, 25; item enthymemata et sententiæ, 445, 27; in ea solvendæ sunt præoccupationes et iteratio in fine adhibenda, 445, 28; adversus quosnam et quomodo in ea ad odium, vel iram vel invidiam permovendi sint auditores, 445, 32 ss,
Dissuasor (ὁ ἀποτρέπων); quidnam sit ejus officium, 413, 35.
Distantia (ἡ διάστασις); hinc illuc quatenus eadem sit ac huc illinc II, 276, 23; partes indivisibiles habere nequit II, 626, 10; infinita est, unde visibile videri non possit, finita vero unde possit II, 492, 45 ss.; ejus modi etiam exstant circa audibile et odorabile, ac omnino circa sensus qui non contactu percipiunt III, 492, 47 ss.; altera harum ab altera separatur limite indivisibili III, 492, 49 ss.; forsitan intra eas æque ac intra figuras alias minores adscisci licet externis pro portione respondentes III, 498, 22 ss.; loco maxima est eorum quæ per diametrum opposita sunt III, 588, 27 s.
Distare; quidnam fr. 120, a.
Distare et maxime differre; num idem sit fr. 120, a.
Distensiones (διατάσεις); puerorum inhibendæ non sunt, idque quare, 623, 17.
Distinctio (διαίρεσις); unam habet tethya III, 281, 38, cf. 44.
Distinctiones subtiliores; fiunt deceptionum logicarum causa II, 196, 25.
Distinguere (διορίζειν); id nescit vulgus II, 117, 2.
Distinguitur (quod); propter ejus copiam aut frigus non vincitur patiens III, 400, 7 s.
Distortio (διαστροφή); oculorum quænam IV, 273, 44; cur ei homo vel solus vel maxime obnoxius sit IV, 170, 8 ss.
δίθυρα· v. *Univalvia et bivalvia testacea.*
Dithyrambica poesis; imitatio est, 457, 7; quibusnam a reliquis artibus imitationem colentibus distinguatur, 457, 10, 15 ss.; 458, 8; et numero et modulatione et metro utitur, 458, 6.
Dithyrambus; omnium consensu Phrygius est, 633, 43; inventus est a Pindaro Corinthi fr. 28, a; e Dorico modo componere conatus in Phrygium cecidit Philoxenus, 633, 46; postquam imitationi inservire cœperunt antistrophis amplius non utuntur quanquam antea utebantur IV, 207, 20 ss.; quomodo ex iis prodierit tragœdia, 460, 6; eorum exordia conjunctione una, 394, 9; eorum procemia similia procemiis orationum demonstrativarum, 402, 47; modo pejores, modo meliores, modo similes imitantur, 458, 26.
Diu; opponitur brevi II, 213, 11.
Diuturniora (πολυχρονιώτερα); præstant minus diuturnis, et quare 327, 14.
Diversitas (ἑτερότης); eo nonnulli referunt motum II, 274, 48; II, 595, 26.
Diversi; in eos quoque diversum debet esse imperium II, 99, 40.
Diversum (ἕτερον); secundum unum et ens dicitur II, 522, 49 s.; igitur multis modis dicitur II, 522, 48 s.; et in unaquaque categoria diversum est II, 523, 1; eidem oppositum est II, 501, 9, 29; pertinet ad multitudinem II, 577, 4; quot modis dicatur II, 522, 21 s.; II, 577, 24 ss.; eidem non contradictorie oppositum est II, 577, 29; igitur eorum oppositio solummodo spectat res quæ unum et ens dicuntur II, 577, 28 s., 30 s., 34 s.; non vero non entia II, 577, 30; quidnam inter id et differens intercedat II, 577, 33 ss.; inductione constat quædam revera ita se habere II, 577, 44 s.
Diversa; si in se invicem agunt, teste Democrito, eatenus tantummodo agunt quatenus idem sunt II, 446, 6 s.
Diversa genere (ἕτερα τῷ γένει); quænam dicantur II, 532, 31 ss.; II, 577, 48; longius a se invicem distant quam diversa specie II, 584, 31.
Diversa specie (ἕτερα τῷ εἴδει); quænam dicantur II, 523, 2; II, 583, 5 s.; iis opposite dicuntur eadem specie II, 523, 9 s.; in eodem genere esse debent II, 582, 37; alicujus et aliquid diversum esse II, 582, 35, cf. 51; etiam amplificationem et deminutionem recipiunt II, 91, 45.
Dives; esse majus bonum habetur quam videri, 328, 26; hunc esse, meis rebus usurpatis, justum non est, dum ego meis privatus mendico, 438, 1; det pauperi et egeno, 438, 3; non laudantur sed beati esse prædicantur, 446, 20; prædicantur quod suaviter edunt vel bibunt IV, 314, 24 s.; cur in iis maxime continentiam et temperantiam probemus IV, 259, 38 ss.; vulgo pauperibus justiores habentur, 426, 30; nonnullos si quis injuriam pecuniariam commisisse monstret, utitur exemplo præter rationem, 426, 32; ii sunt qui facultatibus suis publica munera obeunt, 548, 3; pars civitatis sunt, idque magis quam quilibet alii, 548, 3, 20, 22; plerumque pauci sunt, 548, 21; iidem qui pauperes esse nequeunt, 548, 19; iis sive ipsi sibi bona pararunt, sive ea majoribus, sive quibuscum necessitudine conjuncti sunt debent, convenit magnificos esse II, 43, 15; aliquam magnitudinem ac dignitatem habent II, 43. 18; honorem petunt eoque etiam dignantur II, 45, 13, 17; quorumnam indigeant, 339, 9; indigent voluptate IV, 259, 43; propter potestatem voluptatem non necessariam sectantur, 333, 45; non agunt propter opulentiam, sed propter cupidinem, 333, 47; iis maxime opus est amicis, idque quare II, 90, 44; cum eo pauper utilitatis gratia amicitiam contrahit II, 97, 43; contumeliosi et quare, 348, 14; conveniens putant se a pauperibus magni fieri, 348, 23; pauperes contemnunt, 555, 35; eorum opes appetunt pauperes, 555, 45;

superbi et contumeliosi sunt, 366, 27; item delicati stolideque magnifici, 366, 31; putant se dignos qui imperent, 366, 43; injurias quales faciant, 367, 1; in verbera et adulteria proclives, 367, 2; se injuriæ illatæ pœnam effugere posse sperant, 338, 11; iis multi indigent, 366, 36; eorum ad fores præstolantur divites secundum Simonidem, 366, 40; partim eosdem mores habent quos potentes, 367, 5; pæne soli equos alere possunt, 545, 30; 597, 12; aliquem cum eo loquentem videns, intelligit, eum æs mutuo petere, 153, 21; iis carere nequit civitas, 610, 19; iis et pauperibus constat civitas, 587, 32; efficere debet tyrannus ut se ei salutem debere putent, 587, 34; curare debet tyrannus, ne iis injuriam inferant pauperes, 587, 35; ne ullo modo injuria afficiantur, cavere conatur rex, 580, 28; inter eos discordiam et calumniam serere debet tyrannus, 584, 46; sine iis persistere nequit nec democratia, nec oligarchia, 578, 44; errant demagogi eos semper oppugnantes, 578, 51; semper pro iis disserere videri oportet in democratia, 578, 52; iis parcendum est in democratiis, 577, 30; in oligarchia graviori pœna mulctandi sunt, si pauperi contumeliam intulerint, quam si alii diviti, 577, 38; iis in democratia vel æqualitas, vel primæ partes tribuendæ sunt, 577, 46; eos conspirare cogunt demagogi, 570, 11; eos calumniantur demagogi ut eorum bona publicare possint, 570, 43; eorum propter odium tyrannis confidit plebs, 571, 10; 579, 52; quonam democratiæ genere iis non minus valeant pauperes, 548, 47; 592, 6; in democratia iis plus valent pauperes, 591, 17; iis ne invideatur plebs, in democratia cavere debent leges, 417, 46; 418, 23; curandum, ut in democratia ultro ad publica officia obeunda munifici sint, idque quomodo, 417, 47; si plebi exæquentur, paucique vel nulli adsint cives opibus medii, fieri solet rerum conversio, 569, 49; metuendum est ne eorum bona dividant pauperes, si penes eos est summa auctoritas, 530, 35, 39, cf. 592, 25; iis vim infert multitudo, 530, 45; quænam eorum imperio objici possint, 530, 46; quando propter contemptum democratiam tollant, 567, 15; eorum bona publicarentur, si id quod majori numero placuerit ratum esse deberet, 592, 25; reliquis si quis plus possideret, secundum oligarchicum jus jure solus regnaret, 592, 22; ubique numero pauci sunt, 528, 36, 44, cf. 546, 30, 46; quanam de causa cum pauperibus de republica administranda certent, 528, 45; si numero plures essent quam pauperes rerumque summa potirentur, quæritur quonam nomine designanda esset hujusmodi respublica, 528, 19, 30, cf. 546, 22 ss.; eorum commodum respicit oligarchia, 528, 5; ubi justum non esse putant nihil possidentes, æque civitatis participes esse ac possidentes, in oligarchiam fit transitus, 589, 25; si plebe superiores sint, e democratia in oligarchiam fit transitus, 556, 30, 36; 589, 38; secundum Platonem, si dissipatis bonis, ære alieno obruantur, in democratiam fit transitus, 589, 41; in oligarchia imperant, 546, 50; si mille trecentis pauperibus imperarent, democratia non esset, 546, 23; qui ad magistratus non evehuntur, interdum oligarchias evertunt, 571, 32; in oligarchia mulctam solvunt, si a judiciis abstineant, 553, 18; 558, 5; 560, 27; fieri potest, ut iis numero plures sint pauperes, 557, 15; ubi proportione prævalent, oritur oligarchia, 557, 25; timendum non est ne unquam cum pauperibus conspirent, 557, 35; pauperibus diffidunt, 557, 40; iis plus quam decet tribuere solent qui aristocratias constituere volunt, 557, 44; quomodo iis majorem partem tribuerit Plato in *Legibus* in magistratibus eligendis quam ceteris civibus, 505, 23 ss.; quomodo item in senatu eligendo, 505, 29 ss.; quomodo item in senatus electione, 505, 29 ss.; eorum cupiditates reipublicæ magis nocent quam plebis, 557, 48; iis in oligarchiis mulcta irrogatur si a concionibus abstineant, 558, 1; item si magistratus detrectent, 558, 4; item si arma non possideant, 558, 16; item si a gymnasiis abstineant, 558, 17; in democratia iis mulcta non irrogatur si a concione abstineant, vel judicis munere fungi nolint, 558, 23; in politia vero irroganda est, 558, 25; mercedem non accipiunt, ut judicis munere fungantur, 595, 46; diutius a rebus suis abesse nolunt, breve vero tempus non recusant, 595, 48; sumptus non extimescunt, si in ultimo democratiæ genere infrequentes sint conciones, 595, 45; iis prodest, si pauperibus subsidia præsto sint, 596, 6; mercedem in necessarias conciones conferre debent, 596, 12; muneribus publicis inutilibus sumptus nimios impendere non debent, etiamsi velint, 577, 34; 596, 13; iis semper magistratus tradendi sunt, idque quare, 577, 1; ex iis creantur magistratus in oligarchia, 562, 16; magistratibus fungi possunt, etiamsi nullum inde lucrum repetere liceat, 577, 21; eos sæpe impedit rerum privatarum cura quominus concionem celebrent vel judicis munere fungantur, 550, 52; iis magis convenit gravis armatura quam pauperibus, 597, 14; in seditionibus sæpe vincuntur a plebe, ubicunque magna multitudo velitum adest, 597, 13, 21; partim graviter armati, partim inermes sunt, 545, 26; opus offerre reipublicæ debent, idque quando, 420, 21; 456, 6; si eos superiores efficiat respublica, contumelias inferre et nimium sibi vindicare solent, 574, 21; majorem agri partem possident, 534, 24; quod ad pacta attinet plerumque majori fide digni sunt, 534, 25; merito honorem civilem ambiunt, 534, 8; aliquatenus jure sibi vindicant honores civiles, 534, 24, cf. 528, 49 ss.; apud eos frequentius occurrere solent generis præstantia et educatio, 552, 21; ea possidere videntur quorum causa injurias faciunt injusti, 552, 28; honesti et nobiles vocantur, 552, 24; apud plerosque honestorum virorum locum tenent, 552, 47; pauperum multitudini misceri debent, 577, 2; eorum cum pauperibus mixtio politia appellari debet, 553, 1; Lacedæmone vix a pauperibus distingui possunt, idque tam pueri quam viri, 553, 45 ss.; olim Colophone pauperibus numero plures erant, 546, 45; eos dotes dare, non vero accipere voluit Phaleas Chalcedonius, 506, 8; adversus eos Amphipoli concitavit colonos Chalcidenses recens arcessitos Cleotimus, 572, 26, cf. 568, 17; eorum pecora mactavit Theagenes Megarorum tyrannus, 571, 12; eos calumniatus est Dionysius, 571, 14; ab iis, Rhegio capto, pecuniam mutuam sumpserunt pauperes ut libertatem redimerent, 645, 17; seditione victos cur exsulare quam interficere maluerint Cyziceni, 642, 29; quomodo ab iis pecuniam exegerit Mausolus, 642, 41; eos nummum ferreum recens cusum argento permutare jusserunt Clazomenii, quo ducibus militum debitum penderent, 643, 50; iis postea pedetentim loco ferri argentum e vectigalibus reddiderunt, 644, 1; ab iis magnam argenti summam exegit Memnon Rhodius, promittens se eam restituturum esse e ceterorum civium tributo, 647, 45; quum pependissent reliqui cives, iis nihil restituit, sed pecuniam mutuam restituit, 647, 47; iterum ab iis pecuniam mutuam petiit quam se e vectigalibus restituturum esse promisit, 647, 50; vectigalibus perceptis, promisit se iis postea pecuniam una cum fœnore restituturum esse, 647, 52; olim iis solis in Macedonia portorii fidejussores esse licebat, idque quare, 645, 52.

Divites e majoribus locupletibus nati (πάλαι πλούσιοι); illos nobiles esse dixit Simonides fr. 56, a.

Divites recens facti (οἱ νεωστὶ κεκτημένοι sive πλουτοῦντες); omnibus vitiis opulentis propriis magis obnoxii quam reliqui divites, 366, 44; si imperent, magis indignationem movent quam quibus vetustæ divitiæ vel hereditariæ, idque quare, 360, 43, 47; iis non conveniunt matrimonia præstantia, 361, 1.

Dividendi vis (διαιρετικόν); alia majorem alia minorem habent II, 431, 32 s.

Dividuum (μεριστόν); vel magnitudo est vel multitudo II, 278, 28; II, 59, 68; quænam sint IV, 47, 13 ss.; nullum unum tantummodo terminum habet, sive in unam sive in plures directiones continuum est II, 299, 21 ss.; in minus dividitur II, 332, 29; ubi est, esse partes vel omnes vel aliquæ necessario esse debent II, 298, 52 ss.

Dividuum et continuum; in iis quod factum est prius fieri debet et quod fit semper antea factum esse, etsi non semper idem II, 326, 53.

Dividua per se; in iis non est primum II, 325, 22 ss.

Divinare; qui per somnum cupiunt, quibusnam abstinere debeant fr. 209, a.

Divinatio (ἡ μαντική); eam nonnulli sperandi scientiam esse contendunt III, 494, 10 s.; quæ ab insomniis petitur, nec contemnere nec ei credere facile est, idque quare III, 513, 1 ss.; sapientium et prudentium celer II, 240, 47 ss.; item fortunatorum quæ scilicet ab instinctu divino pendet II, 240, 46, 50; quæ ratione fit non celer II, 240, 47 s.; ejus causa peregre profectus est Onomacritus, 519, 23; facilior, ubi rogatur *par imparne?* quam ubi *quot*, 391, 16; item ubi rogatur, *an res sit* quam ubi *quando*, 391, 17.

Divinatione per somnum (*de*); quidnam ejus argumentum III, 500, 11 ss.; eum insequitur l. *de Motu animalium* III, 516, 6 s., cf. III, 526, 14 s.

Divinissimum principium; v. *Principium divinissimum.*

Divinitas (τὸ θεῖον); bonum honorabile est II, 134, 14; ei consentanea Aristotelis opinio de circulari conversione II, 390, 13; animalium nobis cognitorum vel solus vel maxime ejus particeps est homo III, 243, 32 s.

Divinus vir (σεῖος ἀνήρ); ita Lacones appellare solent quem magnopere admirantur II, 76, 24.

Divina potentia (θεία δύναμις); universum continet, 606, 15; ei competit multitudinem permagnam ordini submittere, 606, 14.

Divinam rem facientes; peregrini in Naxo percelluntur ubi vident ingens victimarum fel III, 16, 25 ss.

Divinæ res (ἡ περὶ τὸ θεῖον ἐπιμελέια, αἱ θυσίαι, τὰ πρὸς τοὺς θεούς); earum cura vocatur sacerdotium, 610, 9; ea nequaquam carere potest civitas, 610, 9; iis olim præerant partim reges, partim sacerdotes, 538, 11, 24; earum cura regibus Lacedæmoniorum mandata erat, 537, 17; in nonnullis civitatibus earum cura unicum regum munus est, 538, 18, cf. 600, 10; qui iis præpositi sunt, pertinent ad magistratus quibus fide et peritia opus est, 599, 25, 53; iis in parvis civitatibus unicus tantummodo magistratus præponitur, 600, 4; alicubi iis plures præsunt a sacerdotibus distincti, 600, 5.

Divinum (τὸ θεῖον); revera aliquod exstat II, 370, 47; id esse probatur fr. 36, b; ei omnes cum Græci tum barbari supremum locum tribuunt II, 370, 43 s., cf. II, 381, 54; II, 389, 32 ss.; si quid exstet immobile, et separabile erit II, 535, 9 s., cf. II, 592, 49 s.; ei inest necessario motus æternus II, 392, 28; ita natura sua comparatum est, ut quoquoversus penetret III, 637, 2 ss.; semper eorum quæ fieri licet suapte natura melioris causa est III, 344, 25 ss.; aliquid omnibus natura inest II, 89, 13, cf. II, 117, 43; manifesto ejus causæ esse debent eædem quæ rerum immobilium et separabilium II, 535, 6 ss.; circa id versatur sapientia II, 157, 19; quænam de eo doceant placita philosophica vulgaria II, 383, 1; aliquid exstare motu infinito præditum recte perhibent antiqui, idque inprimis patrii sermones II, 389, 22 ss.; id semper moveri affirmat Alcmæo III, 435, 27 s.

Divinum primum ac summum (τὸ θεῖον ἀμετάβλητον); id recte perhibent placita philosophica vulgaria necessario immutatum esse II, 383, 3; si aliquid esset quod id moveret, hoc eo divinius esset II, 383, 5 s.; omnis pravitatis expers est II, 383, 6; nullo caret bonorum ei competentium II, 383, 6 s.; incessabili motu movetur II, 383, 7 s.

Divinum et bonum et exoptandum (θεῖον καὶ ἀγαθὸν καὶ ἐφετόν); si quid exstet, quod id appetit ejusdem naturæ esse debet II, 260, 8; ei contrarium quale esse statuunt aliqui (sc. Plato ἐν ἀγράφοις δόγμασιν), necessario suam ipsum perniciem appetit II, 260, 11.

Divinum numen (τὸ θεῖον); viri et mulieris naturam ad conjugationem præparavit, 636, 25, v. *Numen.*

Divino numine afflati; v. *Numinis afflatu perciti.*

Divinum principium quod in nobis est; omnia movet II, 240, 37; melius est scientia et mente et deliberatione II, 240, 39 s., 43 s.; ejus ope fit divinatio fortunatorum II, 240, 50; bene videt et futurum et præsens et quæ nostram rationem excedunt, *ibid.*; plus valere videtur se subducente ratione II, 240, 52; eo carere solent ratione præditi II, 240, 44.

Divisa; in partes eadem majora videntur, 327, 33.

Divisibile (διαιρετόν); indivisibili contineri nequit II, 411, 34; magis sensui patet quam indivisibile II, 576, 51 s.; igitur eo denominatur et indicatur indivisibile II, 576, 50 s.; omnia continua sunt II, 367, 31; ea sola dicuntur multa esse II, 580, 36; numeri λόγῳ insunt, 144, 8; 157, 52; agnoscunt atomorum assertores absurdum esse si simul hujusmodi et indivisibile in unoquoque puncto sit corpus II, 436, 11 ss.; fieri non posse perhibent iidem, ut simul omni ex parte sit hujusmodi II, 436, 14.

Divisibile facile (εὐδιαίρετον); id est quod facile limitatur II, 431, 34.

Divisio (διαίρεσις); quomodo fiat II, 436, 41; motus pars non est II, 302, 7 s.; non per se est II, 321, 39 s.; usque ad minimas partes persequi nequit II, 452, 27 s., cf. 38 s.; in infinitum fit II, 325, 3; II, 326, 51; quum potentia infinitum sit, videretur nunquam deficere debere, ita ut res semper minores fierent, id quod tamen non videmus II, 438, 23 ss.; eam semper eo usque persequi oportet, donec ad ea pervenias quæ differentia carent II, 552, 32; eam eodem modo quo reliquas privationes contrarii ope quodammodo cogitat intellectus III, 469, 23 ss.; ei assimilare licet omnia III, 469, 4; quæritur an ejus ope investiganda sit substantia III, 431, 21; in ea componendi facultas inest III, 290, 46 s.; quæcunque ea carent, quatenus ea carent, unum esse dicuntur II, 519, 54 s.; eam nihil effugiet, inquiunt atomorum assertores, si corpora omni ex parte divisibilia sint II, 435, 23; II, 436, 3; parva quædam particula methodi qua propositiones inveniuntur, 77, 22; quasi debilis est syllogismus, 77, 24; ejus non fit demonstratio de substantia et *quid sit*, 77, 28; medium sumit universale, 77, 34; 78, 3; per illam refutare non licet, nec de accidente aut proprio colligere, nec de genere, nec de iis in quibus ignoratur an hoc vel alio modo se habeant, 78, 8; nec omni investigationi convenit, nec ad ea quibus maxime convenire videtur, utilis est, 78, 18; syllogistice non demonstrat, 156, 44; 157, 8, 18; attamen alio modo cognitionem facere et quæstiones solvere potest, idque quomodo, 157, 14, 21; utilis est, etiamsi vix esse videatur ad definitiones constituendas, 165, 33; efficit ut recto ordine disponantur prædicata, idque quomodo, 165, 39 ss.; 166, 26; si recte instituatur impedit quominus aliquid omittatur, idque quomodo, 165, 44; 166, 33; omnia in eam incidere, si sint opposita quorum non sit medium, postulatum non est, 166, 16; tria præcipue in ea consideranda sunt et quænam, 166, 20; quomodo ex ea petantur argumenta enthymematum, 377, 10; ea impugnantur problemata, 266, 21; quomodo ea solvi possint problemata poetica, 480, 1.

Divisio bipartita, v. *Bipartita divisio.*

Divisio cognatorum (διαίρεσις τῶν συγγενῶν); quidnam sit, 263, 34; ea utitur dialecticus ornandi gratia, 263, 32.

Divisio (contrariorum?); ostendit cujus gratia rebus immotis inesse II, 605, 21.

Divisio contrariorum; citatur II, 577, 2.

Divisiones; Platonis citantur III, 456, 23.

Divisiones scriptæ; citantur II, 223, 26; in iis avium genus distrahitur, *ibid.*

Divisio et compositio; iis alterationem fieri censent atomorum assertores II, 451, 17.

Divitiæ; sunt instrumentorum domesticorum et civilium multitudo, 490, 1; inter res agendas recensentur II, 189, 38; domesticæ scientiæ finis sunt II, 1, 10; iis minorem curam impendere debet paterfamilias quam hominum sibi subditorum virtuti, 494, 39; augentur non solum addendo ad ea quæ adsunt, sed etiam diminuendo sumptu, 319, 16; multas comprehendunt partes, 488, 41; terminum non habent secundum Solonem, 489, 51; ars pecuniaria proprie sic dicta efficit ut termino carere videantur, 490, 6; termino carent quæ ab arte cauponaria proveniunt, 491, 25; cauponariæ finis sunt, 491, 31; eas sæpe nummorum copia consistere statuunt, 491, 7; earum causa efficiens videtur esse ars pecuniaria, 491, 6; quia nummis dives fame mori potest, alias quærunt, easque naturales, 491, 18, 20; arti tuendæ rei familiaris terminum habere videntur, 491, 34; veræ quibusnam rebus constent, 489, 47, 49; utiles sunt II, 39, 9; sunt finis rei agendæ ideoque deliberatione anteriores II, 205, 43; exceptis virtute et vitio, inter eas et paupertatem maxima est dissensio, 568, 32; pertinent ad jucunda non necessaria II, 80, 11; eas tanquam vitæ finem sibi proponunt nonnulli II, 185, 9; aliorum causa expetuntur II, 5, 52; vitæ finis esse nequeunt, quum sui causa non appetantur II, 4, 5; eas summum habent bonum, inprimis dum egeni sunt II, 3, 3, 5; eas sectantur omnes homines, 581, 5; quare maximum bonum habeantur, 328, 20; an simul bonum ac non bonum sint, 303, 7; quomodo solvatur hoc sophisma, 303, 11; potentia bonum sunt II, 134, 21; item externum bonum II, 135, 28; II, 165, 4; a fortuna pendent II, 134, 21; nec omnino nec semper præferendæ II, 135, 35; pertinent ad bona extra virtutem sita, 446, 15; pertinent ad simpliciter bona II, 160, 29; iis potitus et sibi et amicis multa infligit mala vir injustus II, 160, 30; pertinent ad bona de quibus maxima fit contentio II, 241, 28 s.; fortitudo forent, si omnis causa qua cum fiducia certatur ad eam pertineret II, 210, 36; natura bonæ sunt II, 241, 30; sed nonnullis noxiæ, idque quibusnam II, 241, 31 s.; bonum non sunt quibus animus male affectus est fr. 62, a; major pars hominum iis non utitur aut abutitur fr. 46, a; viro ingenuo conveniunt et prosunt II, 241, 52 s.; non ita vulgo II, 242, 1; non sunt vituperandæ II, 165, 20; circa eas incontinentia non est incontinentia proprie sic dicta II, 165, 18 ss., cf. II, 163, 30 ss.; eas magni faciunt homines II, 214, 45; eas contemnit magnanimus II, 214, 46; nimis magnas despicit liberalis II, 214, 37; bonum sunt, et quare, 323, 45; II, 173, 35; qui ab iis corrumpitur, vel cui nocent, ingenuus non est II, 173, 41 ss., 47, earum causa qui alicujus amicitiam sectantur, postea criminandi non sunt, si constet eos non veros esse amicos II, 234, 30; viris honoratis dignæ, 362, 40; magis æmulandæ quam sanitas, 362, 51; iis præditi in æmulationem proclives, 362, 40; iis digni sunt boni et qui bona a natura provenientia possident, 360, 37; invidiam movent, inprimis recens partæ, 360, 36, 43; contumeliosos et audaces reddunt, 354, 33; item confidentes, 355, 16; iis abuti licet, etiamsi optimæ sint et utilissimæ, 312, 33; nonnullis exitio fuerunt II, 2, 17; iis omnes se uti posse credunt II, 160, 42; pravo noxiæ, idque quare II, 160, 37 s.; ab iis abstinendus est anima mala præditus II, 160, 54 s.; nimiæ superbos et morosos reddunt II, 161, 24; iis se male uti non posse credunt II, 181, 15 s.; eas quando alii cedit vir probus II, 181, 12 s.; nunquam vero eas cedunt reliqui, idque quare II, 181, 15 ss.; maxime probant omnes bona appetere II, 181, 11; iis omnia alia æstimantur, 366, 30; iis omnia venalia sunt, *ibid.*; efficiunt mores insipientes fortunati, 366, 38; eas ut ostendat, sumptus facit sordide insolens II, 43, 48; iis convenienter domum exstruere convenit viro magnifico II, 43, 27; exoptabiles sunt, sed non proditione partæ II, 119, 3; propter honorem optabiles sunt II, 45, 12; accusatur fortuna, quod eas minime dignis tribuit II, 40, 7; quatenus ad felicitatem necessariæ sint II, 8, 53; non laudantur propter se, sed propter aliud, 199, 23; pars felicitatis, 320, 37; quænam sint earum partes, 321, 19; distinguuntur in fructuosas et eas quæ usum tantummodo spectant, 321, 23; fructuosæ utiliores sunt, *ibid.*; quæ usum spectant liberaliores, 321, 24; quonam consistat earum securitas, 321, 27; quonam proprietas, 321, 29; in universum magis usu quam possessione consistunt, 321, 31; pertinent ad civitatis quantitatem, 557, 11; iis qui uniuscujusque felicitatem consistere putant, etiam civitatem, quo ditior est, eo feliciorem esse arbitrantur, 602, 16; iis qui superiores sunt, non æque civitatem participant ac qui virtute, 530, 27; magnæ monarchiis suppetunt, 581, 4; sæpe finis sunt, cur in monarchas conspirent, 581, 2; oligarchiam determinant, 552, 40; 591, 50; earum cum libertate mixtionem sectantur pleræque civitates, 552, 46; cum virtute et libertate ac aliquatenus cum generis præstantia de æqualitate in republica administranda certant, 552, 50; earum cum virtute et libertate mixtio aristocratia appellari debet, 553, 2; iis inprimis excellere conatur tyrannus, 580, 32; cum oligarchiæ tum tyrannidis finis sunt, 580, 37; secundum eas jus distribuendum esse putant nonnulli oligarchiæ fautores II, 55, 38; iis præpotentes ostracismo mulctabantur in civitatibus populari imperio parentibus, 535, 51; iis præpotentes quomodo tractandi sint in optima republica, 536, 50; iis præpotentes viri legatione e civitate submovendi sunt, 576, 45; nihil conferunt ad tibiarum artem, 533, 44; si secundum eas distribuendi essent magistratus, solus regnare deberet qui omnes opibus antecelleret, 534, 52; quid respondere possit multitudo iis qui his competere arbitrantur summam auctoritatem, 535, 17 s.; Lacedæmone magni æstimabantur, idque quare, 511, 39; 512 20; 514, 48.

Divitiæ apparentes; aliquid ad mores immutandos faciunt, 334, 8.

Docendi actus (ἡ δίδαξις); quatenus idem sit qui discendi, quatenus non II, 276, 22, 26, cf. II, 275, 51; est actio ejus quod docere valet, idque hujus in illo II, 276, 11.

Docendi facultas (διδασκαλία); quatenus eam participent animalia III, 171, 42 ss.

Docendi ratio; in unaquaque disciplina duæ eæque quales III, 218, 1 ss.; optima eo constat ut differentiæ et accidentia apprehendamus antequam causas investigemus III, 8, 3 ss.

Docens; discente prior est III, 360, 24 s.; non interrogare, sed ipse explicare debet, 287, 32, cf. 287, 27; finem se attigisse non putat, nisi agentem reddiderit discipulum II, 570, 39 s.

Docere; ejus tantummodo gratia se mundi creationem tueri asserunt qui eum, etiamsi factum, nihilominus æternum esse putant II, 383, 46 s.

δοκίδες· v. *Trabeculæ.*

Docilitas (εὐμάθεια); bonum est, 324, 1; virtus partis animæ ratione præditæ II, 137, 7; ea eminet elephas III, 205, 15.

Doctor (τὸ διδάσκον); bonum est in categoria movendi II, 190, 22, 26; eo non opus esset, nisi artes et virtutes iisdem gignerentur quibus intereunt II, 15, 19.

Doctrina (διδασκαλία); omnis fit e prægressa cognitione, 121, 1; 170, 28; hoc nomen non tribuendum est ei quod ad actum perducit potentia cogitantem aut intelligentem III, 451, 37 ss.

Doctrina (πραγματεία); eam si quis rite pertractare velit, quomodo agendum sit, 165, 22 ss.

Doctus (εἰδώς); cum eo indoctus utilitatis gratia amicitiam contrahit II, 97, 48; quare ab iis honore affici optent plerique II, 97, 18; falluntur ab imperitis ope captionum ex accidenti, 282, 30; quonam modo ab indoctis differant fr. 62, b.

Doctum (τὸ ἐπιστῆμον); ejus definitio simul cum definitione scientiæ patet, 247, 44.

Dodecaedrum; angulos habet II, 422, 38.

Dodone; regio circa eam vocatur prisca Græcia III, 572, 44 s.

Dodonis; mater declaravit Thessaliscum Ismeniæ filium esse, 377, 18.

Dolentes; cur clament IV, 258, 4 ss.; cur spiritum retineant IV, 258, 5 ss.; quare acriores sint frigore IV, 155, 7.

Dolere; τῷ lætari contrarium, 17, 7.

Dolium; in eo continetur vinum ut contentum divisum II, 289, 35; una cum vino recipiunt utres, aiunt inanis assertores II, 292, 50; semiplena cur acescant IV, 327, 9; cur parium similiumque, si alterum quidem inane, alterum vero ad dimidium plenum sit, echo diapason consonantiam referat IV, 214, 17 ss.; si quis inane obruat et operculo claudat, cur domicilia magis sonent IV, 175, 24 ss., 37 ss.; ei similis est fossa in qua ova condit testudo palustris III, 102, 44 s.

Dolia in aere (πίθοι); unde nomen acceperint III, 633, 39 ss.

Dolium pertusum; id implere videntur demagogi, dum plebi distribuunt quæ e reditibus publicis supersunt, 596, 1; ei comparatur res familiaris quam augere quidem sed non conservare conatur paterfamilias, 638, 4.

Dolon; Eumedis filius, ejus epitaphium fr. 317, a; non corpore indecorus, sed facie turpis erat (*Il.* κ, 316), 479, 42.

Dolor; motus est non tamen animæ, sed quem anima impertit III, 439, 38 ss.; ejus species fr. 107, b; fr. 108, a; non rite definitur separatio violenta partium natura conjunctarum, 245, 18, 12, 20; iræ causa, non genus est, 214, 17, 22, 37; 217, 35; τῷ ἐπιθυμητικῷ inest, 214, 40; ægritudo quædam IV, 258, 3; explicari nequit, si animam numerum esse statuas III, 441, 20; in iis manifestum fit corpora affici animæ passionibus IV, 1, 6; omnis malum, si omnis voluptas bonum, 203, 35; aliquis malum, si quæ voluptas bonum, 203, 36; cur eum mente participemus si quem secari aut uri aut torqueri videamus IV, 154, 9 ss.; eo afficimur, quando alicui rei illidimur II, 178, 43; quod majorem infligit calefaciens, calidius dicitur III, 232, 24 s.; hujus interdum habitus causa est, non calor III, 232, 26 s.; eum cient flatus interclusi III, 268, 6 s.; oritur ubi potus vel cibi aliqua pars in arteriam delabitur III, 256, 34 ss.; eum non excitant excrementa frigida et humida in ventrem confluentia, idque quare III, 217, 26 s.; ne iis obnoxiæ essent mammæ, duriores ac distinctæ sunt III, 291, 47 ss.; oriri debent, si dissimilis et magis putrefacta quam sanis prodeat menstrua purgatio, utero male habente III, 210, 7 ss.; vel omnes vel plurimos calor adjuvat IV, 258, 16 s.; refrigeratio loci circa pectus est, IV, 176, 15; exigui accessu magnorum evanescunt III, 510, 27 s.; ne eum patiamur, nemo nos suadet II, 30, 2; si quis vehementibus ac modum excedentibus vincatur, non mirandum est, sed venia dignum II, 84, 8; si quis vincatur iis quibus plerique resistere valent, idque non propter generis sexusve naturam aut morbum mirandum est II, 84, 14.

Doloris expers; sic vocari possit qui metus defectu modum excedit II, 32, 39.

Dolores vehementes; propter eos nonnulli sibi manus inferunt II, 186, 47; si eos tantummodo spectes, melius esset non vivere quam vivere, *ibid.*

Domestica ars; ejus finis divitiæ sunt II, 1, 10; politicæ subjecta est II, 1, 35.

Domestica potestas (ἡ οἰκονομική); monarchia est, 487, 51; 635, 4; ejus subjectum domus est, 635, 2; ejus officium est et domum comparare et eo uti, 635, 9; quod ad generationem potestate civili prior est, 635, 16; nonnullis perperam eadem esse videtur ac herilis, civilis et regia, 484, 41, cf. 482, 10; 538, 33; quomodo a civili differat, 487, 53; 635, 1; in uxorem et liberos et domum exercetur, 527, 3, cf. 635, 25; efficere debet ut uxor talis sit qualis esse debet, 635, 27; partim subditorum utilitatem, partim subditis et imperanti communem spectat, 527, 4.

Domestica ratio (οἰκονομία, οἰκονομική); ejus partes herilis ratio, nuptialis ratio et liberos procreandi ars, 484, 23, 30; 494, 13; quæritur quænam inter eam et pecuniariam scientiam intercedat ratio, 484, 34; 488, 27; ejus pars est acquirendi scientia, 484, 47; ei suppetere debent instrumenta, 484, 50; quasi domus regia administratio est, 538, 33; non idem esse probatur quod pecuniaria ars, 488, 35 ss.; ejus pars est una species artis acquirendi vel possidendi, idque quænam, 489, 45; 490, 2; aliquatenus ad eam pertinet ars pecuniaria, aliquatenus non, 492, 25; ejus officium nonnulli esse putant, ut in infinitum augeat nummorum copiam, 491, 41; ei incumbit ut rebus quæ domi sint, utatur, 488, 37; ejus opera non sunt divitiæ præter naturam vel pecuniæ possessio, 491, 33; non pecuniariæ terminus est, 491, 32; ei necessarius videtur omnium divitiarum terminus, 491, 34.

Domestica res; v. *Res familiaris.*

Domestica scientia (ἡ οἰκονομία); eam a prudentia distinguere solent II, 71, 13; forsitan sine ea res suas administrare non licet II, 71, 26; una cum civili et morali scientiam omnium rectricem constituit II, 191, 36; eoque a reliquis habitibus differt II, 191, 37; quomodo a morali et civili differat, postea exponetur II, 191, 38; alia mariti, alia uxoris, 525, 5.

Domesticum; melius est, ferum autem pravum IV, 169, 14; principio ferum potius quam domesticum nascitur IV, 169, 2 s., v. *Animalia domestica, mansueta.*

Domesticæ plantæ; IV, 25, 47, v. *Plantæ.*

Domicilium (ἡ δίαιτα); pertinet ad ubi II, 4, 27; quare ea fabricent aves agrestes III, 181, 36 s.; ubinam habeat charadrius III, 181, 40 s.

Dominatio multorum; bona non est (sec. Homerum) II, 611, 4.

Dominus; πρός τι, 10, 5; refertur ad servum, *ibid.*; 11, 4; simul cum servo est ac tollitur, 11, 12; quisnam natura, 482, 34; domus pars est, 484, 28; necessario cum servo jungitur, 482, 33; possessionis pars est, 523, 52; ei idem expedit quod servo, 482, 36; 487, 40; 526, 50; eum nonnisi multitudine et paucitate ab œconomo et basilico differre putant, 482, 10, cf. 484, 41; ei servo opus est et vice versa II, 226, 49; ad eum pertinet servus II, 152, 45; servo melior est II, 152, 19; quæritur quatenus inter eum et servum exstet jus II, 152, 28 ss., 43 ss.; servo prodest, sed cum eo amicitiam non colit II, 100, 31; se habet ad servum ut tyrannus ad subditum II, 100, 30; ejus in servos imperium tyrannidi simile est II, 99, 37; imbecilli domus democratiæ similis est II, 100, 1; erga eum servi amicitia pertinet ad amicitiam secundum excellentiam II, 183, 21 ss.; erga eum servo competit et jus et amicitia II, 178, 54; unum est II, 230, 9; ejus propria res, quasi pars et instrumentum separabile est servus II, 230, 10, 13; ad ejus bonum referri debet servi bonum II, 230, 11; inter eum et servum nec amicitia exstat nec justitia nec communio II, 230, 8; II, 231, 13; se habet ad servum, ut anima ad corpus et artifex vel ars ad instrumentum II, 230, 7; II, 231, 11; quatenus dolenti condoleant servi II, 227, 52; servi dominus est, sed illius non est, 485, 23; non appellatur ex eo quod scientiam aliquam habet sed quod talis est, 488, 2; non in possessione sed in usu servorum cernitur, 488, 14; 496, 4; alius alio præstat secundum proverbium, 488, 11; eum scire præcipere convenit quæ servum scire facere oportet, 488, 17; servorum curam villico relinquunt qui ab hac molestia liberi esse possunt, ipsique philosophiæ vel reipublicæ administrandæ operam dant, 488, 18; eum respicit servorum virtus, 495, 45; ei otium parat dispensator II, 159, 3; ejus utilitatem per se spectat imperium herile, 526, 51; ad eorum judicium fit provocatio, 377, 40; quorum sumus eorum principium penes nos est, 368, 37; iis ut gratificentur, aliis injuriam facere solent, 339, 47; ejus oculus, teste Persa, equum pinguefacit, 638, 20; ejus vestigia teste Libye optimum stercus sunt, 638, 21; nisi diligens sit, diligens esse nequit villicus, 638, 28; ante servos expergisci et post eos obdormiscere debet, 638, 30; quæ facienda sunt nec noctu, nec interdiu negligere debet, 638, 32; noctu expergisci debet, 638, 33, cf. *Paterfamilias.*

Domus; artis ædificandi finis est II, 5, 44; alter artis ædificatoriæ finis est II, 156, 28; eam præter ædificationem facit ars ædificativa II, 570, 49; una cum ædificatione est et fit II, 570, 52; principium structionis in aliis et extra habet II, 261, 9; eam facit ædificator secundum Platonem II, 151, 42; certa quædam res est, eoque ab infinito differt II, 281, 47; ejus causa est cum architectus, tum architectus ædificans II, 265, 19, cf. 516, 12; non una cum ea interit architectus II, 265, 36; II, 516, 29; ei cum architecto nihil commune est, 609, 36; ejus causa extra architecti ars, 609, 38; nonnisi arte fieri potest, idque quare II, 446, 43 s.; si pertineret ad res quæ natura fiunt, eodem modo fieret ac nunc fit II, 271, 2; ædificabilis actus non est, quatenus ædificabile est II, 274, 4; ea factu difficilior est domus pulchra, 368, 23; eam facit et ædificator et architectus, sed non eodem modo II, 158, 38 s.; quomodo ædificatione fit, eo modo motu semini indito fiunt fœtus partes III, 348, 34 s.; non eam bonum quid esse ædificator, sed se eam facere dicit II, 132, 41; ea definita ædificator rationem reddit eorum quæ facit III, 219, 15 ss.; probatur ei competere posse necessitas ex suppositione III, 219, 25 ss.; quia hujusmodi est vel ipsa vel ejus forma, ædificatio hoc modo fit III, 219, 49 s.; a domo fit aut a mente, aut a parte aut ab aliquo quod partem habet, nisi per accidens fiat II, 547, 6 s.; non alius est qui eam facit, alius qui bonam domum II, 135, 45; ejus causa per se est ædificandi facultas II, 267, 19; ejus causa per accidens esse potest album, vel musicum, vel tibicen II, 267, 20, 47; ut alii grata, alii noxia, alii utilis sit et ab omnibus quæ exstant diversa, non facit ædificatoria ars II, 535, 35 ss., cf. II, 593, 19 ss.; quodammodo semper e domo fit II, 544, 39; ejus forma est ars ædificatoria II, 544, 40; fit eo quod hæc vel illa hoc vel illo modo non composita sed sejuncta sunt II, 254, 41; congerie e multis rebus facta est III, 528, 1; compositione fit II, 257, 36; ei opposita est ordinis privatio II, 257, 45; aliis perficitur ac animalia et plantæ II, 121, 9; negatio est τοῦ καταλύειν, 298, 35; non est lateres et compositio II, 560, 25; ejus materies sunt lateres et ligna II, 263, 21; lapidibus et lateribus constat II, 557, 11 s.; ejus et formam et materiem spectat architectus II, 263, 20; si exstaret præter lateritias, nunquam fieret hoc aliquid II, 546, 17 s.; non erit, nisi sint, vel suppetant vel facti sint lapides ac lateres, etiamsi propter hos non sit II, 272, 39, 44; quia hujusmodi quid est, hæc vel illa necessario fieri, vel suppetere debent II, 272, 52; quomodo e lateribus fit et lateres ex ipsa, aqua et aer ex se invicem sunt et gignuntur II, 253, 48; non quo modo e lateribus fit et lateres ex ipsa, lutum in luta dividi potest II, 253, 47; ejus causa materialis lapides sunt II, 545, 6 s.; quomodo ex ea esse dicantur lapides II, 530, 33; ejus causa sunt lateres et lapides, non vice versa III, 229, 4 s.; ejus definitionem continet ædificationis definitio, non vice versa III, 229, 16 ss.; non lateres, sed lateritia vocatur II, 545, 30; si accuratissime rem inspicias, non fit e lateribus, quia permanent II, 545, 31 ss.; fit igitur potius e figuræ privatione in lateribus II, 545, 25 s.; de ea disserentes, non de ejus materie loquimur, sed de forma et compositione III, 227, 35 ss.; si facta est, necessarium est cæsos fuisse lapides, 164, 3; ejus principium fundamentum II, 514, 28 s.; in ea exstruenda cuique fundamentorum lineamento apponuntur lapides, idque quare III, 261, 47 ss.; antequam fiat, factum esse debet fundamentum II, 327, 2; si facta est necessario et fundamentum factum erit II, 466, 38; non necessario facta erit, si fundamentum factum est, nisi ejus generatio simpliciter necessaria sit II, 466, 39 ss.; attamen, etiamsi ejus generatio simpliciter necessaria sit, dicere non licet eam semper factam esse, sed solummodo eam generationis ergo semper esse II, 467, 5 ss.; perficitur, non vero alteratur addito fastigio vel tegula II, 337, 27 s.; ejus perfectio non vocatur alteratio II, 337, 25 s.; ut fiat forsan necesse est aliquid alterari II, 337, 14; ridiculum tamen foret si diceremus eam alterari ubi fit II, 337, 11 s.; in eam vel similia inpri-

mis quadrant argumenta quibus partes non idem quod totum esse probantur, quia nempe earum compositio manifesta est, 252, 30; domus non est quocunque modo compositæ sint ejus partes, 253, 29; interdum latet an hæc vox formam solam, vel formam cum materie conjunctam significet II, 560, 12 ss.; ejus forma separabilis esse nequit, idque quare II, 560, 42; manifesto forma caret II, 587, 18, cf. II, 495, 7; ei forma non est nisi ars II, 601, 33 s.; ei non competit ortus et interitus II, 601, 34; alia ratione quam res materiales sine materie est et non est II, 601, 35 s.; probantur ei omnes quattuor causæ competere II, 490, 29 s.; in ea ope causæ finalis respondetur ad quæstionem *quapropter* II, 557, 14; quænam sint ejus causa formalis, privativa, movens et materialis II, 602, 38 s.; ejus forma simul et primum movens est ars ædificatoria II, 602, 43 s., cf. 39; definiri potest lateres et ligna certo quodam modo posita II, 559, 38 s.; si definiatur lapides, lateres, ligna, potentia domus definitur, id est materies II, 559, 45 ss.; si vas conservativum rerum et corporum, actus definitur II, 559, 47 ss., cf. II, 560, 14; si ambo hæc conjungamus, cunctum II, 559, 49 ss.; II, 560, 13; est tegumentum quod prohibere possit perniciem a ventis, ab imbribus et ab æstu imminentem III, 432, 52 ss.; alius eam esse dicet ligna et lapides et lateres III, 432, 54 s.; alius formam hisce insitam horum gratia III, 433, 1 s.; ejus non est idea II, 483, 30; II, 617, 11; aliquam præter singulares exstare non statuemus II, 495, 7, cf. II, 587, 13; ejus virtus et opus II, 192, 14; fit ut serventur vasa, 161, 49; nunquam sponte vel necessario fit, sed alicujus gratia, 162, 32; haberi dicitur, 24, 12; res commoda est III, 521, 49; quonam syllogismo concludit aliquis eam sibi faciendam esse III, 521, 48 s.; simulac concluserit aliquis eam sibi faciendam esse, statim eam facit III, 521, 49; ea utitur paterfamilias, 532, 29; de ea melius judicat paterfamilias quam qui fecerit, 532, 29; eam divitiis convenienter instruere convenit viro magnifico II, 43, 27; ornamentum quoddam est II, 43, 28; deinceps esse possunt II, 311, 44 s.; II, 599, 43 s.; ex iis conflatus est vicus, 483, 12; circa eam mundus est vir liberalis II, 245, 7; quomodo multos homines continere dicatur, 8, 23; ejus pannus detritus appellari possunt ruinæ, 399, 47; in minori magis calefacit idem ignis quam in majori III, 260, 34 s.; nuper illitæ cur magis sonent IV, 175, 16 ss.; cur magis sonent si quis dolium et fictilia inania et operta in iis obruat, item si puteus vel cisterna in iis sint IV, 175, 24 ss.; meam quum vi noctu intrasses, caput tuum confregi, 452, 28; quidnam, 483, 9; prima societas est, 490, 28; quibus partibus constet, 483, 6, 53; 496, 15; 484, 24, 27, 46; 511, 29; 523, 51; 635, 20; naturaliter ejus colonia esse videtur vicus, 483, 14; omnis unius imperio regitur, 488, 1; in eam exercetur domestica potestas, 527, 3; omnis sub maximi natu imperio est, 483, 17; 545, 23; 635, 17; iis constat civitas, 484, 28; 496, 15; ea prior civitas est, 483, 54; prior est et magis necessaria quam civitas II, 101, 38; quomodo bene administranda sit fr. 63, a; ejus regnum quodammodo repræsentat domestica scientia, 538, 33; ejus participes quomodo vocaverint Charondas et Epimenides Cretensis, 483, 10; magnam perperam idem esse putarunt quod parvam civitatem, 482, 14; ejus finis id est ad quod post perfectam generationem pervenit, 483, 32; magis una est quam civitas, 497, 17; ea magis unus est homo, 497, 18; magis sibi sufficit quam homo, 497, 50; ea magis sibi sufficit civitas, 497, 50; aliquatenus una esse debet, sed non omnino, 501, 36; earum numerus semper idem manere debet secundum Phidonem Corinthium, 504, 36; duas habitare difficile est, 504, 50; quænam democratiæ similis sit II, 99, 52 ss.; quænam in ea inter liberos, mancipia et pecudes intercedat ratio II, 609, 41 ss.; nunquam sine custodia esse debet, 638, 32; magnis utilis est janitor, idque quare, 639, 2; in ea permutatione opus non est, 490, 28; eam cum calceo commutare non licet III, 152, 3; ab unaquaque tributum exegit Taos cum rege bellum gesturus, 647, 10, v. *Ædes*, *Ædificium*.

Domus aliena; qui eam intrat quomodo se gerere debeat fr. 45, a.

Domus potentia; quidnam II, 569, 3 ss.

Domus privata; quomodo disponi debeant, 613, 45; earum disponendarum ratio ab Hippodamo inventa, elegantior et commodior sed parum tuta est, 613, 41; antiqua ratio tutior est adversus hostium incursionem, idque quare, 613, 42; eæ quoque muris circumdari non deberent, si urbes mœnibus cingendæ non essent, 614, 13; cur si quis in aliqua furatus sit, furti pretium duplum rependat IV, 263, 48 ss.

Domus pulchra; artis ædificatoriæ finis est II, 144, 51.

Domum esse; non gignitur, sed hanc domum esse II, 554, 49 s.

Domi esse; exemplum citatur, 295, 25.

Donaria (ἀναθήματα); in ea sumptus facere debet vir magnificus II, 43, 5; iis in oligarchiis urbem ornare debent amplissimi magistratus, 597, 42; cum iis aliquid commune habent dona II, 43, 26; Cypselidarum cur diis consecrata, 584, 50; antiqua literis vetustis inscripta Thebis ad Ismenium quod vocant IV, 100, 15 ss.; exsulum vendendis quomodo pecuniam sibi comparaverit Lygdamis, 640, 34 s.

Donatio (δωρεά); est datio non restituenda, 213, 8; τινός et τινί dicitur, eodem modo ac genus ejus datio, 213, 7.

Donum; est et possessionis donatio et honoris signum, 321, 47; ea appetunt cum avari, tum ambitiosi et quare, 321, 48; eximiæ virtuti reservantur, 341, 33; interdum datur, ut postmodum auferendo dolorem inurat qui dederit, 379, 3; aliquid cum donariis commune habent II, 43, 26; in ea sumptus facere debet vir magnificus II, 43, 24.

Dorcas; animalium cornigerorum nobis cognitorum minimum est III, 255, 33 s.; partim cornibus pugnans, partim fuga saluti suæ prospicit III, 254, 30 ss.; ei quod ad cornua similis est equicervus III, 19, 32 s.

Doricus modus; iisdem sonis constare potest quibus Phrygius, 523, 9; moralis est, 633, 31; eo moderata et virili ratione afficimur, 630, 23; 633, 50; viriles mores habet, 633, 50; maxime inter reliquos modos medium tenet, 633, 53; cum eo solum Phrygium reliquit Socrates (Plat. Respubl. III, 399, A.), 633, 35; frustra eo dithyrambum componere conatus est Philoxenus, 633, 47.

Dorienses; tragœdiam et comœdiam sibi vindicant, 458, 44; id quod Athenienses δήμους vocant, κώμας appellant, 459, 1; quod Athenienses πράττειν, illi δρᾶν, 459, 5.

Dorieus; in ludis Olympiacis victoriam reportavit, 315, 9.

Dormiens; ei similis esset mens, si non cogitaret II, 608, 48 s., cf. II, 182, 11; ei similis est qui scientiam habet, sed otiosus est III, 444, 35 s.; ii etiamsi scientiam habeant, per somnum multa incongrua faciunt II, 163, 53 ss.; aliquatenus scientiam habent, aliquatenus non II, 79, 9; recitant interdum demonstrationes vel Empedoclis carmina II, 79, 17; iis comparantur incontinentes II, 163, 53; II, 164, 2; II, 86, 27, cf. II, 79, 9; ei inesse potest habitus felicitatis, sed non actus II, 8, 17; ei quoque competeret felicitas, si

habitus esset II, 122, 48; se habet ad vigilantem ut potentia ad actum II, 568, 7; habitu, non actu amici sunt II, 94, 37; nec omnino esse, nec omnino non esse possunt III, 415, 18; facilius insidiis petitur quam vigilans, 586, 46; videre non possunt III, 507, 8 s., 39; quibusnam de causis decipiantur III, 511, 15 ss.; eodem modo ac apud eos solvitur inscientia affectu abreptorum II, 79, 41; quomodo vero solvatur a naturæ peritis discendum est II, 79, 42; si sciant se dormire, agnoscunt imagines quæ iis apparent res ipsas non esse III, 511, 44 ss.; sæpe apud eos aliquid in anima est quod dicat id quod vident insomnium esse III, 511, 47 s.; altum et suavissime cur nullum insomnium videant IV, 271, 45 ss.; nonnulli multa faciunt quæ vigilantibus competunt III, 503, 52 s.; idque non sine sensu ac imaginatione III, 503, 53 s.; quidam surgunt ac ambulant perinde ac si vigilarent, idque sine somnio III, 415, 39 ss.; igitur sine somnio sentiunt, etiamsi non vigilent III, 415, 42 ss.; iis comparantur infantes III, 415, 44; si nesciant se dormire, nihil est quod imaginationi contradicat III, 511, 49 s.; interdum debiliter et quasi e longinquo percipiunt lumen aut sonos aut sapores aut tactilia quædam III, 512, 8 ss.; nonnulli etiam quæstionibus respondent III, 512, 15; iis parvi motus magni videntur III, 513, 34 s.; hinc parvo sono in auribus facto fulminare ac tonare putant III, 513, 37 s.; item pauxillula pituita destillante, mel et sapores dulces se percipere arbitrantur III, 513, 38 ss.; item parvo calore circa aliquas partes facto, per ignem se ambulare putant III, 514, 2 ss.; parvos motus internos facilius sentiunt quam vigilantes III, 515, 21 s.; iis magis quam vigilantibus manifesti sunt motus qui a sensionibus proveniunt III, 510, 22 ss.; igitur et exiles motus qui a rebus externis exeunt et pedetentim ad animam nostram propagantur, idque quare III, 515, 17 ss.; in motu vario sunt III, 505, 37; refrigerantur partes eorum quibus motus deficit III, 505, 37 s.; quare apud eos concidant palpebræ III, 505, 38; eorum partes superiores et externæ frigent, interiores vero et inferiores, e. gr. pedes calent III, 505, 39 ss.; sanguis apud eos ad principium confluit, atque una cum eo motus qui ei vel actu vel potentia insunt III, 511, 18 ss.; apud eos calor ab exterioribus ad interiora refluit III, 510, 31 s.; si pungantur non æque exit sanguis, idque quare III, 52, 25 s.; apud eos facilius quam apud vigilantes deprehenduntur morborum principia III, 514, 8 s.; apud eos interdum sine spiritus vi excernuntur excrementa vel urina, idque quando et quare III, 353, 37 ss.; cur magis quam vigilantes pedant et eructent IV, 282, 43 ss.; quare magis quam vigilantes sudent IV, 122, 1 ss.; IV, 124, 3 ss.; exspirat potius quam inspirat IV, 155, 4; IV, 182, 9 ss.; potius retinere spiritum quam emittere solet IV, 282, 45 s.; diutius minus colorantur, idque quare IV, 124, 32 ss.

Dormire; quare rigentes nequeant IV, 155, 3 ss.; nolentibus cur liber susceptus somnum impertiat IV, 204, 36 ss.; cur dormiamus IV, 283, 2 ss.; cur potius in dextro latere IV, 152, 19 s.; an vigilemus nunc rogare videntur qui quærunt quisnam sanus ab ægroto distincturus sit II, 511, 35; cur minus temporis dormiant animalia quam vigilent, idque non continuo IV, 166, 11 ss.; cur dormiant quibus venæ cervicis premuntur IV, 286, 39 s., v. *Somnus.*

δωροξενίας γραφή· quidnam ita vocetur apud Athenienses fr. 235, a.

Dorsum (νῶτος); quidnam III, 11, 41; ubinam situm III, 13, 2 s.; quænam ejus partes III, 11, 42; ei subjacent lumbi III, 11, 42 s.; carnosum est III, 267, 43 s.; cordis calori amplum operimentum præbet, idque quare III, 259, 29 s.; viscera cor circumdantia protegit III, 267, 44 s.; quænam id vena secundum Syennesin Cyprium percurrat III, 38, 28; quamnam venam id percurrere dixerit Homerus III, 41, 6, 16 ss.; eo dolente quasnam venas incidant secundum Polybum III, 39, 40 ss.; si qui ea sibi invicem apprimentes crura moverent, eodem modo moverentur hæc ac membra, si iis superius ac commune deesset motus principium III, 524, 31 ss.; si ab eo incipiant infantum convulsiones, periculosæ sunt III, 144, 48 ss.; id habent quadrupedes oviparæ III, 25, 12 s.; item aves III, 26, 41 s.; ei apud aves scapularum loco imposita sunt alarum extrema III, 298, 25 s.; cæruleum habent alcedones III, 152, 2 s.; quare limoso conspiciantur primades III, 160, 24; propter ejus duritiem cibo ingrediente dilatari non potuisset molluscorum mytis si pronæ parti et gulæ interposita esset III, 282, 18 s.; cur eo magis quam parti anteriori sudemus IV, 121, 30 ss.; vastum et robustum animæ validæ signum IV, 9, 40 s.; angustum et imbecille, mollis IV, 9, 42 s.; hirsutum, impudentis signum, ad feras refertur IV, 13, 6 s.; quæ secundum id sunt pauciori carne vestita habere, ingeniosi signum IV, 5, 9 s., v. *Tergum.*

δόρυ· neutrius generis est, 474, 50.

Dorycnium (v. ll. *dorycnion*, *dorcynium*); contra venenum ex eo datum valet lac fr. 217, b.

Dorylaium Phrygiæ (cod. κατὰ δὲ ὀραλεοντο* Φρυγίας); IV, 45, 43.

Dotes (προῖκες); quænam de iis præscripserit Phaleas Chalcedonius, 506, 8; magnæ erant apud Lacedæmonios, 512, 32; præstabat, vel nullam, vel parvam, vel mediocrem dare, 512, 33.

δοθιῆνες· IV, 317, 25.

δόξα· v. *Existimatio* et *Opinio.*

Doxander; Atheniensium hospes, repulsam passus a Timophanis filiabus, hos contra patriam concitavit, 569, 14.

Drachma; si quis ejus ope alium a periculo servarit, in rationibus repetundis non considerat pecuniæ pretium sed periculi magnitudinem II, 232, 43; quare iis didrachmorum signum incuderit Dionysius, 645, 22.

Draco; aquilæ inimicus est, idque quare III, 173, 1; ubi fructuum esu gravatur, intybi agrestis succum bibit III, 178, 3 s.; formicas et cantharidas comedit et ita majore veneni copia repletur fr. 187, b.

Draco; piscis littoralis est III, 158, 14.

Draco serpens; sæpe in brevibus interficit glanes III, 164, 39 s.

Draco; leges dedit reipublicæ jam constitutæ, 519, 54; quales ejus leges fuerint, 520, 1; ejus leges non hominis, sed draconis esse dicebat Herodicus, 380, 30.

Dracontides; decretum de triginta tyrannis conscripsit fr. 233, a.

Drama; nominis etymologia, 458, 42; 459, 5; ita vocantur Sophoclis Aristophanisque fabulæ, 458, 41.

Drepane; ita olim Corcyra vocabatur, idque quare fr. 263, b.

Drepanis; v. *Falcula.*

Dromades; v. *Cursores.*

Druidæ; philosophiæ auctores apud Celtas seu Gallos fr. 67, b.

Drymus; unum Atticum, alterum Bœoticum fr. 300, a.

Drosopachne; ros est semiconcretus III, 631, 39 s.

Dryopus; Arcadis filius Dryopos e regionibus circa Spercheum sitis Asinem deduxit fr. 253, a, b.

Elementa (*aliorum de illis opiniones*); ita nonnulli vocant certa principia II, 585, 34 s.; quæritur an de iis agat prima philosophia II, 585, 33 s.; eaomnes rebus compositis inesse statuunt II, 585, 35 s.; cum qui unum, tum qui plura esse statuunt, corporum principia esse dicunt, e quibus constant vel composita sunt II, 493, 10 ss.; materies sunt III, 442, 30 s.; nihilominus ea entium omnium prima esse censent qui simile simili cognosci statuunt III, 442, 35; refutantur qui cuique definitam tribuunt figuram II, 421, 38 ss.; ea alii generant, alii non II, 444, 27; ex iis generationem compositionem, in ea vero generationem dissolutionem vocant qui unicum tantummodo elementum esse statuunt II, 417, 41 s.; quidnam tanquam id considerarint antiqui philosophi II, 472, 8 s.; de eorum numero inter se dissentiunt antiqui II, 472, 20 ss.; ex unico universum construunt nonnulli naturæ scrutatores II, 476, 19; quodque eorum excepta terra, suffragantem nactus est II, 479, 51, cf. 37 ss.; II, 478, 49; II, 472, 22 s.; iis aliquid prius latenter assumunt qui unicum tantum elementum esse statuunt II, 417, 40; præter ea, etsi non recte, nonnulli agnoscunt materiem communem, idque separabilem II, 454, 1 ss.; iis tamen subest materies communis, sed non separabilis II, 454, 19 s.; alii unum, alii plura esse statuunt II, 516, 38 s.; alii unum, alii duo, alii tria, alii quattuor agnoscunt II, 453, 40 ss.; II, 456, 14 ss., cf. II, 458, 23 ss.; alii quattuor, alii duo esse statuunt II, 484, 7; qui duo aut quattuor ponunt de iis non loquuntur perinde ac si unum aut similare essent II, 484, 7 ss.; qui duo agnoscunt intermedia mixturas esse censent II, 456, 20 ss.; qui tria agnoscunt fere eadem dicunt ac qui duo II, 456, 24 s.; quomodo tamen inter sese differant II, 456, 25 s.; qui plura esse statuunt iisdem objectionibus patent ac qui unicum II, 480, 13 s.; qui plura esse statuunt ea uni et enti tanquam substantiam subjiciunt II, 497, 9 ss.; alicui eorum infinitum assimilant qui de natura conscripserunt II, 277, 12; qui finita esse statuunt, infinitum non recipiunt II, 277, 14; præter ea infinitum exstare asserunt nonnulli naturæ scrutatores atque ex eo illa gignunt, idque perperam II, 279, 30 ss., 49; II, 596, 42 s., 51; sibi invicem opposita sunt II, 279, 34, cf. 19; II, 596, 35; eorum extrema nonnulli non in se invicem transire putant II, 459, 17 s.; iis agendi affectuumque causam, item ortus et interitus tribuunt qui solam agnoscunt causam materialem II, 464, 22 s.; pejus movent quam instrumenta II, 464, 30; alicui eorum assimilarunt naturæ scrutatores unamquamque partem sensoriam III, 230, 11 ss.; III, 477, 25 ss.; idque recte III, 479, 17 ss.; non vero manum faciemve aut partes his similes III, 230, 9 ss.; qui animam ex iis compositam esse censent præcipue ad sensum et cognitionem animum adverterunt III, 442, 36 s.; nonnulli ex iis intellectum et id quod sensui præest componunt III, 442, 42 s.; excepta terra, unumquodque eorum aliquem invenit qui ei animam assimilaret III, 435, 36 ss., cf. III, 434, 23 ss.; ex iis vel ex uno eorum animam componunt quicunque eam cognitione definiunt, excepto Anaxagora III, 435, 42 ss., cf. III, 441, 26 ss.; idque quare III, 435, 44 ss., cf. III, 441, 30 ss.; qui unicum esse statuunt ei animam assimilant, qui plura, animæ plura principia tribuunt III, 435, 46 s.; qui iis contrarietatem tribuunt, animam vel e contrariis componunt, vel contrariorum alterum esse statuunt III, 435, 53 ss.; iis nullum alium motum nisi lationem tribuunt vacui assertores II, 364, 7 s.; infinita recipiunt Anaxagoras et Democritus II, 277, 15; ea innumera habent cum Anaxagoras, tum Leucippus et Democritus II, 416, 17 ss., 43 ss.; II, 417, 1; II, 432, 19 s.; de iis Leucippi et Democriti placita, eorumque refutatio II, 416, 45 ss., cf. II, 418, 6 ss.; eorum figuras, excepto igne, non determinant Leucippus et Democritus II, 417, 2; eorum seminarium habere videntur naturam Leucippus et Democritus II, 417, 5; probantur non excretione in se invicem transire ut Empedocles et Democritus putabant II, 420, 12 ss.; nec transfiguratione II, 420, 46 ss.; nec planorum dissolutione II, 420, 51 ss.; sex esse statuit Empedocles, nempe quattuor corporalia et duo moventia II, 432, 18 s.; quattuor secundum Empedoclem, 180, 39; quattuor dein ad duo redigit Empedocles, idque quomodo II, 456, 27 s.; ea quattuor esse primus proclamavit Empedocles II, 474, 40, cf. II, 480, 14 s.; quattuor tanquam duobus utitur Empedocles II, 474, 41; recte censet Empedocles nihil amplius effici si infinita sumantur ac si finita II, 416, 30, cf. 35; II, 417, 8; ex omnibus, teste Empedocle, constat mortale unumquodque III, 442, 25 s.; omnia æqualia esse affirmat Empedocles II, 460, 10; attamen secundum quantitatem qua quantitatem inter se comparari non possunt si immutabilia sint II, 460, 11 ss.; nec potentiæ quantitate II, 460, 15 ss., 22 s.; non ergo poterunt nisi pro portione II, 460, 20, 23; ea deo priora esse censet Empedocles II, 460, 50; ea diis assimilat Empedocles II, 461, 1; ea in se invicem transire non posse, ex iis vero omnia fieri putabat Empedocles II, 433, 18 s., cf. 26; eorum differentias tunc solummodo ab iis separari potuisse censebat, dum adhuc inter se certabant amor et discordia II, 433, 51; ea non discordia, sed amor discernit secundum Empedoclem II, 460, 50; ea secundum Empedoclem disjunxit discordia II, 406, 11; ubi in ea universum ex placito Empedoclis a discordia disjungitur ipsa in unum conjunguntur II, 474, 32 ss.; ubi omnia amoris vi in unum coeunt, necessario eorum partes disjunguntur II, 474, 34 ss.; usque ad ea ortum et interitum provehit Empedocles II, 449, 8; eorum coacervata moles quomodo fiat et intereat, non constat apud Empedoclem II, 449, 4 s., 10 s.; iis exceptis omnia interitui obnoxia habet Empedocles II, 496, 29 s.; ea non tanquam genera considerat Empedocles II, 493, 14; iis animam constare atque unumquodque eorum animam esse censet Empedocles III, 434, 23 ss., cf. III, 435, 38 s.; III, 442, 16; de iis Empedoclis placita II, 472, 45 ss.; II, 478, 46; duo agnoscit Parmenides II, 476, 45; ea usque ad plana dissolvit Plato II, 454, 16; non omnia generantur ex opinione eorum qui ea planorum dissolutione in se invicem transire censent (i. e. Platonis) II, 420, 51 ss., cf. II, 421, 16 ss.; II, 458, 50 s.; ante mundi creationem inordinate movebantur secundum Platonem II, 413, 35; simulac naturaliter moventur, necessario exstet mundus II, 413, 36 ss.; ea e triangulis numero inæqualibus componunt qui eorum in se invicem transitum planorum dissolutione fieri censent (i. e. Plato) III, 421, 22; ex iis animam facit Plato III, 434, 30; III, 437, 25; item numeros (ideales) III, 434, 39; qui ex iis animam deducunt omnes simile simili cognosci censent excepto Anaxagora III, 435, 42 ss.; III, 443, 3 s., cf. III, 435, 42 ss.

Elementa; quænam vocentur III, 228, 38 s.; omnibus categoriis communia non exstant III, 442, 2 s.; iis anteriores sunt qualitates III, 228, 39 ss.; III, 232, 18 ss.; ita vocare decet res quibus primis ortus et interitus debentur II, 453, 46 ss.; non eodem redit an quæras quæ inter ea recensenda sint an quænam sit ejus notio II, 574, 17; corpora sunt II, 476, 50 s.; multis modis dicuntur II, 603, 35; necessario exstare debent, idque quare II, 472, 18 ss.; variæ de eorum numero et natura opiniones II, 517, 25 ss.; II, 261, 39 ss.; necessario plura sunt II, 279, 18 s.; probantur infinita esse non posse II, 279, 43 s.; II, 280, 23; II, 416, 17 ss.; II, 596, 46 s.; II, 597, 16, cf. II, 255, 25; probantur copia infinita esse non posse, nec omnia nec unum aut aliqua eorum II, 279, 17 ss.; II, 596, 34 ss., cf. II, 279, 45; II, 596, 47; probantur necessario quædam exstare II, 416, 9 ss.; quam paucissima fieri potest adsumi debent II, 416, 35; probantur necessario plura sed numero finita esse II, 417, 37 ss., cf. II, 371, 10 ss.; II, 376, 7; II, 382, 20; numero quattuor sunt III, 477, 27; probantur necessario quattuor esse II, 430, 12 s.; II, 458, 47; II, 459, 6 ss.; duo tantummodo essent, si unica exstaret contrarietas II, 459, 3 s.; numero tria esse nequeunt quia duæ exstant contrarietates II, 459, 7; quattuor numero sunt, idque quænam III, 552, 33 s.; ab iis diversum est principium quo constant corpora quæ circulo feruntur III, 552, 28 ss.; eorum duplex est motus, alter centrifugus, alter centripetus III, 552, 31 s; locis finitis a se invicem distant III, 553, 5 s.; ex iis constat totus mundus qui terram circumdat III, 552, 37 s.; causa materialis sunt meteororum III, 553, 6 ss.; eorum unumquodque contrarietatem habet ad quodque II, 392, 50; eorum nullum æternum esse potest II, 393, 1; eorum motus locum determinatum petit II, 393, 5; semper eodem modo inter sese haberent si unica exstaret universa latio II, 393, 8 s.; si particularia ponantur, quot numero erunt, tot erunt res II, 627, 25 s., 37; item scibilia non erunt, idque quare II, 627, 26, 38 s.; nec ad ea pertinet locus, nec ex iis compositum est locus II, 286, 7; proprio loco manent necessario, nec nisi vi ex eo moventur II, 347, 2; unumquodque ad suum locum fertur si non impediatur et ibi manet II, 285, 15; II, 288, 46 s.; II, 291, 40, 43; II, 294, 15 ss.; suo loco manent, ab alieno vero recedunt, si non impediantur II, 422, 32; omnia excepto igne in suo loco gravitatem habent II, 429, 2; ad alterutrum locum duo pertinent II, 456, 40; quæ longius a centro remota sunt quam aqua, eodem modo se habent quo ipsa ad terram II, 394, 53 s.; quomodo iis distribuantur differentiæ III, 456, 7 ss.; se invicem insequentia sibi invicem similia sunt, si eorum seriem adscendendo sequaris II, 427, 34 s.; si vero descendendo, id tantummodo de tribus inferioribus valet II, 427, 35 s.; eorum superius semper ad sibi suppositum se habet ut forma ad materiem II, 427, 37 s.; ridiculum foret si naturam mutarent prouti propius vel longius a proprio loco abessent quum forma eadem manent II, 379, 18 ss.; fieri non posse probatur, ut in quovis mundo (si plures sint) vi ferantur II, 379, 24 ss.; nec ut omnino non moveantur II, 379, 23 s.; nec ut ad loca plura forma eadem moveantur II, 379, 30 ss.; probatur fieri non posse ut duobus repletus sit locus inter terram et stellas intermedium III, 554, 11 ss.; idque nec si elementa ex se invicem non fiant III, 554, 20 ss.; quæritur an sint, necne II, 444, 22; item num æterna sint an fiant quadamtenus II, 444, 23; item num omnia ex se invicem fiant eodem modo, an inter ea unum primum sit II, 444, 24 s.; ubi constabit an æterna sint, an facta generentur, constabit etiam quot et qualia sint II, 419, 13 s.; probatur fieri non posse ut æterna sint II, 419, 14 ss.; ea quotidie dissolvi videmus II, 419, 15 s.; fieri non posse probatur ut eorum dissolutio æterna sit II, 419, 17; nec ut sistatur in corpus insecabile II, 419, 27 s.; nec in corpus divisibile, sed quod nunquam dividetur, ut Empedocles arbitrari videtur II, 419, 26 s.; individua sunt IV, 47, 18; necessario generationi et interitui obnoxia sunt II, 419, 37; probantur ex re corpore carenti generari non posse II, 419, 41 ss.; nec ex alio corpore II, 419, 48 ss.; generantur igitur ex se invicem II, 420, 7; eorum corpora et partes incremento et decremento ideoque et alterationi obnoxia sunt II, 370, 33 s.; probatur eorum initium non esse, nec in extremis, nec in medio II, 459, 11 ss.; iis competit circularis generatio II, 457, 34; II, 465, 41 ss.; quænam hujus generationis causa II, 465, 39; secundum affectus et potentias mutantur II, 465, 40 s.; circularem imitantur lationem II, 465, 42; cuique competit proprius motus II, 417, 27; cuique eorum proprius motus est, etiam igni et terræ interpositis III, 436, 42 s.; eorum unumquodque pro motu sibi proprio dicitur II, 379, 4 s.; si plures sint mundi, in omnibus eadem esse et eandem facultatem habere debent II, 378, 45 ss.; eorum affectus vel differentiæ enumerantur II, 433, 20 s.; si in se invicem, etiam in se invicem transire non poterunt eorum effectus II, 433, 26 ss.; si se invicem vi moveant, motus erit quidam naturalis vel res in infinitum abibit II, 413, 27; omnia in se invicem transeunt, etsi contrarium sentiant Empedocles, aliique II, 454, 31 s.; II, 455, 3; II, 457, 1 s.; II, 460, 7 s.; principia sunt II, 454, 30; sibi invicem miscentur II, 455, 3; igitur oportet ut in se invicem agere valeant II, 455, 2; ea ex se invicem gigni videmus II, 480, 16 s.; quum in se invicem mutantur niger color efficitur III, 643, 10 ss.; ex se invicem fiunt III, 553, 16 s., cf. III, 554, 16 s.; unumquodque eorum reliquis potentia inest III, 553, 18; idque quia commune habent subjectum III, 553, 18 ss.; eorum materies communis est sed essentia differens, inprimis si ex se invicem gignantur II, 430, 13 ss.; e compositis fiunt tanquam e rebus quæ potentia ea sunt II, 462, 25 s.; qui ea in se invicem transire putant, vix exponere possunt quomodo ex iis aliquid fiat, præter ipsa II, 461, 41; omnia inter se contrarietatem habent II, 457, 9; igitur omnia in se invicem transeunt II, 457, 7 s., 15; II, 458, 19, 51 s.; sensibus patet ea gigni II, 457, 2; in aliis utraque differentia contraria est, in aliis alterutra II, 456, 11 ss.; quæ symbola ad se invicem habent, facilius et citius in se invicem transeunt II, 457, 19 s., cf. 18, 35; II, 459, 2; quæ his carent, tardius et difficilius II, 457, 20, cf. 18, 43 ss.; II, 459, 3; in se invicem transire possunt, demptis differentiis quæ ab affectibus pendent II, 422, 5 s.; si in se invicem transeant, etiam necessario commune aliquid iis subest et vice versa II, 461, 36 s.; propter eorum in se invicem transitum non diducuntur corpora, etiamsi unumquodque suum locum petat II, 465, 49 s.; concretione et discretione in se invicem transeunt II, 479, 40; secundum eorum affectus vel differentias fit alteratio II, 433, 19; ubi coeunt, non quilibet oritur ordo, vel concretio, nec alias, nec secundum opinionem eorum qui mundum vicissim fieri et interire putant II, 384, 12; probatur fieri non posse ut unica materie constent II, 430, 37 ss.; nec e duabus II, 430, 50 ss., cf. II, 431, 11 ss.; in duobus insequentibus si altera intereat differentia, ex iis nullum fieri potest corpus, idque quare II, 458, 8 ss.; cum ipsa, tum quæ iis constant substantias esse censemus II, 538, 43 s.; II, 558, 7; ubi de duobus (nempe id quod sursum et id quod deorsum fertur) verba fiunt, vix fieri potest, ut non de generatione et de interitu loquamur II, 410, 33 ss.; iis nullum aliud corpus est prius II, 418, 48; II, 419, 49; II, 421, 35; IV, 47, 16; tanquam rerum compositarum materies consideranda sunt II, 422, 4; igitur maxime rationi et naturæ consentaneum videtur ea forma et specie carere II, 421, 51 ss.; prima sunt eorum quæ (mundo) insunt II, 415, 33; non constat utrum potentia an actu corporibus insint II, 415, 39; ea naturam eorum quæ natura constant esse dicunt II, 517, 25, cf. II, 261, 38 ss.; ex omnibus constant composita corpora quæ circa medium universi sunt III, 462, 40 s.; II, 463, 2, 6 s.; ex iis constant corpora composita II, 498, 9; maxime substantiam significare videntur II, 498, 8; eorum affectus substantiæ non sunt sed corpus eorum hos passum et remanens II, 498, 10 ss.; corporum causa sunt ex qua II, 264, 43; II, 515, 35; substantiæ materies sunt II, 630, 35; igitur omnia quæ ex iis composita sunt materiem habent II, 630, 22; atque composita sunt II, 630, 22; nec ex iis composita esse poterunt substantiæ æternæ II, 630, 36; non prædicantur de rebus quarum elementa sunt II, 630, 11; cum ipsa, tum quæ ex iis composita sunt pertinent ad substantias naturales II, 410, 21; aliquatenus aliarum rerum alia sunt, aliquatenus, id est proportione, eadem II, 602, 25 ss.; II, 603, 27. 35 ss.; ad figuram rerum quibus continentur se accommodant omnia II, 421, 45 s; quæritur an ex inordinate motis fieri possint corpora naturalia ut ossa et carnes, ut Empedocles censebat II, 413, 48 ss.; si unicum exstaret, dicere non liceret, carnem et os ei potentia inesse II, 415, 48 s.; ab eorum gravitate et levitate pendet gravitas et levitas compositorum II, 428, 40 s., 44, 48; cf. II, 429, 5 ss.; cur gravia vel levia sint, inquirere debuissent, missis compositis qui gravitatem pleno, levitatem vero vacuo tribuunt II 428, 45 s., cf. II, 426, 17 ss.; ex omnibus unumquodque non constabit, si alia monas e magno, alia e parvo fiat II, 622, 53 s.; eorum magnitudo pro portione respondet similarium magnitudini II, 418, 33 s.; hominis causa materialis sunt II, 603, 16; partium similarium materies sunt III, 319, 11 s.; ex iis compositæ sunt partes similares III, 228 46 s.; III, 330, 36 s.; igitur primo loco ex iis constant animalia III, 228, 37 s.; ex iis mixtæ sunt corporis partes III, 439, 14 s.; non tamen omnes eadem ratione III, 439, 14 ss; generationis ergo partibus similaribus priora sunt III, 229, 21; igitur eorum materies partium similarium causa exstat III, 229, 19 s.; iis solis fieri nequeunt nec partes animalis, nec instrumenta III, 348, 47 ss.; iis qualitates vel affectus debent partes animalis III, 348, 51 ss.; item instrumenta III, 349, 3 s.; non vero formam III, 348, 54 ss., cf. III, 349, 4 ss; non sola exstant sed et res ex iis factæ III, 441, 32 ss.; eæque non minus quam ipsa cognosci debent III, 441, 34 ss.; ex iis non ut fors tulerit fiunt res compositæ, sed proportione quadam et compositione III, 441, 38 s.; omnium particeps est mare III, 389, 14 s.; prouti uniuscujusque eorum magis minusve participes, aut ei propiores vel ab eo remotiores sunt, miro modo differunt animalia et plantæ III, 389, 18 ss.; tanquam quartum eorum consideratur ignis III, 389, 22 s., cf. III, 330, 36 s.; ab iis necessario aliquid secedet, si a similaribus secedere debeat ut parentibus similes fiant liberi III, 330, 36 ss.; si quantitate tantummodo differant, efficitur ut omnia ad aliquid dicantur II, 418, 8; vix intelligendum est, quomodo cognoscat aliquis e quibus omnia sint et quomodo II, 485, 26 ss.; ea nullæ aliæ contrarietates faciunt quam tangibiles II, 454, 43, cf. 39 ss.; tactilibus differentiis determinantur, idque quibusnam III, 460, 17 ss.; duorum quæ sibi invicem opposita sunt, sufficit alterum et ad se ipsum et ad sibi oppositum discernendum III, 443, 1 s.; aut ipsa, aut eorum accidentia respicit sensus III, 450, 48 s.; si omnium eadem essent, sensu cognosci deberent quorum sensus non est II, 485, 33; sola eorum quibus sensorium respondet aer et aqua sunt III, 461, 45 s., cf. 36 ss.; III, 462, 1 s.; excepta terra omnia sensoria fieri possint III, 475, 12; nullum eorum respicit tactus III, 475, 26 s.; e sinceris sensus compositi IV, 277, 42; tam sicca quam humida sapore carent, nisi iis aliquid admixtum sit III, 484, 47 s.; igitur et odore III, 484, 46; eorum subtilissimum et minime corpulentum est ignis III, 434, 52 s.; aliquatenus ejus dignitatem maxime habere videtur e quo primo concretione fiunt reliqua II, 479, 42; ideoque quod tenuissimum et subtilissimum est II, 479, 44; subtilioris semper major copia quam crassioris II, 418, 37 s.; ex iis terra peculiarissime sicco attribuitur, aqua vero humido III, 614, 32 s.; jam dudum abolita essent, si et stellæ et quod eas circumdat, igne constarent III, 554, 7 ss., cf. III, 554, 48 s.; iis divinius est animarum corpus III, 352, 1 ss.; boni et pulchri causa esse nequeunt II, 473, 32; quæritur utrum iis assimilanda, an posteriora sint bonum, honestum et optimum II, 634, 27 ss.; eorum concordia causa est universarum rerum salutis III, 635, 33; illius vero causa æquilibrium ipsorum III, 635, 34 s.; in omnibus methodis quibus sunt, scientia obtinet II, 248, 3; nonnisi post res confusas nobis innotescunt II, 248, 16; iis notis unamquamque rem nosse arbitramur II, 248, 5 s.

Elementa corporalia (σωματικά); tria sunt, nempe id quod subsidit, id quod circulo fertur et intermedium II, 380, 27 ss.; igitur et tres sunt eorum loci II, 380, 28 ss.

Elementa (mathematica); descriptionibus priora, 22, 2.

Elementa naturalia; eorum latio probat locum exstare et facultatem quandam habere II, 285, 12.

Elementum primum; eo totus mundus circa circumvolutiones plenus est III, 553, 37 s.; neque nos solum eum hoc plenum esse censemus, sed ita fert, ut videtur, etiam prisca quædam prioris ævi hominum opinio III, 553, 38 ss.; ab igne et aere diversus est III, 554, 54 s.; partim purius, partim minus sincerum est III, 555, 1 s.; idque præsertim pars quæ aeri et mundo terram circumdanti proxima est III, 555, 3 s.; circulo fertur æque ac corpora ei indita III, 555, 4 s.; ingenitum et interitui non obnoxium est II, 410, 33 s.; ei contiguus est ignis III, 555, 35; III, 556, 28 s., v. *Æther* et *Circulo quod movetur corpus*.

Elementa quæ sursum et deorsum feruntur; si exstet generatio, his solum et rebus ex iis conflatis competit II, 410, 37.

Elementa quattuor; unicuique eorum differentiam tribuere possunt qui levitatis et gravitatis causas magnitudini et parvitati tribuunt II, 426, 39; cur quattuor sint III, 609, 40 s.

Elementa quinque; quomodo disposita sint III, 629, 45 ss.

Elementum quintum; de eo v. fr. 39, b.

Elementum unicum qui esse statuunt; eorum placita exponuntur et refutantur II, 417, 33 ss.; II, 458, 25 ss.; quomodo omnia fieri censeant III, 673, 50 ss; id tanquam materiem idque corpoream et magnitudine præditam considerant II, 479, 29 s.; de incorporeis loqui omiserunt, etiamsi de omnium rerum natura verba faciant II, 479, 31 ss.; generationis causas exponere conati motus causam tollunt II, 479, 33 ss.; causam formalem neglexerunt II, 479, 35 s.; unumquodque simplex corpus potius appellant quam terram, idque perperam II, 479, 37 ss.; duo principia agnoscunt, densum et rarum, aut calidum et frigidum II, 456, 16 ss.; modo maxime rationi consentaneo agunt ubi igni hanc dignitatem tribuunt, idque quare II, 417, 43 ss., cf. II, 479, 45; exponitur communis eorum error II, 418, 53 ss.; reliqua affectibus generant II, 474, 42; rarum et densum affectuum principia habent II, 474, 58; id elementum tanquam causam materialem considerant II, 478, 48 s.

Elementum unicum qui esse statuunt, exceptis iis qui igni hanc dignitatem tribuunt; se ipsi latent dum aliquid elemento prius esse censent II, 417, 40 ss.; quomodo definiant compositionem et dissolutionem II, 417, 41 ss.; densatione et rarefactione reliqua construunt II, 417, 39, 47; id est tenuitate et crassitie II, 417, 48; id est magnitudine et parvitate II, 417, 50 s.; II, 418, 2; unde efficitur omnia ad aliquid dici II, 418, 3 ss.

Elementorum causæ; quattuor determinatæ III, 609, 39 s.; ex earum conjugationibus evenit ut quattuor quoque elementa essent III, 609, 40 s.; duo passivæ, siccitas et humiditas, duo activæ, frigus et calor III, 609, 41 ss.

Elementis (de); hoc nomine citari videtur de *Generatione et Corruptione* l. II (t. II, p. 454, 455) III, 460, 20; (t. II, p. 456, 46 ss.) III, 483, 4; ceterum cf. fr. p 156 s.

Eleos; v. *Ulula*.

Elephantista; falce regit elephantes III, 174, 50 s.; eo insidente mites sunt omnes elephantes, postquam vero descendit, non omnes III, 174, 52 s.; quomodo ferociores compescat elephantes III, 170, 54 s.; ei nasum porrigit elephas III, 17, 46.

Elephas; quadrupes vivipara est III, 35, 13 s.; animal pedestre sanguine præditum est, ideoque longiorem habet vitam III, 529, 13 s.; sanguine præditum et pedestre animal est III, 248, 14 ss.; igitur necessario pulmonem habet et respirat III, 248, 15, 44 s.; palustre animal est III, 248, 13 s.; igitur aqua eodem modo uti debet ac terra III, 248, 19 s., 45 s.; atque ex aqua alimentum petit III, 248, 14 s., propter molem celeriter ex aqua in terram transire nequit III, 248, 16 ss., 46 ss; igitur ubi per aquam iter facit, proboscide ex ea emersa incedit III, 248, 25 s.; ejusque proboscis mollis longaque et flexilis est III, 248, 28 ss., 45 ss.; ejus nasi extremitas cartilaginea est III, 17, 48; igitur incurvatur, non vero flectitur hæc pars III, 17, 48; qualis ejus sit nasus (proboscis) et quomodo eo utatur III, 10, 26 ss.; III, 17, 43 ss.; ei nasus eadem officia præstat quæ lingua insectis et testaceis quibus proboscidi similis est III, 251, 42 ss.; ea alimentum siccum et humidum ori admovet III, 248, 10 ss.; ea arbores evellit, idque quomodo III, 248, 12; apud eos nasus manuum munere fungitur III, 297, 37 s.; proboscide etiam ad injurias propellendas utitur III, 251, 44, v. *Proboscis*; pedes nec bisulcos, nec solidungulos habet III, 248, 39 s.; igitur multifidus est III, 248, 38 s.; III, 292, 11; omnium animalium maximus et nihilo minus multifidus est III, 404, 14 s.; quia maximus est etiam uniparus est III, 403, 40 ss.; post eum maximum est camelus III, 404, 15 s.; ejus pedes anteriores soli ponderi sustentando inserviunt, idque quare III, 248, 40 ss.; igitur eorum loco proboscide utitur III, 248, 25 ss., 47 ss.; sinistra æque libera habet ac homo III, 17, 39 s.; quinque digitos habet III, 17, 42; ejus digiti non exquisite structi sunt III, 17, 40 s.; digitos indivisos et parum distinctos habet III, 46, 40 ss.; unicum animal pedibus digitisque præditum est quod unguibus careat III, 46, 38 ss.; anteriora crura multa majora habet III, 17, 41 s.; in posterioribus cruribus parvos malleolos habet III, 17, 42 s.; olim perperam censebant eos genibus carere III, 310, 39 s; quod si verum esset, eodem modo progrederentur quo infantes repentes III, 310, 38 ss.; vel quo ii qui in palæstris genibus innisi per pulverem progrediuntur III, 310, 43 ss.; quomodo et quatenus crura flectat III, 18, 13 s., 17 s.; crura rigida non habet, ut nonnulli putant III, 18, 13; crura anteriora in concavum, posteriora vero in convexum flectit III, 314, 44 s., cf. 41 s.; igitur eodem modo quo homo membra flectit III, 314, 44 ss.; qua positura dormiat III, 18, 15 ss.; qualia habeat intestina III, 32, 42 s.; quattuor ventriculos habere videtur, etiamsi omnino separato cibi receptaculo careat, idque quare III, 32, 43 ss.; quomodo se habeant ejus jecur et splen, et in universum viscera III, 32, 45 s.; ejus jecur felle caret III, 30, 32 s.; ubi inciditur ejus corporis pars felli apud animalia eo prædita respondens, effluit humor felleus III, 30, 33 ss.; quales dentes habeat, cum mas tum femina III, 23, 29 ss.; cibum lævigat in modum farinæ crassioris III, 23, 30 s.; simulac natus est, dentes habet, sed grandes nondum conspicuos III, 23, 34 ss.; qualem linguam habeat III, 23, 37 s.; ejus cutis mollis et flexilis non est III, 326, 25 ss.; crassiorem cutem habet quam sus, sed pilorum crassitie ab eo superatur III, 420, 32 ss.; omnium quadrupedum minime hirsutus est III, 19, 34; quantum edat III, 155, 17 ss.; quantum bibat III, 155, 20 ss.; unicum pullum parit III, 292, 10; igitur duas tantum mammas habet, easque sub axillis, idque quare III, 18, 5 s.; III, 292, 8 ss., 17 ss.; quot et quantas et ubinam sitas habeat papillas mammarum, idque cum mas tum femina III, 21, 5 ss.; quando coire incipiant tam mas quam femina III, 87, 12 ss.; III, 130, 8; vere coeunt III, 87, 15; coitus tempore feroces evadunt III, 121, 20 s.; ideo, ut ferunt, Indi eos ad feminas non admittunt III, 121, 21 ss.; feroces facti Indorum domos evertunt III, 121, 23 s.; pabulo largiori mitigantur III, 121, 21; quomodo eorum ferociam reprimant Indi adductis aliis elephantibus III, 121, 27 s.; tertio quovis anno coitum repetunt III, 87, 15 s.; quam semel impleverint feminam, non amplius attingunt III, 87, 16 s.; III, 205, 17; quibusnam in locis coeant III, 78, 18 ss.; quonam habitu coeant III, 78, 20 ss.; difficulter deprehenduntur coeuntes III, 130, 12; duos annos uterum gerunt III, 87, 17; III, 130, 9 ss.; idque propter ingentem corporis molem III, 413, 26 s.; dicuntur biennio ventrem ferre IV, 107, 19; secundum alios menses duodeviginti IV, 107, 20; quonam habitu pariant III, 130, 12 s.; eorum partus dolore stipatur III, 130, 13; IV, 107, 20; unicum fœtum pariunt III, 87, 18; eorum pullus editus bimestrem vel trimestrem vitulum magnitudine æquat III, 87, 18 s.; III, 407, 9 s.; eorum pullus ore, non proboscide sugit III, 130, 14 s.; eorum pullus, simulac natus est, videt ac ambulat III, 130, 15 s.; quot annos vivat III, 155. 25 s.; III, 205, 18 s.; omnium animalium de quibus fide dignum aliquid resciscere licet, diutissime vivit III, 413, 12 ss.; tot fere annos vivit femina quot mas III, 205, 19 s.; cito mansuefit III, 4, 6, 34 s.; omnium ferarum mansuetissima ac maxima cicur est III, 205, 13 s.; multa docetur et intelligit III, 205, 14 s.; regem adorare discit elephas III, 205, 15; sensu et intelligentia eminet III, 205, 16 s.; creberrime inebriantur fr. 65, a; alsiosus est III, 205, 21; sexagesimo anno viget III, 205, 50; fluviale animal non est, sed fluvios accolit III, 205, 22; III, 78, 19; quatenus per aquam ingrediatur III, 205, 22 ss.; per nares flat et respirat III, 205, 24 s.; vix natare potest, idque quare III, 205, 25 s.; flatibus laborant III, 168, 3; præterea nullis aliis morbis laborare dicuntur III, 166, 23 ss.; nec urinam nec ventris excrementa reddere valent III, 168, 4 s.; invalidi fiunt, si subinde terram edant III, 168, 5 s.; si vero frequenter, nullo afficiuntur nocumento III, 168, 6 s.; etiam lapides devorant interdum III, 168, 7; alvi etiam fluxu laborant III, 168, 7 s.; quomodo curentur alvi fluxu laborantes III, 168, 8 ss.; quomodo somni defectu fatigati III, 168, 11 s.; quomodo humerorum dolore laborantes III, 168, 13 s.; oleum alii bibunt, alii non III, 168, 14 s.; quomodo ferramentum e corpore ejiciant III, 168, 15 ss.; acriter inter se pugnant et se invicem dentibus feriunt III, 174, 35 ss.; victi in duram rediguntur servitutem nec victoris vocem tolerant III, 174, 37 ss.; mirum in modum fortitudine inter se differunt III, 174, 39 s.; Indi tam maribus quam feminis ad prælia utuntur III, 174, 40 s.; minores sunt feminæ ac longe minus animosæ III, 170, 42 s.; quomodo muros prosternat III, 174, 43 s.; quomodo palmas prosternat atque humum extendat III, 174, 44 ss.; quomodo eos venentur atque doment III, 174, 46 ss.; venantur et adultos et vitulos III, 175, 1 s.; eos falce regit elephantista III, 174, 50 s.; insidente rectore mites sunt, ubi descenderit vero non omnes III, 174, 52 s.; ferociorum crura anteriora compedibus ligant, idque quare III. 174, 54 s.; iis magnitudo corporis sufficit ad injurias evitandas III, 254, 21; duplicem vocem emittunt, eamque qualem et quomodo III, 73, 35 ss.; utrasque ultimas terræ regiones incolunt II, 410, 6; unde opinionem suam confirmare conantur qui Indiam cum regione columnis Herculeis vicina conjungunt II, 410, 5 ss.

Elephas femina; pudendum femoribus suppositum habet III, 21, 45 s., cf. 13 s., 37; nihilominus retro mingit III, 21, 45 ss.; ejus pudendum satis late admodum hiat III, 21, 40; quomodo coitu perfungatur III, 21, 38 ss.

Elephas mas; ubinam situm et quantum sit ejus pudendum III, 21, 33 s., cf. 23 ss.; ubinam vero testes III, 21, 34 s.; testes intus sitos ventrique applicitos habet III, 35, 12 ss.; idque quare III, 326, 24 ss.; coitu cito perfungitur III, 21, 36; falsa de ejus semine narrat Ctesias III, 55, 23 ss.; perperam contendit Ctesias, ejus semen, si exsiccetur, succini duritiem æquare III, 350, 36 ss.

Eleus; ejus filii Alexis et Epeus fr. 312, b.

Eleusinia Ceres; ejus templum IV, 99, 40.

Eleusinii ludi; primum a Cerere instituti sunt fr. 311, b

ἐλευθέριος· Jovis cognomen III, 641, 47.

Eligenda vel fugienda (αἱρετὰ ἢ φευκτά); ea spectant sententiæ, 371, 26; 373, 26; item enthymemata. 371, 27.

Eligibile per se (δι' αὑτὸ αἱρετόν); ad eandem seriem pertinet ac substantia II, 605, 19.

Elimea; ejus regi filiam natu majorem despondit Archelaus, idque quare, 581, 39.

Elios; v. *Glis*.

Elis; ibi nulli gignuntur muli fr. 186, a; ibi filia alicujus mulieris cum Æthiope mœchata Æthiopes peperit III, 330, 10 ss, cf. III, 141, 38 s.; quænam ibi Dionysiis accidant IV, 97, 37 ss.; ea capta Hercules statuas Phenei dedicavit orichalcos appellatos IV, 84; 9 s.; eam cepit secundum oraculum duce femina cujus patrem Augiam necaverat IV, 84, 10 ss.; quomodo ibi constituti fuerint senatores, 572, 39; in ea sepulti sunt Polyxenus et Thalpius fr. 315, a.

Elis cava; eam habitabant Caucones fr. 257, b.

ἠλίθιος· v. *Fatuus.*

ἕλιξ· v. *Anfractus.*

Elixabile (ἑψητόν); non omne corpus est III, 613, 1; quænam sint III, 613, 16 ss.

Elixare; cur alia oporteat, alia vero assare IV, 214, 42 ss.

Elixari (ἕψεσθαι); quænam dicamus III, 613, 6 ss.; de auro quoque et de ligno dicitur, *ibid.*; quænam elixentur III, 613, 5 s.

Elixatio (ἕψησις); species concoctionis III, 611, 15; indefiniti quod in humore continetur concoctio est ab humido calore facta III, 612, 41 ss.; de elixis solum proprie dicitur III, 612; 42 s.; fit ab igne qui in humore est III, 612, 45; ei simile quoddam fit in liquidis III, 613, 9 ss.; ei opposita inquinatio III, 613, 24 ss.; III, 614, 8 ss.; minus negotii facit quam assatio III, 612, 45 ss.; arte et natura fit III, 612, 51 s.; quinam ejus finis sit III, 613, 13 ss.

Elixatio imperfecta (μώλυσις); incoctionis species III, 611, 16; quando fiat III, 610, 20.

Elixum; allio delinitur IV, 181, 49; asso aridius, idque quare III, 612, 50 s.; omne humidius et mollius IV, 215, 1 ss.; eo durius fit inquinatum III 613, 34 s.

ἐλλιπῆ v. *Inchoata.*

Elocutio; quænam ejus partes, 472, 32; ejus pertractatio necessaria est, etiamsi levis sit, 385, 12, 34, 37; aliquatenus in omni arte necessaria est, sed non eatenus quatenus in rhetorica, 385, 43; multum ei confert ut oratio bene morata videatur, 385, 13; ejus ars idem efficit quod histrionica, 385, 47; magis arte continetur quam quæ actionem spectant, 386, 1; eam primi pertractarunt poetæ, 386, 6; sero progressus fecit, 385, 33; de ea pauca præcipere conatus est Thrasymachus in *Miserationibus* aliique, 385, 49, v. *Interpretatio*; eam claram reddunt nomina et verba propria, 386, 32; 475, 2; graviorem vero nominum permutatio, 386, 35; 475, 1; eodem modo erga eam affecti sumus quo erga peregrinos et cives, 386, 35; frigida fit vel adhibitis nominibus compositis, 388, 40; vel glossematibus, 388, 50; vel epithetis longis, intempestivis aut crebris, 389, 3; vel metaphoris indecoris, 389, 36; fit obscura, nisi initio posueris id quod multis interpositis postea dicendum est, 391, 36; amplificatur, ubi pro nomine ponitur definitio, 391, 41; ubi metaphoris et epithetis illustratur, 391, 46; item si ex uno plura fiant, 391, 51; item si singula seorsum proferantur, 392, 1; item conjunctionum usu, 392, 3; item si commemores quæ rei non insunt, 392, 6; contrahitur si nomen definitionis loco ponatur, 391, 43; item ubi singula conjunctim proferuntur, 392, 2; item si a conjunctionibus abstineas, 392, 4; quomodo se habere debeat, ut decus servet, 392, 15; quomodo ut rebus conveniens sit, 392, 17; quomodo ut animi motum exprimat, 392, 22; quomodo ut morata sit, 392, 32; maxime ad persuadendum valet quæ rebus conveniens est, 392, 25; non eadem idonea quæ scribatur et contentionibus apta, 400, 18; nec concionalis et judicialis, 400, 19; ineptum est determinare eam gratam et magnificam esse debere ac quare, 401, 23; grata erit, si definitioni bonæ elocutionis respondeat, 401, 25, cf. 386, 28; item si rite misceantur usitata verba et peregrina, numerus et persuasio cum decore, 401, 31; dilucida erit, si nec concisa sit, nec nugatoria, 401, 29; magnifica esse debet in laudatione, 447, 44; recte se habere debet in epica poesi, 477, 12; ea omnes superavit Homerus, 477, 16; ei præcipue operam dare oportet in locis inertibus, 478, 38; nimis splendida obscurat sententiam et mores, 478, 40; ejus affectiones condonantur poetis, 479, 3; vel connexa et conjunctione una, vel ambitu comprehensa, 394, 8; qua ratione fiat urbana et accepta, 396, 16; 398, 28; eorum quæ hanc spectant species est contemplatio figurarum elocutionis, 472, 21.

Elocutio ambitu comprehensa (κατεστραμμένη); est quæ periodis constat, 394, 20; ei similes veterum poetarum antistrophi, 394, 10; jucunda est, et quare, 394, 22; facile addiscitur et quare, 394, 23, 26.

Elocutio concionalis (δημηγορική); adumbrationi similis est, 401, 11; in ea exquisita supervacanea et deteriora videntur, 401, 12.

Elocutio connexa (εἰρομένη); quænam, 394, 14; prisca est, 394, 11; ea olim omnes, nunc pauci utuntur, 394, 13; injucunda est et quare, 394, 16.

Elocutio contentionibus idonea (ἀγωνιστική); ad actionem aptissima est, 400, 24; duplex est, dum vel ad animam movendam, vel ad mores pertinet, 400, 25; in ea adhibenda sunt conjunctionum omissio et frequens ejusdem rei repetitio, 400, 36.

Elocutio demonstrativa (ἐπιδεικτική); omnium specierum maxime idonea est quæ scribatur, 401, 21; ejus officium est, ut legatur, 401, 22.

Elocutio judicialis (δικανική); accuratior est quam concionalis, 401, 14; minime artis præsidiis valet, idque quare, 401, 15; post demonstrativam maxime idonea est quæ scribatur, 401, 22.

Elocutio membris constans; quænam, 394, 36; est vel distincta, vel opposita, 395, 4; opposita duobus modis fit, 394, 7, cf. *Contentio.*

Elocutio oratoria (ῥητορική); clara esse debet, 386, 28; 387, 14, 26; 401, 27, cf. 475, 1; nec humilis nec magis elata quam convenit, 386, 29; 401, 28; peregrina reddenda est, et quare, 386, 37; 387, 13, 26; 389, 8; in ea latere debet artificium, 386, 46; 387, 14, cf. 475, 29.

Elocutio poetica; antiquissima fuit et quare, 386, 12; ea qui utuntur, maxime laudantur a vulgo, 386, 13; ea usus est Gorgias, 386, 12; differt ab elocutione oratoria, 386, 14, 31; humilis non est, 386, 31; perspicua, nec exilis esse debet, 475, 1; quomodo uti debeat nominibus cum propriis tum peregrinis, 475, 2 ss.; cavendum ne in eam incidas, adhibendis metaphoris et epithetis, 301, 47.

Elocutio scribendo idonea (γραφική); exquisitissima est, 400, 23; in ea rejiciuntur conjunctionum omissio et frequens ejusdem verbi repetitio, 400, 36.

Elocutio (usitata); ea utitur poeta ad enuntianda quæ imitatur, 478, 48.

Elocutionis figuræ; v. *Figuræ elocutionis.*

Elops (ἕλλοψ); quot et quales et ubinam sitas habeat branchias III, 28, 37; fel ad intestina porrectum habet III, 30, 48 s.

Eloquentia concionalis; v. *Concionalis eloquentia.*

Eloquentia demonstrativa (τὰ ἐπιδεικτικά); in ea semper aliæ laudes aliis superaddendæ sunt, 408, 5.

Eloquentia judicialis· v. *Judicialis eloquentia.*

Elphenor, ex Eubœa, princeps Abantum; ejus epitaphium fr. 315, a.

Elysius campus; qualem in eo Homerus (Od. δ, 567) Favonium esse narret IV, 249, 14.

Emaciata (λελεπτυσμένα); in iis tota corporis moles venulis plena videtur III, 43, 44 s.; si nervorum natura uno tenore continuaretur, in iis hæc continuitas conspicua foret III, 43, 48 ss.; in iis nihil nisi venæ restant III, 262, 1; igitur foliis ficulnis aut vitigineis exsiccatis similia sunt III, 262, 2 ss.

Emaciatio (ἰσχνασία); motus est, ideoque actio imperfecta II, 568, 37, cf. 26 ss., 34.

Emathotiarum regio Macedoniæ; ibi sues solidipedes esse dicuntur IV, 85, 19 s.

Embryones (ἔμϐρυα); nasci dicuntur quia agnati sunt II, 517, 13, v. *Fœtus.*

Emens; ei non sufficit, si vendens dicat se plura dare non posse II, 233, 16.

Ementes et vendentes; æqualitatem et rem respiciunt II, 232, 6.

Eminus (πόρρωθεν); minus audimus graviorem vocem, idque quare IV, 307, 31 s.

Emissarii (ὠτακουσταί); regis Persarum III, 637, 28.

Empedocles; Agrigentinus II, 383, 24 s.; Aristotelis testimonium de ejus patre Metone fr. 24, b; eo ætate anterior, operibus vero posterior Anaxagoras II, 472, 49 s.; pertinet ad sapientes recentiores II, 634, 47; naturæ scrutatoribus (τοῖς περὶ φύσεως) accensetur II, 497, 4; III, 639, 40; ejus placita Anaxagoræ placitis contraria esse videntur II, 432, 27 ss.; rhetoricæ inventor fr. 42, b; de ejus moribus fr. 42, b; melancholia laborabat IV, 265, 33; nihil cum Homero commune habet, nisi metrum, 457, 36; Homericus vocatur fr. 25, b; ejus carmina igni tradita sunt ab ejus sorore fr. 25, b; naturæ scrutator potius quam poeta dicendus est, 457, 37; ejus carmina interdum recitant dormientes, vel ebrii, vel furentes II, 79, 17, 46; ambiguis locutionibus usus est, 391, 9; balbutit loquens II, 474, 10; poetico more ubi nihil dicere habet, aliquid dicere videri vult, 391, 9, cf. III, 579, 42 ss; eum interpretatur Aristoteles II, 342, 28; divisione solvitur reprehensio quam adversus ejus dicta tulerant, 481, 1 s.

Empedocles (*ejus placita*); parum attigit formam ac notionem II, 263, 15; aliquatenus causam formalem attigit II, 485, 42 s.; aliquatenus causam finalem attigit II, 478, 35, cf. II, 474, 4 ss.; III, 222, 46 ss.; deum omnium causam esse dixit III, 639, 40 s.; naturam nihil nisi vocem ab hominibus inventam esse putat II, 517, 33, v. *Pullulatio*; alterationem sustulit II, 480, 21; materiem communem non agnovit II, 480, 25; contraria a se invicem affici negat II, 480, 24; ortui et interitui et motui fere solis operam dedit II, 480, 53 s.; generationem æternis inesse non dicebat, idque quare III, 673, 34 s.; pullulationem exstare negabat, mixtionem solummodo agnoscens II, 433, 8 s.; II, 517, 31 s; similis cum simili affinitate naturam constituit II, 219, 2; ex ejus sententia quare canis semper in eadem regula consideat II, 219, 2; II, 175, 1 ss.; simile simili cognosci putat II, 496, 12 ss.; simile simile petere putat II, 91, 36; vacuum esse negavit II, 425, 32 s.; ejus de vacuo sententia III, 675, 32; item de motu III, 675, 33; nihil de gravi et levi determinavit II, 425, 33 s.; materiem multiplicem esse statuit II, 432, 12 s.; igitur necessario ortum et interitum ab alteratione distinguit *ibid.*, cf. II, 433, 4; ejus miscela materies est II, 601, 2, 5; mundum vicissim fieri et interire putat II, 383, 22 ss.; alia genita, alia æterna esse affirmabat III, 673, 24 s.; idque quænam III, 673, 29 s.; unum et multa esse dicit II, 252, 24; e miscela reliqua excernit, idque per circuitus II, 252 62 s.; ejus contrarietates elementa sic dicta sunt, ideoque infinita II, 252, 29; II, 255, 28; omne in omni mixtum esse dicit II, 252, 43; res diversas videri atque appellari affirmat ab eo quod in ejus mixtione prævalet II, 252, 45; ejus placitum Anaxagoræ opinioni præferendum esse videtur II, 253, 50; II, 255, 28; ei amor et discordia causæ efficientes sunt atque eorum ope mundum construxit III, 220, 24 ss.; amorem unum vel unius causam esse censet II, 497, 5 s.; II, 575, 51; ens et unum amori assimilat II, 489, 46 s., cf. II, 497, 5 ss.; actum prius fuisse censet, utpote amorem et discordiam II, 604, 39; quomodo mundum construat, vicissim agente et quiescente amore II, 414, 19 ss.; amorem elementum esse censet II, 634, 48; igitur primum generans optimum esse censet II, 634, 46 s.; quomodo generet ætate amoris III, 331, 9 s., 15; fere eadem quæ ille dixisse videntur qui semen ab omni parte secedere censent III, 331, 13 ss.; secundum eum amoris ætate multa capita sine cervice in terra progerminarunt, dein coaluerunt III, 331, 9 s., cf. 15; III, 413, 49 s.; III, 468, 48 s.; ejus opinio de bovigenis humana facie præditis II, 270, 35; ejus οὐλοφυές necessario semen erat II, 271, 36; ejus placita de discordia et amore expenduntur II, 495, 53 ss.; etsi maxime sibi ipse consentire videtur placitorum suorum nullam causam attulit II, 495, 51 s.; post quam omnia, excepta discordia, in unum coegit, ex hoc uno rursus omnia gignit II, 433, 40 s., cf. 54; non constat, an secundum eum magis principium et magis elementare sit unum, an ignis, aer, aqua et terra II, 434, 1 ss.; putare videtur quæ de origine rerum enarrat, principium esse et a natura et a necessitate pendere II, 344, 5 ss.; aliquatenus melius quam Anaxagoras de origine rerum sentire videtur, idque quare II, 344, 19 s.; ejus opinio de origine rerum refutatur II, 344, 22 ss.; universum censet esse infinitum II, 406, 25; secundum eum discordia disjunxit elementa II, 406, 11; sæpe apud eum discernit amor, concernit vero discordia, idque quare II, 474, 31 s.; quænam causa eum permoverit ut amorem et discordiam introduceret II, 474, 4 ss.; aliquatenus bonum et malum tanquam principia consideravit, idque primus II, 474, 12 ss., cf. II, 479, 12; causis plus quam Anaxagoras utitur, attamen non sufficienter II, 474, 28 s.; nec ita assequitur eventum de quo omnes consentiunt II, 474, 30; primus causam moventem in duas oppositas diremit II, 474, 36 ss., cf. II, 477, 1, 5; II, 480, 19 ss.; differentias tunc tantummodo ab elementis separari potuisse putabat, dum adhuc certabant amor et discordia II, 433, 51 s.; ut sibi consentiret, æque ac Leucippus asserere debuisset solida esse indivisibilia II, 448, 46 s.; quid de alteratione senserit non constat II, 449, 4 s.; ortum et interitum usque ad elementa provehit II, 449, 8 s.; quomodo secundum eum fiat ac intereat elementorum accumulata moles non constat II, 449, 10 s., cf. 4 s.; neque de ea dicere potuisset quia non agnoscit ignis nec reliquorum similium elementum II, 449, 11 ss.; mixta dura fieri putat, etiamsi duæ res quæ miscentur molles sint, si alterius solida alterius cavis adaptantur III, 368, 16 s.; hinc etiam ex æris cum stanno mixtione prodire rem utrisque duriorem III, 368, 18; eodem modo intelligit vini cum aqua mixtionem III, 368, 21; ejus de motu et quiete et de origine rerum sententia II, 342, 19, cf. II, 344, 6 ss., 20 s., 31 s.; II, 363, 52 s.; ejus placita de motu expenduntur II, 461, 1 ss.; lationem primum motum habere videtur II, 363, 51 ss.; ejus placitum de elementis, 180, 39; II, 416, 1 ss.; II, 472, 45 ss.; II. 478, 46;

contrario modo atque Anaxagoras de elementis sensit II, 415, 51; sex elementa esse statuit, quattuor corporalia et duo moventia II, 432, 18 s., cf. 29 s.; elementa in se invicem transire non posse putabat II, 433, 38 s., cf. 26 s.; II, 454, 32; II, 460, 6 s.; igitur sibi consentit dum ortum et interitum coitione et dissolutione elementorum fieri arbitratur II, 433, 6, 9 s.; probatur alteratio fieri non posse si vera sint ejus placita II, 433, 13 ss.; et sibi ipse et rebus apparentibus contraria dicere videtur II, 433, 36 s.; elementa excretione in se invicem transire putabat II, 420, 10, 15; refutatur hæc opinio II, 420, 12 ss.; putare videtur elementorum dissolutionem sisti in corpus divisibile quidem, sed quod nunquam dividetur II, 419, 27; primus quattuor elementorum mentionem fecit II, 474, 40, cf. II, 480, 14 s.; ignem et aquam et aerem et terram elementa esse dicit II, 453, 44; II, 456, 26 s.; II, 493, 12; ignem, aerem, aquam et terram materiem esse dixit II, 485, 47; quattuor elementis tanquam duobus utitur, idque quomodo II, 456, 27; II, 474, 41 ss.; elementa non tanquam genera considerat II, 493, 14; omnia præter elementa interitui obnoxia esse putat II, 496, 29 s.; recte censet elementa nihil magis effici, si infinita sumantur ac si finita numero II, 416, 27 ss.; censebat ex elementis inordinate motis fieri posse res naturales, ut carnes et ossa II, 413, 44 s.; secundum eum omnia mortalia ex omnibus elementis constant III, 442, 25 s.; æqualia dicit omnia elementa II, 460, 10; attamen vix intelligitur, quomodo cum ejus placitis conciliari possit elementorum comparabilitas II, 460, 8 s.; ignem igne, terram terra accrescere censet II, 460, 28 s.; igitur secundum eum accretio nonnisi appositione fit II, 460, 27 s.; generationi causam probabilem assignare non potuit, quum eam a fortuna, a casu et a mixtione pendere censet II, 460, 31 ss.; interdum fortuna utitur II, 266, 23; aerem non semper in supremum locum secerni putat, sed interdum ut fors tulerit II, 266, 23; plerasque animalium partes fortuito factas esse putat II, 266, 27; nihil de natura nec de bono dixit II, 460, 47 s.; elementa deo et natura priora esse censet II, 460, 50; immo ipsa diis assimilat II, 461, 1; ætherem longas sub terram radices egisse asserit II, 461, 20 ss.; mundum nunc quum discordia prævalet, eodem modo se habere censet ac antea quum concordia prævaleret II, 461, 23 s.; animam ex elementis construit aut unum eorum esse censet II, 461, 27 ss.; aerem aqua calidiorem esse censet III, 546, 28 s.; si quis eandem ac ille de elementis sententiam habeat, non ideo inter ambos exstat concordia proprie sic dicta II, 180, 42 ss.; partim iisdem objectionibus patet ac qui unicum elementum esse statuunt, partim aliis II, 480, 14; perperam cæli incolumitatem conversionis celeritati tribuit II, 389, 49; quidnam de sole dixerit II, 433, 23, 44; quidnam de imbre II, 433, 24; quidnam de terra II, 433, 44 s.; Xenophanem increpavit propter ejus opinionem de causa quietis terræ II, 404, 37; ejus opinio de causa immobilitatis terræ II, 405, 50 ss.; II, 413, 18; refutatur hæc opinio II, 406, 1 s.; II, 413, 18 ss.; quomodo lapides et saxa et aquas calidas fieri referat IV, 238, 21 s.; fulmen quid esse dixerit III, 597, 16 s.; tonitrum ejus stridorem et sonitum esse censet III, 597, 20 s.; ejus opinio refutatur III, 597, 23 s., 29 s.; mare terræ sudorem esse affirmat III, 574, 21 ss.; III, 579, 43 s.; sic locutus pro poeta fortasse satis dixit III, 579, 45 ss.

Exsanguia aquatilia ; videntur etiam olfactum habere III, 457, 11 s., cf. III, 454, 11 s.; III, 486, 49 ss., cf. *Respiratione carentia* ; iis accensenda sunt mollusca, polypi et crustata III, 543, 47 s.; non tamen in perpetuum in aere vivere possunt, idque quare III, 543, 48 ss.

Exsanguia multipeda ; pedes a latere habent III, 286, 36 s.; vel volatilia vel pedestria sunt III, 7, 8 ; multis cardinibus moventur III, 7, 8 s.

Exsanguia pedibus prædita ; omnia multipeda sunt III, 316, 34 ; nullum eorum quadrupes est III, 316, 35, cf. tamen III, 7, 9 s.; III, 95, 33 ; omnia crura exceptis ultimis a latere agnata sursum flectuntur et vara quadamtenus retrorsum vergunt III, 316, 36 ss., cf. III, 317, 7 s.; idque quare III, 316, 39 ss., 48 ss.; crura vero prima et ultima ita flectunt ut natura eorum, quippe præeuntium et insequentium fert III, 316, 46 s.; pleraque eorum cavernas incolunt III, 316, 51 s., cf. *Multipeda*.

Exsanguia sponte nascentia ; e verme fiunt III, 390, 51 s.; III, 391, 19 s., cf. III, 384, 37 s.; non vero ex ovo III, 391, 18 s.

Executor ; magistratus maxime necessarius est, idque quare, 598, 41, 48 ; quidnam sit ejus munus, 598, 42 ; ejus munus difficillimum, idque quare, 598, 41, 44 ; nonnusquam rite ab eo distinguunt custodiæ præfecti munus, 599, 11 ; ejus munus obire nolunt viri boni, 599, 15 ; ejus magistratum gerere recusant, nisi magnum inde quæstum facere liceat, 598, 45 ; ejus munus qui susceperunt, munere fungi ex legis præscripto nolunt, 598, 46 ; ejus munus improbis committere non tutum est, 599, 16 ; ejus munere non ubique eundem virum fungi præstat, idque quare et quosnam, 598, 51 ; 599, 10, 19 ; non idem esse debet ac qui condemnat, 599, 4, 8.

Exserti dentes ; v. *Dentes exserti*.

Exsiccatio (τὸ ξηραίνεσθαι) ; duplex ejus causa III, 615, 10.

Exsilium ; ejus potestatem Lacedæmone pauci habent magistratus, 554, 7.

Exsistentia (τὸ εἶναι) ; maxima res esse videtur II, 100, 10 ; ejus causa parentes II, 100, 10 ; II, 101, 25 ; nostra sentiendo ac cogitando consistit II, 113, 42 ; viro bono res bona est II, 107, 32 ; viris bonis ac felicibus res per se bona et jucunda est, idque quare II, 113, 45, 51 ; II, 114, 3 ; eam sentire res per se jucunda et exoptabilis est II, 113, 42 ; II, 116, 6 ; nostra actu, nempe agendo et vivendo constat II, 110, 14 ; omnibus exoptanda et amabilis est II, 110, 14.

Exspectatio (προσδοκία) ; utilium jucundior videtur quam honestorum II, 110, 28.

Exspirantes ; minus audiunt quam inspirantes, idque quare III, 418, 48 ss.

Exspirare ; cur nequeant qui vehementer et confestim inspirarint IV, 284, 40 ss.

Exspirare et inspirare ; vicissim fieri debent IV, 284, 45.

Exspiratio (ἐκπνοή) ; pulsionis species II, 335, 34 ; ita vocatur aeris exitus III, 550, 52 ; dum fit, deprimitur ac præfocatur pectus III, 542, 1 s.; ea vitam terminamus III, 540, 20 s.; III, 549, 17.

Exstinctio ignis (σβέσις) ; ejus per contraria interitus ignis est III, 535, 20 ; III, 542, 36 s.; violenta est tam in rebus anima carentibus quam in rebus anima præditis III, 542, 39 s.; quomodo fiat III, 535, 24 s.; fit subito ab aeris frigore III, 542, 37 s.; celerius fit ubi distrahitur ignis III, 542, 38 s.

Exsules ; quæri potest quatenus cives sint, 520, 48 ; bona eorum publicata quum nemo nisi admodum parvo emere vellet, iis ipsis vendidit Lygdamis, 640, 32 ; donaria quæ in officinis habebant nondum prorsus elaborata, vel iis ipsis vendidit, vel cuicunque volebat, Lygdamis promittebat ut emptoris nomen in iis perscriberetur, 640, 35 ; apud eos gratiam inimus, etiamsi parva tribuamus, 358, 4 ; enthymemate apparenti felices dicuntur, quia iis habitare licet, ubicunque voluerint, 382, 9, de quodam scripta ab Aristotele ad Antipatrum epistola fr. 326, b.

Exsules Athenienses; Phylen cum quinquaginta viris occuparunt, etiamsi incolæ a Lacedæmoniis adjuvarentur, 426, 44.

Exsules Chiorum; eos postquam receperant, ejecerunt Antissæi, 568, 11.

Exsuperans (ὑπερέχον); genus duplicis, 212, 34; τινός et τινί dicitur, etiamsi duplex tantummodo τινός, 213, 10.

Exsuperantia (ὑπερβολή); non est genus, sed differentia, 215, 39; quorum præferenda est vel pulchrior, ipsa quoque præstant, itemque vice versa, 326, 24, 39.

Exsuperantiæ magnæ; cur magnæ sint IV, 108, 1 ss.

Extensio (ἀπότασις); quidnam III, 310, 20; fieri nequit nisi aliquid sit quod quiescat III, 310, 17 s.; ea necessario uti debent progredientia III, 310, 51 s.; eam habere videtur vox III, 455, 43 s.; igitur et anima carentia quæ eam habent per similitudinem vocem habere dicuntur III, 455, 41 ss.

Extenuatio (ἐλάττωσις); sanitatis causa est II, 264, 24; II, 515, 15.

Extenuationes (ἐλαττώσεις); ad omnes rhetoricæ species pertinet, 368, 5; 424, 9; pertinet ad ea quæ sententiam spectant, 472, 13; quibusnam modis fiat, 421, 6, 43; inprimis in laudationem et vituperationem quadrat, 424, 9; eodem modo adhibenda in vituperatione ac in laudatione, 448; ejus usus in præoccupatione orationis concionalis, 444, 13, 18; item in dissuasione, 445, 25; ejus utilitas ad captandam auditorum benevolentiam, 439, 45; 448, 36; adversariorum oratione complectendæ sunt, 448, 36.

Extenuatus; cur si multum meri biberit morte occumbat IV, 132, 33 ss.

Exteriora corporis; ea apud animalia primum discerni putat Democritus III, 357, 1 ss.; frigida sunt et offensionibus patent III, 326, 7; apud dormientes frigent III, 505, 39.

Externi; fieri potest, ut salvam esse velint pravam rempublicam, 554, 11, v. *Peregrini*.

Exterum mare; v. *Mare exterum, Mare extra Herculis columnas, Oceanus.*

Extra; locus est II, 377, 39.

Extraneæ res (ξενικά); earum curam magistratus gerere jubet Hippodamus Milesius, 508, 45.

Extranea (τὰ ἔξωθεν); quomodo earum conjunctiones ad diversas amicitiæ species se habeant, quærendum est II, 226, 29, cf. II, 218, 38.

Extremitas (ἀκρωτήριον); si dematur quæ ablata renasci nequit, mutilus fit homo II, 532, 10 s.; quando apud fœtum generetur major quam decet, quando supervacanea III, 405, 51; quando deficiat apud fœtum III, 406, 18 s.; cur iis maxime rigeamus IV, 155, 15 ss.

Extremitates corporis; v. *Artus*.

Extremum (τὸ ἔσχατον); differt ab eo cujus extremum est II, 317, 41 s.; idem non esse potest contrariorum II, 362, 16; ad id fertur ignis II, 429, 19 s.; pedis præstat fissum esse quam non fissum, idque quare III, 294, 49 s.

Extrema (τὰ ἄκρα, τὰ ἔσχατα); et sibi invicem et medio opposita sunt II, 195, 17; ubi sunt, ibi et medium est II, 213, 35; ambobus commune est medium III, 254, 46 s.; amborum extremum est medium III, 524, 11; amborum particeps est medium III, 252, 15; intermedio contraria esse dicuntur et vice versa II, 308, 40; medio magis contraria sunt quam sibi invicem II, 217, 46; sæpe ambo simul adsunt II, 217, 48; quadamtenus medio insunt II, 217, 52; ambo non æque a medio abesse videntur, idque tribus de causis II, 217, 53 s; ex eodem genere esse debent ac media, 128, 49; ad alterutrum eorum alterum fit medium III, 460, 29 s.; iis alia carent, alia vero ea habent sed specie diversa et homonyma tantum II, 313, 39; quorum unum sunt, ea tantummodo continua fieri possunt II, 313, 39, 45, 48, cf. II, 312, 2; in iis quiescunt omnia vel ut inde proficiscantur vel ubi eo pervenerunt II, 363, 26 s.; motus specie non minus unum esse nequeunt II, 314, 1; substantiam ac notionem non continent III, 238, 32 s.; cur in iis rotunda semper fiant IV, 201, 24 ss.; propter debilitatem operienda III, 295, 2 s.; necessario siccantur, ubi liquor aliquis vel incalescit, vel refrigeratur III, 356, 30 s.; in omnibus animæ habitibus nec recta, nec laudabilia sunt, sed vituperio digna II, 21, 46; III, 217, 23.

Extrema (syllogismi); quænam in prima figura, 41, 45; quænam in secunda, 42, 43; quænam in tertia, 45, 38; ea qui novit cognoscit omnes medias causas, 153, 22.

Extremum minus; quid in prima figura, 42, 24; quid in secunda, 43, 34; quid in tertia, 45, 39; ei necessario inesse debet medium (in syllogismo demonstrativo), 128, 30.

Extrinsecns; v. Ἔξωθεν.

F.

Fabæ (κύαμοι); legumina sunt III, 375, 17 s.; cuinam parti in iis adhæreat seminis principium III, 375, 17 ss.; flatulentæ sunt III, 154, 35 s.; cum earum fronde, tum ipsis fresis saginantur boves, *ibid.*; affatim datæ lactis copiam augent, idque quare et quibusnam animalibus III, 54, 46 s.; circa alvearia seri debent III, 200, 37 s.; iis abstinebant Pythagorei fr. 70, b.

Faber; ei peculiare opus est II, 6, 39; ei non prodest ad artem exercendam idea boni II, 5,32; artifex est III, 433, 9; ei comparatur creator vel genitor III, 332, 44; a materie non afficitur, sed materies ab eo III, 450, 4 s.; transit solummodo ab otio ad actum III, 450, 5 s.; non magis quam lecti pars est, fœtus pars est semen virile III, 341, 20 s.; III, 342, 40; eatenus æs considerat, quatenus physicus formam II, 263, 47; prope lignum est III, 342, 33 s.; nisi ei præsto sit terebrum vel serra opus non bene procedit III, 238, 28; nihilominus terebro vel serræ assimilandus est non magis quam igni anima III, 238, 26 ss.; melius de lignea manu verba faceret quam antiqui naturæ scrutatores de genuina disseruere, idque quomodo III, 221, 13 ss.; eo melius de clavo judicat gubernator, 532, 30; frenum facit II, 193, 7; rectum angulum alio modo investigat, ac geometra, idque quomodo II, 7, 25; arcam non facit ex alia materia ac ligno III, 361, 52; sine ejus ope e ligno non fit arca III, 361, 52 ss.; ei comparari nequeunt insectorum mares III, 343, 8.

Fabri; si cum sutoribus vices alternarent eodem rediret ac si omnes cives vicissim magistratus gererent, 497, 33; quidam si cum sutoribus et agricolis eundem locum incolerent eorumque numerus esset decies mille atque pactum fecissent, ne sibi invicem injuriam inferrent in mercibus commutandis, inde non fieret civitas, 529, 51.

Faber ærarius; v. *Ærarius faber.*

Faber piscis (χαλκεύς, *plerique codd. vers. lat. chalcis et ita quoque in textu græco leg. Aubert et Wimmer*); sonum edit III, 72, 15.

Fabrilis ars; ei præter ipsam fabricationem alius finis est II, 156, 29; materiem movet II, 604, 25; ejus nulla pars in opere continetur III, 342, 42; formam et speciem motus ope in materiem indit III, 342, 43 s.; in ea postulari nequit accuratio II, 2, 11; terebro vel terræ assimilanda non magis est quam igni anima III, 238, 26 ss.; in ea boni habetur ratio II, 490, 22 s.; æque absurdum esset eam tibias subire ac quælibet animam quodcunque corpus III, 438, 39 s.

Fabrilis ignis (τεκτονικὸν πῦρ); ab ærario, aurario, coquinario differt III, 669, 38, s.

Fabulæ; ex admirandis constant II, 471, 1; igitur qui eas amat quadamtenus philosophus est II, 470, 52; quæ de diis narrantur partim reliquiæ sunt sapientiæ antiquissimæ deperditæ II, 608, 38 ss.; partim utilitatis gratia et ut legibus pareat vulgus inventæ sunt II 608, 32 ss.; quasnam audiant pueri, curare debent puerorum præfecti, 623, 12; obscœnas spectare non debent pueri, 623, 39; eas qui amant intemperantes non esse dicimus II, 36, 7; animalia quædam eorumve partes in lapidem mutata esse fingunt III, 221, 26; eas narrare seni convenit, non adolescenti, 372, 31; incertæ sunt omnes III, 131, 7 s.; in ea alteri mors est quod alteri lusus II, 232, 35; altera species exemplorum quæ orator ipse invenit, 370, 10; concioni conveniunt, 371, 1; faciliores sed minus utiles in concione quam exempla e rebus gestis petita, 371, 2, 6; eas fingere oportet, dummodo simile reperire queas, 371, 3; cur iis gaudeant homines in exercitiis rhetoricis potius quam argumentationibus IV, 204, 1 ss.; eas narrans inclaruit Æsopus fr. 286, b.

Fabulæ (tragœdiæ); eas initio docent poetæ cum tragici tum comici, 403, 3, 7; earum prologo respondet prooemium orationum, inprimis orationum judicialium, 402, 15, 45; pars tragœdiæ, 461, 35; eam habet quodcunque, 461, 40; actionis imitatio, 461, 29; 463, 43; 465, 7; eadem quæ factorum compositio est, 461, 30; pars principalis est, 461, 41; 462, 43; finis tragœdiæ, 461, 50; eam quæ habet tragœdia multo magis munere suo fungitur ac si quis sermones moratos ac dictiones et sententias bene factas deinceps ponat, 462, 10; ejus partes peripetia et agnitio, 462, 12; 465, 44; item perpessio, 465, 45; bene compositæ nec unde fors tulerit incipere, nec ubicunque desinere debent, 463, 2; longitudinem habere debent, sed quæ facile memoria comprehendatur, 463, 15; earum longitudinis terminus certaminum et perceptionis ratione habita non ad artem pertinet, 463, 16; quinam sit earum longitudinis terminus secundum naturam, 463, 20; eas magis quam metrum pangere debet poeta, 464, 33; traditas non semper sectari oportet, 464, 29; eas e consentaneo componit comœdia, 464, 17; circa traditas versatur tragœdia, 464, 30; eam si ultra modum extendant poetæ, rerum consecutionem distorquere coguntur, 464, 45; pulchriores sunt, in quibus fortuita non temere facta esse videntur, 465, 4; una non est, si unum aliquem spectet, 463, 26; quænam requirantur ut una sit, 463, 41; simplex potius esse debet quam duplex, 466, 43; ridiculum est dicere eam sublatum iri, nisi absurda recipiantur, 478, 32; aliæ simplices, aliæ implicatæ, 465, 6; ex ejus compositione evenire debent peripetia et agnitio, 465, 13; ex ea non petitur agnitio in Euripidis *Iphigenia in Tauride*, 469, 46; ejus solutio ex ipsa fabula peti debet, 469, 8; sine spectatione ita constituta esse debet, ut qui audiat quæ agantur inhorrescat et misereatur, 467, 29; eas ante oculos ponere debet tragicus poeta, idque quomodo, 470, 22; non ob eam eadem dicenda est tragœdia, 471, 31; non arte, sed fortuito in iis quærentes argumenta repererunt tragœdiis apta, 468, 30; ejus argumenta, cum quæ e fabulosa petit historia, tum quæ ipse fingit, generaliter exponenda sunt poetæ tragico, 470, 35; quomodo se habere debeat, cum in epica poesi tum in tragœdia, 476, 27; quænam inprimis placeant histrionibus, 400, 26; tragœdiarum olim breves erant, 460, 15; e quibuscunque olim fiebant tragœdiæ 467, 1; eas primum accommodarunt comœdiæ Epicharmus et Phormis, 460, 41; Athenis vero Crates, 460, 42.

Fabulæ episodicæ; quænam, 464, 40; pessimæ sunt, 464, 39; eas propter semetipsos pangunt mali poetæ, 464, 42; histrionum vero gratia boni, 464, 43.

Fabulæ scenicæ; in iis episodia brevia sunt, 471, 1.

Fabulæ traditæ; eas solvere non licet, 467, 50; iis tamen recte uti decet ipsumque invenire, 468, 2.

Fabulæ (?); nomen dithyrambi quem frustra Dorico modo componere conatus est Philoxenus, 633, 47.

Fabulosa; eorum in legibus vis II, 488, 12.

Fabulose quæ philosophantur; sedula investigatione indigna sunt II, 495, 45.

Facere; multis modis dicitur II, 63, 39; id et de faciente et de contrario dicitur II, 446, 50; etiamsi contineatur in *non facere*, tamen non idem significat, 305, 23; quidvis facilius est quam bene facere, 235, 45; ea aliquis videtur quæ audire tolerat II, 51, 15; quæ possunt vel per certum quoddam tempus vel per infinitum possunt II, 388, 10 s.

Facere et pati; probatur in eo non esse motus II, 309, 43 ss.; II, 310, 43; II, 548, 35 s.; II, 599, 24, v. *Agere et Pati*.

Facere et pati quæ possunt; non semper vim suam exserunt, sed si certo quodam modo se habeant et propinqua sint II, 343, 15.

Facetiæ (εὐτραπελία); scita contumelia sunt, 364, 27; eas amat intemperans II, 245, 46, cf *Urbanitas*.

Faciendum est (quod); quomodo ad id referatur facturum II, 527, 17.

Faciens; qua tale semper refertur ad id quod fit III, 360, 30 s.; prius adesse debet quam id quod fit III, 360, 24; ejus quod fit causa movens est II, 264, 18, 49; II, 515, 9, 41; et ratione et tempore prius est III, 220, 4; idque etiam in rebus arte factis III, 220, 10; item in rebus quæ et arte et sponte fieri possunt III, 220, 7 s., 13; non necessarie in rebus continetur quas facit III, 354, 51 s.

Facientia et corrumpentia; quænam ex iis argumenta de accidente petenda cum refellenti tum adstruenti, 195, 35.

Faciles; eorum amicitiam petimus, 352, 10.

Facile; considerandum an ei repugnent adversarii actiones, 428, 6; ejus usus in confirmatione orationis concionalis, 443, 29, 51; partim majus bonum quam difficile, partim contra, 326, 25.

Facile cedentes; eorum signum III, 8, 45.

Facile dissecabile; id est quod facile limitatur II, 431, 34.

Facilia; quænam, 324, 42; 414, 17; laudabilia sunt, 420, 37; ea facere solemus, 379, 18; ea se dicturum esse affirmare debet orator, ut auditores animum in eum convertant, 439, 19.

Facilia perfectu (εὐκατέργαστα); quænam, 324, 52.

Facilius; fieri potest, si difficilius, 368, 20.

Facilitas (εὐαγωγία); sequela est liberalitatis II, 245, 12.

Facies (πρόσωπον); animalium pars vel membrum est III, 228, 26 s.; pars dissimilaris est III, 1, 8; III, 220, 39 s.; III, 229, 1, 28; III, 330, 19 s., 22; III, 623, 10; ideoque munera et officia habet III, 229, 28; in facies dissecari nequit III, 231, 5 s.; eam ex faciebus componere non licet II, 416, 32; nominis etymologia (πρόσωπον) III, 253, 54 ss.; apud homines ita vocatur pars colli et capiti interjecta III, 253, 53 s.; quidnam III, 8, 40; soli homini competit III, 8, 40 s.; quænam ejus partes III, 8, 42 ss.; pertinet ad scientiæ naturalis subjecta, idque quare II, 534, 37 ss.; nonnisi æquivoce ita appellatur quæ anima prædita non est III, 348, 44 ss.; idque eodem jure quo lignea vel lapidea III, 348, 46; revera facies non est, nisi actu aut potentia habeat animam sensitivam III, 358, 26 ss.; eam nullus naturæ scrutator aquam vel terram vel ignem esse dixit III, 230, 9 ss.; quod ad carnis copiam ac defectum, inferiori abdominis parti respondet III, 12, 4 s.; ejus semen indistincte et potentia facies est III, 336, 46 ss.; ea parentibus similes sunt liberi III, 330, 28; immo magis quam partibus similaribus III, 330, 21 s.; cur ea maxime sudemus IV, 121, 1 ss.; IV, 122, 4 ss.; IV, 287, 6 ss.; cur in ea maxime oriantur vari IV, 287, 16 ss.; cur ejus effigies fiant IV, 287, 3 ss.; cur non appareant in lacte IV, 329, 27; qui ea erubescunt verecundi sunt IV, 12, 29 s.; suppallida, ignavi signum est IV, 4, 49 s.; carnosa et satis sublonga, stolidi signum IV, 5, 19; rotunda, impudentis IV, 5, 26 s.; somnolentior, neque spectabunda, neque cogitabunda, animosi signum IV, 5, 35 s.; parva, pusillanimi signum IV, 6, 10 s.; rugosa, tristis signum IV, 5, 40; ringens, avari signum IV, 5, 49 s.; somnolenta de more cavillatoris videtur IV, 6, 8; qui carnosam habent segnes sunt, ad boves referuntur IV, 11, 13 s.; item ignavi, referuntur ad asinos et ad cervos IV, 11, 15 s.; qui macilentam, solliciti IV, 11, 15; qui parvam pusillanimi, ad felem et ad simiam referuntur IV, 11, 17 s.; qui magnam, torpidi, ad asinos et ad boves referuntur IV, 11, 19; neque parva neque magna esse debet IV, 11, 20 s.; qui vilem habent, illiberales sunt IV, 11, 21 s.; quibus rotunda est, ii magnum caput habent III, 13, 40 ss.; quæ circa eam sunt pinguia habere, cavillatoris signum est IV, 6, 7; quæ circa eam sunt sulcata habere ipsam vero rugatam, avari signum IV, 5, 50 s.; satyria affectorum satyro vel animali similis videtur III, 400, 16 ss.; lepide, sed non verisimiliter propter ejus deformitatem tibiam rejecisse ferunt Minervam, 632, 9; qualem habeant simiæ III, 24, 21 ss.; qualem canicipites III, 24, 14; astaci acutior quam locustæ III, 59, 43; hircorum et cervorum coitus tempore nigrescit, idque quare III, 131, 19 s.

Facinora fortia; v. *Fortia facinora.*

Factio; Phocæensium quomodo inter se reconciliarit Aristoteles Rhodius, simul pecuniam ab iis exigens, 643, 21 ss.

Factum; semper prius fieri debet II, 326, 53; II, 327, 5, 10; quomodo ad id referatur quod fecit II, 527, 16 s.; item ad id quod faciendum est II, 527, 17; quod esse nequit, non fieri potest II, 332, 47 s.; necessario aliquando factum esse debet II, 494, 49 s.; quia omne principium habet, omne non factum principio carere putabat Melissus II, 250, 42; sunt qui putent id æternum esse posse, e. g. Plato in *Timæo* II, 384, 25 ss., v. *Generatum*; necessario fini obnoxium est II, 277, 40; necessario diversum est, ubi et causa movens et materies differunt II, 561, 42 s.; de eo loci, 369, 6 ss.; loci de eo spectant vel necessarium, vel id quod plerumque fit, 369, 25.

Facta; omnia faciunt vel propter se ipsos vel non propter se ipsos, 333, 27; non secundum ætates vel habi- distingui debent, 333, 40; 334, 3; ea partim manere, partim interire putabant Hesiodus et antiqui naturæ scrutatores II, 411, 6; tragœdiæ finis sunt, 461, 50; ea componere nequeunt quidam, etiamsi dictione et moribus recte uti valeant, 462, 14; eorum compositio fabula est, 461, 30, cf. *Fabula.*

Facta præclara; quo pluribus repugnat res adversarii, eo magis male audiet apud auditores, 454, 20.

Facultas (δύναμις); ea determinantur omnia, 484, 4; unaquæque finem habet eumque bonum II, 132, 10; itaque optima optimum II, 132, 13; nulla mali gratia exstat II, 132, 11; nulla probat finem suum bonum esse II, 132, 39, 46; II, 133, 40; omnis optimi est, 241, 31; determinata nulla circa accidens versatur II, 536, 23; earum instrumenta sunt corporis partes III, 321, 3; cuique suum est instrumentum III, 395, 34; una cum ea instrumentum dat natura, idque quare III, 395, 39 s.; ea determinantur partes dissimilares III, 331, 20 s.; contrariorum eadem est II, 52, 21; maris apud insecta idem efficit quod semen apud cetera animalia id emittentia III, 341, 30 ss., 43 s.; cavendum ne ei in genere constituendo subjiciantur vituperanda aut fugienda, 215, 11; item ne ei subjiciantur honorata vel optabilia, 215, 25; item ne consequenti subjiciatur habitus, 214, 7; vel pravorum optanda est, 215, 19; si dispositio est, posse est affectum esse, 211, 44; nocendi vel interimendi quæ habent metuendi sunt, 353, 35; nulla de bono communi disserit secundum singulas categorias II, 133, 23; ad unicam non pertinet de omni disserere II, 133, 9; ad peculiarem pertinet probare finem uniuscujusque scientiæ bonum esse II, 132, 40; temperantiæ est genus, 217, 52; eam invocare debet senex concionari volens ad ætatem excusandam, 440, 54, cf. *Potentia.*

Facultates; iis notione priores sunt actiones et munera III, 448, 27 ss.; quomodo ex iis argumentari liceat de genere, 211, 43; in omnibns, excepta scientia civili, iidem artem docent qui ejus muneribus funguntur II, 129, 30; omnibus assuescendi sunt qui earum muneribus fungi debent, 624, 31; iis respondent artes II, 88, 13; in amicitia morali si quis pro iis rependat officia præstita, recte se habet II, 233, 13; item deus contentus est si pro eis in ejus honorem fiant sacrificia II, 233, 15; eos homini præferunt pravi II, 223, 38; amico tribuendæ sunt, non iis accensendus amicus II, 223, 40; ea præpotentes viri legatione e civitate submovendi sunt, 576, 44; in iis patria instituta mutare confert, 510, 10; eo conferunt ut res majores videantur, 327, 45; omnibus abutuntur qui pecuniæ quærendæ student, 491, 54; v. *Potentiæ.*

Facultas agendi (δύναμις τοῦ πράττειν); bonum est et quare, 323, 50.

Facultates animæ; quænam sint II, 138, 19; quomodo ab habitibus et ab affectibus differant II, 18, 21 ss.; propter eas nec boni nec pravi dicimur, nec laudamur nec vituperamur II, 18, 40; natura nobis insunt II, 18, 42; iis similes corporis formæ superveniunt IV, 6, 48 s.

Facultas civilis; v. *Civilis facultas.*

Facultas dicendi (δύναμις τοῦ λέγειν); bonum est et quare, 323, 50.

Facultates effectivæ; partibus dissimilaribus competunt III, 5, 25 s.

Fæx vini (ἰλύς); terrena est III, 376, 47 s.; igitur causa est cur acescat vinum, idque quomodo III, 376, 46 ss.; ei comparatur ovi vitellus III, 376, 47 ss.; (τρύξ) non afficitur IV, 330, 45.

Falcula (δρεπανίς); bonis alis, sed pravis pedibus prædita III, 3, 20 s.; apodibus et alis et pedibus et moribus et adspectu similis est III, 3, 20 ss.; rara avis est III, 3, 25 s.; quando conspiciatur et capiatur III, 3, 24 s.

Faliscus venter (ἤνυστρον); omasum insequitur III, 32, 15; omaso major et oblongior est III, 32, 15 s.; quomodo se habeat III, 32, 16 s.; eum insequitur intestinum III, 32, 17 s., cf. *Abomasum.*

Fallaciæ (σοφίσματα); quot in rebus publicis ad circumveniendam plebem commenti sint, 557, 49; quasnam in democratiis his opponant, 558, 21; iis fides non habenda est, 575, 34.

Falli; putant multi qui non easdem opiniones habent ac ipsi II, 508, 30.

Falsus homo (ἄνθρωπος ψευδής); quisnam dicatur II, 533, 12 ss.; perperam eum Plato dicit qui mentiri potest II, 533, 18.

Falsus sermo; quisnam dicatur II, 532, 49 s.; semper alius rei est quam cujus verus est II, 532, 50 s.; nullius simpliciter sermo est II, 533, 5.

Falsa res; quot modis dicatur II, 532, 39 ss., cf. II, 533, 15 s.

Falsum; aliquid supponi debet, inquiunt idearum assertores II, 631, 17 s.; parum abest quin id tollat Antisthenes II, 533, 8; ejus definitio II, 512, 42 s., cf. II, 513, 5 s., 49; facile a vero dissentit II, 7, 43; ubi ponitur, falsum evenit II, 386, 27; non idem significat quod impossibile II, 386, 5; II, 566, 43 s.; ejus divisio fr. 107, a; simpliciter falsum, partim ex suppositione est II, 386, 6 ss.; non cadit in res incompositas II, 573, 24, cf. 7 ss.; negationem in composito, affirmationem vero in diviso habet II, 537, 20 s.; eo demonstrari potest verum II, 189, 16; non hoc aliquid, sed tale est, 300, 6; semper in compositione consistit III, 468, 46 s.; III, 469, 24 s.; quidnam sit in rebus compositis II, 572, 39, cf. II, 573, 4 ss., 22; ubi multa proponuntur, latet ubinam sit, 263, 27; id nemo docere aggreditur, 267, 17; fieri potest ut ostendatur id conclusum esse, non vero e quo, 301, 31; idem per plures suppositiones sequi nihil vetat, 111, 50; sunt sibi invicem contraria quæ simul esse non possunt, 151, 13; si propositionibus non insit, mendacio ansam non dat II, 614, 30; igitur id non dicit qui rem non separabilem tanquam separabilem spectat II, 614, 26 ss.; id a quo pendet evertendum est ut solvantur argumentationes, 269, 43; 270, 8; ejus causa demonstranda est, 270, 12; id vitat dialecticus bona indole præditus, 274, 34; si syllogismum non intret, non pervertit conclusionem II, 631, 20 s.; ad id secundo loco adducere conantur adversarium sophistæ II, 277, 44, cf. 289, 24; evenit ubi aliquid eorum quæ in syllogismo necessaria sunt, omittuntur, 280, 32; ad id adversarium adigebant sophistæ interrogatione ad nullam rem propositam accommodata, 289, 25; item multa interrogando, 289, 30; item eo quod a respondente postulant ut dicat quæ ei placeant, idque quomodo, 289, 31; item eo quod dicunt, se discendi studio interrogare, 289, 37; item ope loci sophistici, 289 33, 40, v. *Sophisticus locus*; quod necessario thesin consequitur, si petat interrogans, quidnam faciendum respondenti, 295, 50.

Falsum, nec tamen impossibile: eo supposito, suppositionis consequentia eodem modo se habebit, 56, 34.

Falsum non propter hoc (οὐ παρὰ τοῦτο, παρὰ τὴν θέσιν, παρὰ τὸ κείμενον); quidnam, 110, 51; non fit in syllogismis ostensivis, 111, 2; fit in solis syllogismis ad impossibile, 110, 44; 111, 4; quando fiat, 110, 44; 111, 5; ejus varii modi, 111, 8 ss.; quomodo interpretanda sit ejus definitio, 111, 47.

Falsum primum; ex eo fit falsa ratio, 112, 1; ubinam quærendum, 112, 2.

Falsum simpliciter; non idem est quod impossibile simpliciter II, 386, 10 s.

Falsa; omnia esse quidam affirmant II, 513, 35; iis accensendus esse videtur Anaxagoras II, 513, 30; quonam argumento hanc opinionem adstruant II, 513, 36 s.; hujus opinionis refutatio II, 513, 42 ss., cf. II, 592, 4 s.; qui hæc perhibent se ipsi evertunt II, 514, 2 ss., cf. II, 592, 4 s.; tunc innumeras affirmationes veras agnoscere coguntur, ubi unicam ratiocinationem suam a ceteris excipientes veram esse dicant II, 514, 7 ss.; omnia erunt, si omnia semper moveantur II, 514, 16; semper eadem erunt, si omnia semper quiescant II, 514, 13 s.; ea tantummodo quæ e principiis demonstrantur, refutanda sunt II, 249, 22; nonnisi e falsis colligi possunt, 272, 8; 273, 4; ex iisdem interdum vera colligere licet, 272, 9; 273, 5, cf. p. 90 ss.

Falsa dicere; ejus species fr. 110, a.

Falsa qui loquitur; ejus species fr. 110, a.

Falx; quatenus ei præstet serra, 202, 11; ea regunt elephantes III, 174, 50 s.

Fama bona; bonum est et quare, 323, 48; qui ea admodum gaudent in injuriam proclives, 339, 10; jucundissima est, 336, 36; pars felicitatis, 320, 39; quonam consistat, 321, 33; ad eam comparandam confert vitæ institutio, 454, 41; ea gaudentes amamus, 352, 6.

Famelicus (πεινητικός); opponi non solet medio circa cibos habitui II, 197, 47 s.; cur aliquatenus magis simus, nausea afflicti IV, 310, 35 ss.; cur si bibant fami finem imponant, sitientium vero ubi edunt, sitis intendatur IV, 332, 18 ss., cf. *Esuriens.*

Fames; cupido rationis expers est, 335, 25; sicci et calidi cupido est III, 447, 34 s.; ne eam patiamur, nemo nos suadet II, 30, 2; ne ejus causa rapina fiat, cavere potest bonorum æqualitas, 506, 54; cur facilius quam sitis toleretur IV, 260, 1, 8 ss.; cur eam potius hieme sentiamus IV, 297, 44 ss.; intolerabilis quæ bulimus appellatur, cur frigido tempore maxime incidat IV, 155, 29 ss.; ea laborantes, cur pedibus intumescere soleant IV, 108, 30 ss.; ægrotorum comparatur adolescentium voluntas, 363, 34; tempore Cleomenis mediocris in Ægypto erat, magna vero alibi, 648, 49.

Familia (οἰκία); ejus amor virtutis universalis sequela est II, 247, 10; est species quædam amicitiæ II, 231, 11; fons et principium est juris et reipublicæ et amicitiæ II, 231, 25.

Familiare; a familiari non afficitur IV, 128, 52.

Familiares; cum iis vitam transigimus II, 218, 33; non eodem modo curandi sunt ac alieni II, 49, 1; eorum opinionem curare solent, 336, 40; eorum cognitiones recentes maxime delectant II, 222, 41; quibus multi, æmulationem excitant, 363, 6; qui ab iis divellitur, misericordiam movet, 359, 12; eos miserantur nisi arcto admodum necessitudinis vinculo conjuncti sint, 359, 19; apud quosnam vetustos inprimis pudorem sentiamus, 357, 4; apud eos nos pudet eorum quæ revera turpia sunt, 357, 14.

Famuli; pauciores interdum melius iisdem ministeriis funguntur quam multi, 498, 24; maxime offendunt ii quorum opera ad quotidiana ministeria plurimum utimur 500, 30.

Fanatici (οἱ ἐνθουσιῶντες); non penes se esse creduntur, etiamsi cogitando agant et loquantur II, 202, 45.

Fanum; ei non idem convenit quod sepulcro II, 43, 32.

Farina; cur ejus pars prima splendidior sit IV, 221, 31 ss.; in ea humor quidam inest maximeque in purissima IV, 223, 12 s.; cur oleo infuso candidior reddatur IV, 221, 18 ss.; cur splendidior sit polenta IV, 222, 21 ss.; natura gravior est quam polenta IV, 226, 14 s.; plus aquæ imbibit IV, 225, 21; calorem continet IV, 225, 24; cur per trituram multo magis turgescat quam polenta pro portione IV, 225, 27 ss.; mollis atque tenuis quæ tritici meditullium occupat prima exprimitur IV, 222, 24 s.; coctarûm pelliculam γραῖαν vocant IV, 165, 26; decocta magis alvum subducit IV, 223, 15; cur refrigerando constipetur IV, 226, 7 ss.; ejus ope nonnulli apiarii apes suas agnoscunt III, 200, 40 s; quare eam in castris vendere prohibuerit Timotheus Atheniensis, 646, 26,

Farinæ massa; aqua infusa si eam trahas humida et fluctuans manet, pleniore vero admota frictione densatur et solidescit IV, 288, 48 ss.

Farina crassior (κρίμνα); ejus in modum cibos conficit elephas III, 23, 30 s.

Farina hordacea, triticea; v. *Hordacea* et *Triticea farina.*

Farrago (κράστις); quando jumentis pilos læves vel densos conciliet III, 155, 8; quando prava sit III, 155, 9.

Fasciæ (ἐπίδεσμοι); ex iis elui nequit sanies vulnerum a leone inflictorum III, 204, 12 ss.; limandis circumligatæ stridorem cessare faciunt III, 658, 49 ss.; laneis involvuntur septimestres IV, 307, 49.

Fascinari (βασκαίνεσθαι); an revera nonnulli a conspicientibus possint IV, 332, 32 ss.; se credunt quum aut voraciter edunt, aut molestiam aliquam suspicantur, aut cibum quem capiunt suspectum habeant IV, 220, 40 ss.

Fascines ne me; addunt quum de mensa eadem quid sibi assumunt tradentes IV, 220, 42 ss.

Fascinatio (βασκανία); cur ejus medicamentum rutam dicant IV, 220, 39 ss.; IV, 326, 37 ss.

Fascis (φάκελος); ligamento esse dicitur II, 559, 10; vinculo unum esse dicitur II, 519, 11.

Fastidientes; apud eos cauda submissa est IV, 322, 9.

Fastidiosus (σικχός); quisnam II, 217, 15; voraci opponitur, *ibid.*; comparatur rustico, *ibid.*

Fastigium (θριγκός); id perfectionem non appellamus, etsi eo perficiatur domus II, 337, 26 ss.

Fatigatio; cur breves deambulationes eam movere soleant IV, 145, 11 ss.; cur prius quotidianam quam accessionem faciat IV, 332, 40 ss., v. *Lassitudo.*

Fatigari; cur magis femoribus quam cruribus fatigemur IV, 148, 9 ss.; cur magis in æqualibus quam in inæqualibus locis IV, 144, 43 ss.; IV, 147, 24 ss.

Fatum a sideribus profectum (ἡ ἀπὸ τῶν ἀστέρων εἱμαρμένη); in constitutione pestilenti, subversum quasi videtur IV, 293, 54 s.

Fatuus (ἠλίθιος); in laudatione bonus appellari debet, 331, 15; quinam ab atra bili fiant IV, 267, 27.

Fatua (εὐηθικά); nimis refutatione indigna sunt II, 299, 42.

Fauces (βρόγχια); pars oris III, 10, 36; in eas e naribus tendit foramen angustius III, 215, 12 s., 16 s.; constringuntur frigore et affluente pituita IV, 309, 23; suum interdum angina afficiuntur III, 165, 29; iis apud serpentes impositum est cor III, 33, 24.

Faustus (εὐτυχῶν); si modestus est, honestum habetur, 331, 33.

Fausta; cur sint sternutamenta de media nocte ad meridiem IV, 282, 3 ss.

Fautores (οἱ συμπαρόντες); vel ex nostris, vel ex adversarii peti possunt signa, 429, 15.

Favago (μελίκηρα, κηρίον); eam in unum congregatæ vere emittunt purpuræ III, 87, 24 s.; III, 88, 4; purpurarum favo similis est III, 87, 26 s.; eam racemi specie emittunt purpuræ, ubi intra storeas parere coguntur idque quare III, 87, 42 ss.; eam emittunt quoque buccina III, 87, 33; item musculi III, 88, 38; quasi purgamentum est III, 87, 32; ex ea non gignuntur purpuræ III, 87, 29 s.; quidnam tamen ad purpurillarum generationem conferat III, 87, 36 ss.; quomodo se habeat III, 87, 26.; non tanquam semen consideranda est III, 389, 40; est humor mucosus quasi e seminali principio emissus III, 389, 39 s.; probabiliter ejus substantia similis est principio e quo olim constiterunt animalia eum habentia III, 389, 49 s.; hinc verisimile est ex eo quoque gigni ipsa III, 389, 50 s.

Favonius; ejus locus IV, 254, 32 ss.; eum Aquilonis speciem habent, 546, 6; Aquiloniis accensetur III, 589, 36; Zephyrorum is est qui ab æquinoctiali regione flat III, 632, 28 s.; ad eum pertinent tam genuinus quam qui Argestes vocatur III, 589, 33 s.; in eum transeunt Etesiæ ad occasum habitantibus ex Aparctiis III, 590, 40 ss.; ei contrarius Subsolanus III, 588, 42; cur serenus et gratissimus ventorum videatur IV, 254, 30; ventus continentissimus et maxime sub terram flat IV, 247, 22 s.; cur nubes maximas agat IV, 247, 30 ss.; æstus affert III, 590, 22 s.; cur serenus ac jucundissimus ventorum et qualem Homerus in campis Elysiis cecinerit IV, 249, 12 ss.; cur ventorum omnium lævissimus itemque frigidus sit duabusque tempestatibus maxime spiret, idque sub vesperam ac terram versus potissimum IV, 253, 34 ss.; minus frigidus est quam Aquilo, idque quare IV, 253, 34 ss.; circa solstitium æstivum spirat III, 589, 53; cur horis postmeridianis spiret, non vero mane IV, 250, 8 ss., 31 ss.; cur eo flante canes vestigia pessime legant IV, 247, 21 ss.; eo flante adveniunt asiones esculenti III, 186, 31., v. *Zephyrus*; cur eo flante inde a Vergiliarum occasu potissimum pereant longo morbo laborantes et juvenes potius quam senes IV, 111, 18 ss.

Favonius et Aquilo; cur iis Auster et Eurus aquæ fertiliores IV, 248, 5 ss.

Favonii et Vulturni; in mari australi ultra Africam sito, ut hic Austri et Aquilones, vicissim spirant IV, 587, 51 ss.

Favus; eum primo struunt apes III, 97, 3; III, 196, 24; confestim eos struunt apes, alvearium purum nactæ III, 195, 18 ss.; e floribus fit III, 97, 7 s., 12; III, 196, 10 ss.; ei non adhæret apum soboles III, 97, 35; quæ eos struunt vel erigunt vel lævigant apes, nulli alii labori operam dant III, 198, 1 s.; III, 200, 7 ss.; sexanguli sunt et apum et vesparum et crabronum III, 98, 19 s.; ei similis est locustarum fœtura, idque quare III, 99, 33 s.; male expolito similis est purpurarum favago III, 87, 26 s.; ejus causa turpius est mel rubrum III, 199, 35 s.; quosnam primos ædificent apes (operariæ), quosnam ultimos III, 195, 25 ss.; quonam ordine suos disponant et regios et fucorum III, 97, 29 s.; III, 195, 30 s,; fucorum minores sunt quam apum operariarum III, 195, 32; regii vero (omnino) parvi III, 195, 31; suos semper ædificant apes operariæ III, 195, 27 s.; regios ubi largior fœtura est III, 195, 28; fucorum, quum mellis abundantiam prævident III, 195, 29; eos ab alvearii tecto struere inchoant et multos usque ad ejus pavimentum deducunt III, 195, 38 s.; pleniores sunt qui plurima cera obducti sunt III, 195, 40 s.; nonnulli contendunt fucos sibi ipsos struere eos III, 195, 48 s.; nihil impedit quominus in eodem sint vermes et fuci et mel III, 196, 24 ss.; apum operarium frugi differunt ab oblongarum, cum ipsi tum eorum integumentum, idque quomodo III, 196, 45 ss., 50 ss.; semper eodem tempore ejusdem generis faciunt apes operariæ frugi omnes III, 196, 47 ss.;

non vero oblongæ III, 196, 52 s.; quando fucorum jam factos destruant apes operariæ III, 197, 20 ss.; quando regios III, 197, 18 ss.; asperos ac pravos quos faciunt apes operariæ oblongæ nonnulli apiarii apibus junioribus tribuunt auctoribus III, 199, 2 ss.; eos interdum, mortuo rege, facere pergunt apes, sed melle vacuos III, 196, 8 s.; in eorum cavis gignuntur apes (operariæ) III, 96, 29 s.; in qua ejus parte pepererit rex, statim e regione fit mel III, 97, 43 s.; quænam animalia eos devastent III, 168, 22 ss., cf. III, 197, 6 s.; eos perdunt, putrefaciunt ac telo araneo simili obducunt vermiculi cleri dicti III, 168, 23 s.; III, 199, 19 ss., cf. III, 197, 4, 11; idque inprimis si iis non insideant easque concoquant apes III, 197, 2 ss., 10 s.; ejus pars pessumdata scobi similis fit, si hunc morbum inhibere valeant apes III, 197, 4 ss.; ideo cadentes erigunt fulcraque substituunt, ut semper ad eos aditus pateat III, 197, 8 ss.; suis nocent et alienos si latere possint, subeunt fures apes III, 197, 34 s.; pro ratione multitudinis relinquendi sunt apibus, ubi (vere) castrantur alvearia, idque quare III, 200, 18 ss.; quales faciant hieme apes Thermiscyranæ, idque quare III, 98, 2 ss.; sine iis ad arbores mel faciunt apes in quibusdam Ponti regionibus III, 98, 8 s.; triplices aliquos, sed non omnes faciunt nonnullæ earum apum quæ ad terram eos construunt III, 98, 11 ss.; crabronum multo elegantiores sunt quam vesparum III, 98, 22 s.; eos pullis suis ædificant crabrones et vespæ, idque ubinam III, 98, 15 ss.; eorundem e quanam materie conflati sint III, 98, 20 ss.; ei fœturam immittunt, idque quomodo III, 98, 23 s.; quantam eorum copiam continere possit nidus crabronum bene valens III, 202, 44 s.; passim conspiciuntur quos condunt crabrones qui a nido aberrarunt, iique quales III, 202, 50 ss.; quomodo et e qua materie eos construant vespæ III, 202, 3 s.; quonam anni tempore eos facere incipiat matrix vesparum III, 201, 17 s.; primos confingunt matres vesparum III, 388, 23 s.

Favus testaceorum; v. *Favago*.

Fax (λύχνος); exstingui videtur, ubi vulnere temporibus inflicto occæcantur saucii III, 479, 14; conspectam si moveri animadvertat, hostem adesse intelligit III, 470, 19 s.; recte narrat Homerus leones eas timere III, 203, 39 ss.

Faces (δαλοί); circa cælum apparent III, 556, 20 s.; unde nomen acceperint III, 633, 38 s.; idem sunt quod stellæ transcurrentes et solum pluris et minoris ratione ab iis differunt III, 556, 22 s.; fiunt ubi fomes quæ incenditur majorem longitudinem quam latitudinem habet, nec scintillas emittit III, 556, 48 ss.; quænam earum causa sit III, 557, 45 ss., cf. III, 556, 42 ss.; sæpe ex hiatibus excidunt ac hiatus coeuntes esse videntur III, 558, 10 ss.

Febricitans; ei alia dulcia sunt ac sano II, 122, 50; ei ptisanam dare jubet medicus II, 174, 22; eum palliditate agnoscit medicus II, 174, 23 s.; ei si accidat ut musicus sit, dici possit musicum calidiorem esse ac qui simul musicus et sanus est III, 232, 54 s.; iis in universum conveniunt requies et inedia, sed forsan non omnibus II, 129, 3; ei plerumque utilis est aqua mulsa II, 536, 43; cantare nequit IV, 178, 20 s.; in parietibus animalia se videre putant, a parva similitudine eorum lineamenta componentes III, 510, 3 ss.; si non valde ægroti sint agnoscunt hujusmodi animalia revera non exstare III, 510, 5 s.; si vero gravior sit febris, hujusmodi imaginibus assentiuntur ac abripiuntur III, 510, 7 s.; idque quare III, 510, 8 ss.; iis robusta non apparent insomnia III, 510, 48 s.; idque quia eorum affectus flatulentus est ac multam turbam et motum ciet III, 510, 50 s.; omnes qui sanare potest syllogismo probatur etiam singulos curare posse II, 164, 11 ss.; attamen fieri posse videtur ut qui omnium curandorum scientiam habet, singulum quendam curare nequeat II, 164, 15 ss.; qui siti torquentur gaudent recordantes quod biberint, vel sperantes fore ut bibant, 336, 9; quomodo habendi sint IV, 119, 1 ss.; potus sæpe et paulatim subministrandus est et quare IV, 119, 1 ss.; æger immotus jacere debet, idque quare IV, 119, 8 ss.; non obnoxius flatui, idque quare IV, 119, 10 ss.; cur sublevandus sit IV, 119, 13 s.; vestibus exui non debet, idque quare IV, 119, 14 ss; quia calidus est, ideo non calidus febricitans non est, 281, 12.

Febris (πυρετός); hominem habere dicitur II, 530, 8; hominum pro portione respondent boum III, 166, 31 ss.; ejus causa esse potest lassitudo III, 513, 21; ejus signum est linguæ aspritudo III, 513, 22 s.; earum signum lingua dat in acutis morbis IV, 284, 12; morbi signum, 315, 44; ejus signum frequens respiratio, 315, 48; etiam sine ea fieri potest frequens respiratio, 315, 49; qua re consistat IV, 253, 22; superans est calor totius corporis IV, 112, 27; ei nihil est contrarium, 211, 9; unde accendantur IV, 108, 40; ea aliquis corripi potest confestim postquam cucurrit II, 313, 44; ab excremento humido et calido pendet, ideoque somnum affert III, 504, 51 ss.; principium e pulmone ducit IV, 284, 14; oriri solet excessu humidi et calidi IV, 112, 47; oriuntur si æstas pluvia fuerit IV, 109, 27 ss.; cur iis gravis æstas fiat, si venti septentrionales hiemem occuparunt, ver autem Austros pluviasque exhibuit IV, 109, 12 ss.; cur eas creare soleant Austri sicci et non aquosi IV, 112, 44 ss.; IV, 253, 19 ss.; eas lippitudines præcedunt in æstate morbida IV, 111, 51 s.; inprimis æstate fiunt IV, 108, 36; summa de cruditate provenientes in ardentes transeunt IV, 112, 22 ss.; in iis caloris morbidi excessu induratur pulmo III, 549, 12 s.; sudore solvuntur, IV, 297, 41; cur ea liberentur nervorum distentione affecti IV, 296, 46; cur ab iis non capiantur qui appropinquant ægrotantes IV, 154, 17 ss.; ea affecti ludunt potius quam dolent IV, 131, 27; post vehementem cantare nequeunt IV, 178, 20 s.

Febres acutæ (ὀξεῖς); quando oriantur IV, 110, 32.

Febres ardentes (καῦσοι); intrinsecus resident IV, 114, 2; cur per autumnum et hiemem potius oriantur IV, 113, 44 ss.; cur potius fiant in frigidissimis regionibus IV, 191, 5 ss.; efficiuntur si intendatur copia jam obvii humoris IV, 112, 27 s.; iis laborantibus si sciamus quidnam prosit, ad artem pertinet II, 468, 33.

Febres continuæ (συνεχεῖς); cur in iis per decrementa ægrotos non lavemus IV, 292, 37 ss.

Febris ethica; (*leg. vid. hectica*) IV, 332; 41.

Febres hecticæ (ἑκτικαί); quamobrem in iis medici ante cibum paululum aquæ propinare jubeant IV, 292, 43 ss.

Febres intermittentes (διαλείποντες); in iis balneis præparandus est ægrotis et fomentis pedibus admovendis IV, 119, 17 ss.; opertus quiescere debet IV, 119, 19; multum ignis in corpore præparandum est idque quare IV, 119, 22 ss.

Febres quartanæ (τεταρταῖοι); quibusnam fiant IV, 112, 4; imbecillis est, idque quare IV, 119, 30 s.; cur reliquis diuturniores sint IV, 297, 17 ss.; in iis attenuandus non est ignis, sed corpori interserendus IV, 119, 26; exercitatione utendum est IV, 119, 27; accessionis die ægroto balneo administrato, somnus quærendus non est IV, 119, 28 s.; victus calefaciens prodest, idque quare, *ibid.*

Febres quartanæ longæ; cur eveniant autumno si post hiemem aquiloniam et ver austrinum ac pluvium æstas sicca admodum fuit IV, 111, 38 ss.

Febris quotidiana; IV, 332, 41.

Fecit (quod); quomodo ad factum referatur II, 527, 16 s.

Fel (χολή); id alia animalia in jecore habent, alia eo carent III, 30, 17 s., cf. III, 274, 29 ss.; eo carent nonnulla animalia vivipara, idque quare III, 270, 14 s.; eo caret plerorumque animalium jecur, apud nonnulla tamen id sibi impositum habet III, 16, 19 ss.; in quodam loco Chalcidicæ Euboicæ eo carent oves III, 16, 23 s.; in Naxo ingens habent fere omnes quadrupedes III, 16, 25; fuerunt nonnulla animalia quæ eo carerent, etiamsi naturaliter iis competeret, fuerunt alia quæ duos haberent III, 403, 26 s.; idque apud animalia viva et perfecta III, 403, 30 s.; id habent pleraque animalia sanguine prædita, idque ubinam III, 274, 29 s.; toti intestino adnexum habent plerique serpentes III, 274, 35; quomodo se habeat apud serpentes III, 33, 30 ss.; quatenus id habeat camelus III, 274, 41 s., cf. III, 275, 36; nonnunquam in iisdem generibus alia id habent alia eo carent, idque in quibusnam III, 274, 43 ss., cf. III, 30, 20; lepidissime arbitrati sunt nonnulli antiqui ejus absentiam longævitatis esse causam III, 275, 31 ss.; quænam quadrupedes viviparæ eo careant III, 30, 19 ss.; III, 274, 39 ss.; III, 275, 33 ss.; id sub cauda habere videntur cervi Achaïnæ dicti, sed quod ibi habent fel revera non est III, 30, 21 s.; eo caret delphis III, 30, 35 s.; III, 274, 43; III, 275, 36; id habent omnes quadrupedes viviparæ et pisces et aves III, 30, 37 ss.; III, 274, 32 s.; pisces alii id jecori applicitum habent, alii ad intestina porrectum, alii modo hac, modo illa ratione dispositum, idque quinam III, 30, 39 s., cf. III, 33, 30 s.; III, 274, 3 ss.; III, 275, 3 s.; omnium piscium maximum pro ratione magnitudinis callionymus III, 30, 42 ss.; fr. 180, a; id aliæ aves ad ventriculum porrectum habent, aliæ ad intestina, aliæ simul jecori applicitum, simul ad ventriculum porrectum, aliæ simul jecori applicitum, simul ad intestina porrectum, idque quænam III, 30, 53 ss.; unde constet id æque ad inferiorem ventrem pertinere ac ad superiorem III, 274, 30 ss.; id nonnulli (scil. Plato) perperam animæ partem in jecore sitam mordendo contrahere, laxando vero placare censent III, 274, 36 s.; id perperam morborum acutorum causam habere videtur Anaxagoras III, 275, 4 ss; videtur quemadmodum et bilis per reliquum corpus dispersa vel excrementum vel colliquamentum esse, nec alicujus causa exstare III, 275, 12 ss., 30 s.; quatenus eo careant quibus jecur sanum et sanguis jecur subiens dulcis sit III, 275, 19 ss.; animalium eo carentium jecora in universum dulcia et pulchro colore sunt III, 275, 23 s.; eo præditorum jecur parte sua ei subdita dulcissimum est III, 275, 25 s.; in jecoribus e sanguine impuriori consistentibus hujus visceris excrementum est III, 275, 26 ss.; non mirandum est jecur solum hujusmodi excrementum habere III, 275, 40 ss.; quacunque corporis parte exstet, necessario excrementum est III, 275, 48 s.; ei similis humor cordi appropinquare nequit, idque quare III, 275, 42 ss.; si apud elephantem incidatur pars corporis ei apud animalia felle prædita respondens, effluit humor felleus III, 30, 33 ss.; eo tincta vasa aurum simulant, 276, 15; id mel esse putant, quia flavum est, 280, 50; quia eo carent longævæ sunt quadrupedes, 170, 1, cf. 116, 9; eo carens, exemplum citatur, 116, 19, cf. *Bilis*.

Ficus (arbor); e radice stipitem habet et nascuntur inde multi rami IV, 25, 21 s.; fructibus prodest III, 641, 21; a caprifico eatenus differt quatenus altera sterilis est, altera fructum fert III, 380, 15 ss.; eodem modo quo has, inter se differre putant nonnulli piscium non cartilagineorum qui vulgo mares ac feminæ habentur III, 380, 14 ss.; iis circumserunt caprificos agricolæ, iisque caprifici poma appendunt, idque quare III, 102, 27 ss.; silvestres (id est caprifici) in terram expansæ hortensibus conferent IV, 28, 30 s.; ad ejus fructus concoquendos aliquid confert caprificus III, 320, 21 s.; ejus foliis exsiccatis comparantur animalia admodum emaciata III, 262, 1 ss.; calida est, idque demonstratur succo omnium acerrimo et fumo copioso IV, 217, 45 s.; ejus lignum fumum acerrimum gignit fr. 205, b; unum corticem habet IV, 26, 33; optima insitio ejus in ficum IV, 28, 1; cur in eam ruta insita pulcherrime proveniat IV, 217, 41 ss.; per multa tempora fertiles sunt IV, 29, 14; ejus succus lacti similis IV, 24, 11; dulcis, mellaris IV, 26, 51; ejus succo lac coagulant, idque quomodo III, 54, 13 ss., cf. III, 340, 29; IV, 292, 7 s.; quantacunque sit copia lactis, semper ex eo unicum efficit concrementum III, 404, 32 ss.; atque eatenus alio modo agit in lac ac semen in residuum seminale feminæ III, 404, 31 ss.; III, 405, 15 ss.; cogit igitur ejus calor solummodo quantum quid, non quale quid III, 405, 17 s., cf. III, 404, 32 s.; nulla pars est concrementi quod e lacte fit III, 352, 26 s.; ei comparatur semen virile III, 340, 27 ss.; III, 352, 25 ss.; III, 404, 30.

Ficus (fructus); dulces sunt III, 154, 39; eorum dulcedinem æquat cerinthus III, 195, 15; qua anni tempestate maturescere incipiunt, nonnullis in locis coeunt locustæ marinæ III, 80, 30 s.; ejus granum æquant exigua locustarum marinarum ova III, 91, 4 s.; in iis gignuntur vermes III, 95, 12 ss.; ex erucis quæ in iis inveniuntur, fiunt cantharides III, 95, 12 s.; qua de causa dentes offendant IV, 228, 28 ss.; eorum utilitas fr. 205, b; cur post earum esitationem vel vinum merum vel aquam superbibere oporteat IV, 227, 28 ss.; si ultimæ edantur, ultimæ evomuntur, idque quare IV, 226, 18 ss.; in furno siccatæ cur duriores efficiantur si in furno refrigerentur quam si exemptæ IV, 227, 48 ss.; eos apibus apponunt apiarii, melle deficiente III, 199, 7 ss.; iis optime saginantur sues III, 154, 25, III, 166, 6 s.; item boves III, 154, 39; ubi multas protulerit æstas, angina laborant sues III, 165, 43 s.; earum grana, quare si integro devorantur, rursus cruda per ventrem excernantur IV, 295, 15 ss.

Fidejussio (ἐγγύη); pactum voluntarium est II, 55, 10.

Fidejussor (ἔγγυος); portorii munere olim in Macedonia nemini fungi licebat nisi talentum possidenti, 645, 52; edixit Callistratus quicunque voluerit, hoc munere fungi posse, dummodo tertiam partem deponeret, 645, 54.

Fides (πίστις); justitiæ sequela est II, 245, 2; opinionem sequitur III, 466, 7 s.; ea carent bestiæ III, 466, 9; eam sequitur persuasio III, 466, 11; ad eam faciendam confert vitæ institutio, 454, 40; mutuam alit notitia, 584, 32; eam omnino inter cives abolere conantur tyranni, idque quare, 584, 29; 585, 38, 50; ea quibus opus est magistratus, in majori splendore sunt, 599, 25.

Fide digni viri; quatenus iis credendum sit III, 269, 13 ss.; talem invenire difficile est fr. 340, b.

Fides; si nimis vehementer pulsentur solvitur tonus et concentus III, 461, 4 s.; tenuiores acutiores sunt IV, 177, 41 s.; quarum nervi male compacti sunt plures edunt ictus IV, 180, 25 s., cf. *Chorda*

Fidicula; nerveæ tensæ comparatur taurorum cor III, 428, 7; tenditur appenso pondere III, 428, 14 s.; dempto pondere relaxatur III, 428, 29 ss.

Fiducia (τὸ θάρσος, τὸ θαρρεῖν); quidnam sit, 354, 49; metus contrarium est, 354, 48; quænam eam afferant, 354, 51 ss.; fortitudinis sequela est II, 244, 32; motus est, non tamen animæ motus, sed motus quem anima impertit III, 439, 38 ss.

Fieri; multis modis dicitur, vel simpliciter, vel hoc aliquid fieri II, 257, 21; alia simpliciter dicimus, alia aliquid fieri II, 438, 36 ss.; II, 439, 25 s., 31 ss.; differunt hæc inter se prouti res quæ fit, determinatum aliquid (τόδε τι) significat, vel non II, 438, 38 ss.; pendet igitur hæc differentia a categoriis II, 439, 34 ss.; id in unaquaque categoria obtinet II, 544, 6 s.; quidnam ejus potentiam habere dicatur II, 566, 23; nihil potest, nisi aliquid, nempe materies, adsit II, 545, 7 s.; non potest quod factum esse non licet II, 376, 20; II, 494, 48 s.; ei præstat possessio II, 90, 2; id physici antiqui partim idem quod alterari, partim idem quod confusio et distinctio esse perhibebant II, 252, 34.

Fieri licet (quod); si id ponatur, absurdum evenire non debet II, 334, 48 s.

Fieri potest (quod); id si ponamus, nihil impossibile eveniet, sed forsan falsum II, 351, 4 s.

Fit; verbum esse probatur, 30, 42.

Fit (quod); non est II, 464, 41; id ex eo quod est fieri censent Xenophanes et Melissus III, 677, 12 s.; nihil obstat quin ex non ente fiat III, 677, 13 s.; ejus causa movens faciens est II, 268, 18; III, 515, 9; necessario ex aliquo, ab aliquo et aliquid fit III, 347, 19 ss.; omne compositum est ex aliquo quod fit et alio quodam in quod mutatur II, 257, 39; ex aliquo ad aliquid facit generationem, idque ex quonam ad quodnam III, 229, 8 ss.; ejus genus esse nequit τὸ μὴ ὂν et quare, 218, 38; ad finem, id est principium progreditur II, 570, 28; continuum est II, 327, 4 s.; ei aliquid infinitum inest II, 327, 5; semper prius factum esse debet II, 326, 54; II, 327, 6, 11; e materie et forma compositum esse debet II, 546, 7 ss., 14 s., cf. II, 545, 43, 46, 48 s.; II, 560, 38 s.; extra id in rebus arte factis forma est III, 349, 6 s.

Fit (ex quo aliquid); primum, quum æternum sit, interire nequit II, 487, 32; si intereunte eo fiat generatio necessario non æternum est II, 487, 34.

Fit et interit (quod); si ejus non essent causæ per accidens, omnia necessaria essent II, 536, 50 ss.

Fiunt; omnia ex eodem ex quo sunt II, 630, 23 s.

Fiunt (quæ); sunt quæ non fieri licet II, 466, 32; omnia e subjecto quodam fiunt II, 257, 1, 31; II, 370, 14; aliquatenus ex ente fiunt, aliquatenus e non ente II, 590, 2 s., cf. II, 259, 15 ss.; semper inter ens et non ens media sunt II, 487, 20; quatenus ex ente, quatenus ex non ente fiant II, 600, 44 ss.; iis principium est eadem materies II, 561, 27; plura principia habent III, 361, 20 s.; inter quæ principium motus III, 361, 21 s.; non alterantur, nec earum generatio alteratio est II, 337, 16 s.; omnia sunt ex eo quod actu est III, 469, 37 s.; iis non necessario continentur instrumenta, nec faciens III, 354, 51 s.; eorum duo genera, alterum mutationem passo, alterum intereunte eo ex quo fiunt II, 487, 17 ss.; alterum eorum genus reciprocat, primum vero non II, 487, 24, 28; utrumque in infinitum abire nequit II, 487, 29; quænam numero reciprocent, quænam specie II, 467, 46 ss.; aut arte, aut natura, aut fortuna, aut casu fiunt II, 601, 24 s.; partim natura fiunt, partim arte, partim casu II, 544, 4; omnia a quo et ex quo et aliquid fiunt II, 544, 5 s II, 545, 35 s., 47; II, 562, 20; II, 573, 16 s.; naturam habent II, 544, 16; in iis alicujus gratia refrigerant ac calefaciunt calor ac frigus III, 362, 12 ss.; si posito posterius eorum fieri, necessario prius factum esse debeat, non posito prius factum esse posterius necessario fiet, nisi et hujus generatio simpliciter necessaria sit II, 466, 37 ss.; reciprocant igitur ea quorum posterius necessario fit II, 466, 47 ss.; si deorsum versus in infinitum abeant, fieri nequit, ut posterius eorum simpliciter necessario fiat, ne ex suppositione quidem II, 466, 50 s.; si finem habeant, dici nequit posterius necessario factum esse, sed solummodo generationis ergo necessario esse, si ejus generatio simpliciter necessaria est II, 467, 4 ss.; omnia parva sunt, idque quare III, 425, 35 ss.; ea omnia interire videmus II, 383, 29 s., v. *Generationi obnoxia* et Γινόμενα.

Fiunt (quæ) consulto; v. *Consulto quæ fiunt.*

Fiunt (quæ) simpliciter; vel transformatione fiunt, vel adjectione, vel ablatione, vel compositione, vel alteratione II, 257, 33 ss.

Figmentum (πεπλασμένον, πλάσμα); ei simile esse censent antiquorum nonnulli (nempe Eleatæ), si universum alia ex parte divisibile censeas, alia non II, 448, 11; ei simile esse videretur, si quis poneret stellarum celeritatem casu respondere sphærarum magnitudini II, 397, 4; ei simile videretur, si cælum vicissim celerius et tardius moveri diceremus II, 396, 44 s.; ei magis quam reliquæ de eadem re opiniones similis videtur sententia eorum qui gravitatis et levitatis causas magnitudini et parvitati tribuunt II, 426, 36 ss.; ei similis videretur eorum opinio qui motum semper fuisse negant II, 344, 2 s.; item eorum qui affirmant res natura et necessitate sic se habere, idque principium esse nec probari posse II, 344, 3 ss.

Figulinus sonus; eum magis habent cornua tosta III, 659, 3.

Figulus (κεραμεύς); limo adest III, 342, 34; quatenus iis comparari possint insectorum mares III, 343, 7 s.; figulo invidet secundum Hesiodum, 582, 52; II, 219, 13; ejus rota exemplo citatur IV, 61, 18.

Figura (σχῆμα); eas innumeras esse censet Democritus III, 433, 29; animalibus motum impertiunt quia et ipsas nunquam quiescente corpore exprimit aer ambiens secundum eundem III, 433, 39 ss.; ingrediuntur vero aliæ quæ comprimens et congelans cohibent et eas quæ jam in animalibus sunt exire vetant III, 433, 42 ss.; eas numero infinitas esse censent Leucippus et Democritus II, 416, 52 s.; II, 432, 25 s.; II, 434, 26 ss., 30, cf. II, 435, 6; iis differre censent corpora iidem II, 416, 52; probantur tamen non infinitæ esse quippe quæ omnes ex pyramidibus constant II, 417, 23 ss.; II 418, 21; quomodo earum ope ortum et interitum ac alterationem fieri censeant Leucippus et Democritus II, 434, 27 ss., cf. II, 435, 5; iis sapores assimilat Democritus III, 484, 16; refutatur hæc opinio III, 484, 17 ss.: contrariorum genus est II, 254, 7; in ea distinguit angulum, rectum et curvum Democritus II, 254, 8; earum mobilissimam globum esse censet Democritus III, 435, 4 s.; magnitudinis species est, ideoque motu percipitur III, 462, 12 s.; magnitudinis affectus sunt II, 625, 12; igitur earum rationem reddere non potuerunt idealium numerorum assertores II, 625, 10 s.; numeri vel monades non sunt II, 631, 34 s.; igitur dyas indeterminata vel magnum et parvum causa esse nequit, cur plures sint II, 631, 32 ss.; eam respicit quartum qualitatum genus, 15, 8; magis ac minus non recipit, 16, 23; a motu separari potest II, 262, 50; earum exstat quædam communis notio quæ in nullam peculiariter quadrat III, 447, 46 ss.; igitur earum ratio eadem est ac animarum III, 447, 43 ss.; earum prior semper sequenti potentia continetur III, 448, 1 s.; in iis non exstant genera præter species II, 494, 8 s.; quæritur an substantiæ sint, necne II, 489, 52 s., cf. II, 498, 2 ss.; item an a sensibilibus separatæ sint vel iis insint II, 489, 54, cf. II, 492, 40 ss.; iis quædam sensibilia esse videntur II, 559, 28 s.; sensibile commune est III, 452, 26 s.; III, 462, 10 s.; III, 477, 13; III, 484, 8 ss.; III, 507, 6; earum necessario quædam principia sunt II, 417, 25; omnis est quæ dividi potest III, 601, 16; reduci possunt ad curvum et rectum II, 559, 29 s.; sibi invicem contrariæ non sunt III, 484, 24 s.; numero infinitæ sunt III, 484, 26; inest triangulo tanquam speciei, 126, 50; ad ejus genus æque pertinent triangulus et circulus II, 307, 28 s.; eadem esse dicuntur triangulus æquilaterus et scalenus II, 307, 23 ss.; quidnam de iis significet similis, 169, 22; ei nihil contrarium est II, 423, 10; ei non universaliter insunt duo anguli recti, 125, 52; in species distribui nequeunt prouti eorum anguli duobus rectis angulis æquales vel non æquales sunt III, 224, 34 s.; undique sibi similis, rotunda est IV, 329, 22; in iis seorsum definiendæ sunt differentiæ, 167, 21; in definitione non prædicatur de superficie, 155, 40; earum assumptio vel amissio alteratio non esse probatur II, 336, 49, 51; in iis semper minores adsciscі licet, externis pro portione respondentes III, 498, 22 s.; ea prædita gignuntur e figuræ privatione II, 254, 43; in eam transire nequit color, nisi per accidens II, 581, 36; eam ceræ misceri non dicimus, ubi hujus moles figuratur II, 451, 51; quæcunque solido non inest II, 498, 31; ea interdum dirimunt plenum corpora quæ feruntur II, 296, 22, cf. 16 ss.; quomodo qui iis secundum numerum ordines tribuunt, ratione probabilissima agant II, 393, 43 ss.; in eas numeros disponere solemus II, 636, 24; omnium facillime moventur pyramis et globus II, 422, 25; causæ non sunt cur sursum vel deorsum ferantur corpora, sed cur celerius vel tardius II, 431, 15 s., cf. 37 ss.; (atomorum) differentia est II, 475, 3; ea differt A ab N II, 475, 6; in anima habemus externis similes III, 498, 19; internæ semper minores sunt sed externis pro portione respondent III, 498, 21 s.; qui fit, ut internarum ope externas cogitare possimus III, 498, 19 s.; ea, secundum nonnullos reflectitur visus ex oculis exiens III, 475, 4; quænam perfectissima apud deum sit IV, 295, 19 ss.; iis qui delectantur, nec temperantes, nec intemperantes vocantur II, 36, 13; in multo humore conspiciuntur IV, 118, 13.

Figuræ; morum signa tantummodo, non genuinas imitationes exhibent, 630, 10; ex iis signa petuntur physiognomonica IV, 3, 9, 13, 47; humilem in ea esse signum tristis IV, 5, 43; supinum esse, mansueti signum IV, 6, 5; contensa in motibus, ignavi signum IV, 5, 2; non recta sed paulo prouior impudentis signum IV, 5, 24 s.; non præceps sed bona, animosi signum IV, 5, 38 s.

Figura curvo terminata (περιφερόγραμμον); una linea terminatur II, 393, 22.

Figuræ elocutionis (εἴδη vel σχήματα τῆς λέξεως); cuilibet commune est ut opportune et inopportune adhiberi possit, 392, 43; earum contemplatio species est eorum quæ ad elocutionem pertinent, 472, 21; earum contemplatio pertinet ad artem histrionicam, 472, 22; enumerantur quæ ad eas pertinent, 472, 23; ex earum ignorantia vix aliqua vituperatio manat in poesin, 472, 26; postquam in confirmatione orationis concionalis omnia persecutus est orator per quæ confirmare licet suasionem, adjungendæ sunt quibus probet injustum et inutile et turpe et injucundum esse si hæc non fiant, 444, 3; captiones secundum eam, species captionum secundum dictionem, 278, 5; quænam, 279, 22.

Figuræ geometricæ; v. *Geometricæ figuræ.*

Figura plana; quomodo commensurabilis IV, 47, 43 ss.; omnis vel rectis vel curvis lineis terminatur II, 393, 20; prima circulus est II, 393, 24, 30 s.

Figura prima; ad primum corpus pertinet III, 363, 47.

Figuræ rectilineæ (εὐθύγραμμον); pluribus lineis terminantur II, 393, 21; earum principium triangulus est II, 576, 25 s.; constant pyramidibus et ipsis rectis lineis terminatis II, 417, 23; non carent partibus appensis vel prominentibus II, 399, 6.

Figura rotunda; pulcherrima, idque quare IV, 201, 26 s.; cur facilius moveatur IV, 61, 5 ss., v. *Globus* et *Circulus.*

Figura solida; excepto globo quæcunque circulo vertitur, nunquam idem occupat spatium II, 394, 9 s., 13 s; earum prior esse probatur globus, idque quare II, 393, 32 ss.; quæ rectis lineis terminantur semper pluribus superficiebus comprehenduntur II, 393, 33.

Figuræ syllogismorum; v. *Syllogismi.*

Figurata naturaliter (κατὰ φύσιν ἐσχηματισμένα); ex similaribus componi nequeunt II, 416, 33.

Filius; patris opus est II, 180, 18; quasi pars patris est II, 152, 39; a patre domo amandato comparatur conceptum III, 356, 48 ss.; ejus causa movens pater II, 264, 18; II, 515, 8 s., cf. II, 514, 33; quæritur an ei erga patrem competat jus II, 152, 28 s., 35 s.; simulac vir factus est, patri similis et æqualis est II, 152, 40 s.; ei erga patrem competit et jus et amicitia II, 179, 1; ei natura imperat pater II, 100, 12; magis servus patris esse debet quam famulus fr. 339, b; patri pro beneficiis gratiam referre debet II, 180, 6; patrum res gestas imitari debent, 414, 32; ei patrem abdicare non licet, idque quare II, 103, 47; eum non abdicabit pater, nisi admodum improbus sit II, 103, 51; improbus sibi cavet ne patri opem ferre cogatur, aut saltem huic rei operam non dat II, 104, 2; eum cum patre conjungit amicitia secundum excellentiam II, 96, 19; II, 100, 14; ei non eadem est amicitia erga patrem ac patri erga eum II, 96, 23; eo æque delectatur egenus et sufficientibus opibus instructus II, 225, 19; quomodo ad eum referatur filius II, 527, 18 s.; eum patris necem ulcisci justum est secundum Theodectem, 381, 35; si patrem vel matrem interficiat, vel in eo sit ut interficiat, miserationem movet eaque consectanda sunt, 467, 47; in *Hella,* quum in eo esset ut matrem traderet, agnovit, nec tradidit, 468, 27; eum inventurus quum venerit, se ipsum interiturum esse colligit in Theodectis *Tydeo,* 470, 8; qui patrem interfecerat, a judicibus absolutus est quia ipsius pater suum quoque peremerat II, 164, 50 ss.; si abstinuisset a patre occidendo, non laudabilis fuisset II, 164, 54; ab eo qui trabebatur ad ostium sistere jussit quippe qui eo usque patrem suum traxerat II, 82, 36; interficiendi sunt, occiso patre, 344, 16; 372, 43; quare in eos injuriam facere soleant, 340, 13; an cum patre coeat, nihil referre existimat Plato, 499, 16; quominus agnoscantur, impedire non semper poterit uxorum liberorumque communitas, 498, 44; in nonnullis oligarchiis una cum patre magistratum obtinere nequit, 571, 38, 45; in tertio et quarto oligarchiæ genere in patris defuncti locum succedit, 550, 3, 4; 551, 21; 560, 12; trium pater ab excubiis agendis Lacedæmone immunis erat, 512, 53; quattuor vero ab omnibus muneribus publicis, 512, 54; plerumque paternis similes fert calceos III 332, 46.

Filius dilectus; dives qui ejus nuptias celebrans eodem modo ac viros frugales exciperet parvificus est II, 216, 12.
Filiumne occidisti? occidi, sed quum ille prius in me gladium distringeret, 452. 35; eumne verberasti? verberavi, sed quum ille prius manus injustas in me injiceret, 452, 36; eumne occidisti? non ego sed lex, 452, 41.
Filum; vehementer sed utraque ex parte æqualiter si tendatur, non disrumpitur, secundum Anaximandrum II, 406, 50 s.; ei igitur comparat terram quæ in medio manet, *ibid.*; quomodo aliud alii adnectis, non licet infinitum universo adnectere II, 283, 4.
Fimeta; circa ea versantur crabrones, idque quare III, 202, 29 ss.
Fimus; fiunt ad extremum quæ putrescunt III, 610, 43; quinam optimus secundum Afrum, 638, 20.
Findi quod nequit (ἄσχιστον); dicitur secundum potentiæ privationem III, 619, 7; quænam sint III, 622, 28 ss.
Finditur (quod); omne crepat IV, 25, 37.
Fingekest; i. e. pentaphyllon IV, 25, 37.
Finis; (τὸ ἕνεκά του, τὸ τέλος); principium est II,'514, 46; II, 570, 29; ultimum aliquod est II, 528, 4 s.; ita etiam vocatur cujus gratia ultimum II, 528, 9 s.; cujus gratia est II, 207, 5; II, 287, 43; II, 561, 48, v. Οὗ ἕνεκα; ejus gratia reliqua fiunt, 325, 22; II, 271, 23, cf. II, 270, 49; 39; terminus est II, 282, 53; omnibus terminus est, 491, 29; II, 487, 42; ad eum omnia pervenire debent, 492, 4; eo unaquæque res terminatur II, 32, 35; ulteriori loco fit III, 351, 24; in omnibus rebus a principio est quod alterius finis est, 620, 20; si fieri possit, etiam fieri poterit principium, ac vice versa, 368, 23, 27; id est quod non alius causa est, sed cujus causa reliqua II, 487, 35 s.; si est, infinitum non est II, 487, 36 s.; si non adest, non est cujus gratia II, 487, 37 s.; principio similis est et ejus causa omnia exstant II, 145, 11; ejus causa fit generatio II, 570, 29; substantia prior, sed generatione posterior est III, 360, 19 s.; eo partim priora, partim posteriora sunt quæ ejus gratia fiunt III, 360, 20 ss., 50 s.; ejus gratia exstat principium motus III, 360, 21; ejus pars, idque pars maximi momenti, est principium motus III, 360, 24 s.; actionis alicujus finis est II, 490, 13; semper bonum est, 324, 23; II, 132, 10; II, 264, 51, cf. II, 515, 43; bonum aliquod, immo optimum est III, 503, 7, 14 s.; nihil interest utrum idea boni an apparens bonum dicatur II, 265, 1, cf. II, 515, 44 s.; majus bonum est quam quod finis non est, 325, 48; 326, 14, 29; exstat peculiaris facultas quæ probat eum bonum esse II, 132, 40; imperfecto non competit, 628, 22; ei quod propius est, majus bonum est, et quare, 328, 7, 10; optimum est, 483, 33; eum attingere omnibus rebus optimum est II, 402, 17; optimum et ultimum est II, 192, 20; omnium maximum est, 461, 51; pulchrum est II, 211, 5; in omni actione et consilio bonum est II, 5, 45; in unoquoque optimum est, vel cujus gratia fiunt reliqua, 246, 46; nunquam generatio vel actus est, 246, 51; disceptatur an semper magis quadret in τὸ egisse et τὸ genitum esse quam in τὸ agere vel τὸ gigni, 247, 1; omnium rerum agendarum bonum peragendum (πρακτόν) est II, 5, 47; in eo res esse dicuntur II, 287, 43; ab eo pendet consilium, 406, 8; substantia est III, 222, 22; circa eum et non circa res quæ ad eum tendunt error fit in electione bonorum II, 144, 39 ss.; ad eum magis collineare probatur virtus quam ad res quæ ad eum tendunt II, 144, 46 ss.; item in scientiis II, 144, 49 ss.; omnibus rebus inest II, 263, 47; in omni re ultimum est et continet II, 578, 13 s.; extra eum nihil est *ibid.*; ubi aliquis apparet ad quem motus tendit, rem quæ movetur hujus gratia factam esse dicimus III, 222, 13 ss.; in eo sunt re appetita potiti II, 227, 1; eum potius spectat voluntas II, 27, 3; II, 29, 1, 24; consilium vero potius quæ ad eum perducunt II, 27, 4; II, 28, 50; II, 29, 25; item deliberatio II, 28, 11, 14; donec ad eum perveniamus causam investigare pergimus, 146, 49; ex eo nonnulla principia dijudicare oportet II, 421, 14; eum non spectat consilium II, 143, 16 s.; II, 204, 1, 12; spectant vero voluntas et opinio, immo voluntas præcipue II, 204, 12; de eo non fit deliberatio II, 204, 48; qui eo caret deliberare nequit II, 205, 16; initium est et fundamentum deliberationis II, 205, 30; item scientiarum effectivarum II, 207, 44, 50; natura semper bonum est II, 205, 47; II, 206, 5; præter naturam interdum vel perversione interdum est bonum apparens ideoque malum II, 205, 51; II, 206, 5 ss.; ad eum non pertinet syllogismus vel ratiocinatio II, 206, 43; initium est cogitationis II, 207, 1; vel circa eum errari potest, vel circa res quæ ad eum tendunt vel utrisque simul II, 206, 39 ss.; probatur virtutem eum rectum reddere, non vero quæ ad eum tendunt II, 206, 31; II, 207, 4; alius facultatis negotium est potiri rebus quæ ad eum tendunt II, 207, 9; est terminus medius II, 207, 6; modo actio tantum est, modo simul et opus II, 1, 4; id est quod sui causa appetimus II, 1, 20; quæ ejus gratia fiunt, etiam causæ esse dicuntur II, 264, 22 ss.; II, 515, 14 ss.; eaque vel instrumenta vel opera sunt II, 264, 25; II, 515, 17 s.; duplex est, idque quomodo II, 135, 34 ss., cf. II, 192, 23 ss.; numero plures sunt II, 5, 50; nonnulli aliorum causa expetuntur II, 5, 51; perfectior est quem sui causa sectamur ac quem aliorum II, II, 6, 4; item quem nunquam alius causa sectamur ac quem modo per se, modo propter illum ipsum II, 6, 5; perfectissimus est quem semper per se, nunquam alius causa sectamur II, 6, 6; semper melior quam quæ ejus gratia fiunt II, 134, 39; melior perfectus quam imperfectus II, 134, 42; quia a nostro arbitrio non pendet quemnam appetamus, aliqui vitia in nostra potestate esse negant II, 30, 45, 50; talem nobis proponimus qualem volumus, quum ipsi quoque aliquatenus nostrorum habituum causa sumus II, 31, 15; habitus sunt II, 447, 33 s.; in anima sunt II, 192, 41; nisi rectus sit, prosperus successus fieri nequit, 615, 32; de rebus quæ ad eum tendunt consilium capimus II, 143, 17, 37; eo magis quam operibus ipsis differunt mandata quædam, 617, 41; eo honesti et inhonesti ratione habita differunt actiones, 617, 44; quibus inest, in iis quod prius est et quod deinceps ejus gratia fiunt II, 270, 49, cf. II, 272, 33; quibus inest, eum assequi non possunt sine nomine II, 272, 35; ab eo rebus indenda sunt nomina III, 450, 29 s.
Finis (τελευτή); quidnam, 462, 50.
Finis (τὸ πέρας), v. *Terminus*.
Finis perfectus; bonum est et finis bonus II, 134, 48 s.
Finis rerum; ejus species fr. 99, b; 100, a.
Finis vitæ; futurorum causa expetendus non est, 629, 20; ei forsan propria est quædam voluptas, sed non vulgaris, 629, 17; raro in eo versantur homines, 629, 12; ei conveniunt jucunda quæ sine nocumento sunt, 629, 11; cur cum eo confundantur voluptates quas non propter aliud sectantur, 629, 19.
Finis et infinitum; v. *Terminus et infinitum*.
Finitimi (οἱ πλησίοι, οἱ ὅμοροι); iis formidabilis esse debet civitas, 608, 9; eos in servitutem redigere injustum est, 317, 42; iis imperare non valent Europæi et frigidarum regionum incolæ, 608, 37; eorum res nosse debet qui de bello ac pace disserere vult 319, 26;

circa bellum adversus eos magis concordes erunt optimæ reipublicæ cives, si omnes agrum finibus proximum possideant, 612, 43; de bello adversus eos in nonnullis civitatibus deliberare vetant qui agrum finibus proximum possident, 612, 47.

Finitimum (τὸ σύνεγγυς); ab eo interdum eximus reminiscentes, idque quare III, 497, 13 ss.

Finita magnitudo; v. *Magnitudo finita*.

Finitum (τὸ πεπερασμένον); quantitas est IV, 148, 3; infinito continetur II, 328, 34 s.; infinitam potentiam habere nequit II, 365, 6 s.; II, 366, 38 s.; II, 377, 53; infinitum spatium pertransire non posse probatur in finito tempore II, 328, 13 ss., 17 s., 36; omne quovis finito consumitur II, 282, 12; per se actu est II, 282, 17; ab eo per tempus infinitum nihil moveri potest II, 364, 29 ss.; II, 366, 40; notius est quam indeterminatum IV, 205, 20; unicum est IV, 205, 21; quod ex iis compositum est, etiam ipsum finitum est II, 372, 26; non ad aliquid est II, 284, 27 s.; id solum tangere licet II, 284, 27; eo quod semper ad aliquid terminatur, probare videtur revera exstare infinitum aliquid II, 277, 54, cf. II, 284, 25 ss.; omne suapte natura bonum est II, 113, 28; ei adnumerant bonum Pythagorei II, 20, 4; id tanquam substantiam considerant Pythagorei II, 477, 9; in rebus naturalibus magis proprium est quam contrarium II, 354, 38; ei addens semper superabit omne finitum II, 365, 3 s.; ei detrahens semper perveniet ad aliquid omni finito minus II, 365, 4.

Finita; ea sive æqualia, sive inæqualia sint, numero et magnitudine metitur unum quidpiam III, 327, 44 s.; si eadem eveniant, semper infinitis præferenda sunt II, 354, 37.

Finitum corpus; v. *Corpus finitum*.

Finitum spatium; in infinito tempore percurri non posse probatur II, 327, 15 ss.

Finitum esse; quidnam sit III, 678, 37.

Finitum et infinitum; ea tanquam principia posuere nonnulli II, 502, 29; ad unum et multitudinem reduci possunt II, 502, 30; series coordinata nonnullorum Pythagoreorum II, 475, 49.

Finitur (quod); constitutionis materies est III, 403, 38.

Firmiora; præstant minus firmis, 327, 15.

Fissile (σχιστόν); dicitur secundum potentiam III, 619, 7; quænam sint III, 621, 19 s.; nullum molle est III, 621, 25 s.; neque omnia dura III, 621, 27; nonnulla simul et sectilia sunt III, 621, 34 s.

Fissio; naturæ defectu fit III, 254, 51 s.

Fissipeditas (ἡ σχιζοποδία); universa complicata species est III, 225, 24.

Fissipenna; v. *Aves*.

Fissipes; ejus differentia est multifidum III, 225, 23; ultima erit differentia si hominem spectet divisio III, 225, 32 s.

Fissipedes aves; æque ac palmipedes quattuor digitos habent III, 300, 27 s.; multæ circa aquas et paludes victitant III, 182, 23; III, 151, 42 s.; idque partim circa fluvios et lacus, partim circa mare III, 151, 40 s.; nonnullæ quæ carnivoræ non sunt plantis submersis (?) vivunt III, 151, 43 s.; enumerantur III, 151, 45 ss.; iis accensendus est anthus III, 182, 23 s.

Fissipedes (quadrupedes); valde parvos catulos pariunt III, 382, 15 s.; iis accensenda est mustela, *ibid.*

Fistula (αὐλός); qui per eam spectat, melius cernit res remotas III, 417, 50 ss., cf. III, 419, 9 ss.; omnium optime cernerentur res remotæ, si ab oculis usque ad res quæ cernuntur extenderetur, idque quare III, 418, 23 ss.; sin minus, eo melius quo longius porrigatur III, 418, 26 s.

Fistula (σύριγξ); qui eas concinnant extremam hypatem cera oblinunt, neten vero ad dimidium usque implent, idque quare IV, 208, 45 ss.; si quis eas detraxerit vel obturaverit, vocis moles longe amplior fit III, 661, 40 s.; vox quæ per medium foramen exit, cum ea quæ per totam fistulam permeat concinit per consonantiam diapason IV, 208, 40 ss.; cur in iis diapason consonantia latitet IV, 207, 12 s.; earum sono doliorum comparatur IV, 214, 21; ea et vox acuta cur simpliciter quasi solitudinem apparere faciat IV, 309, 1; ejus cantum imitatur martichoræ vox secundum Ctesiam III, 22, 45 s.; earum ars concentu et numero utitur, 457, 20.

Fistula puellarum (αὐλὸς παρθένιος, i. e. *trachea*); acutior quam puerorum III, 135, 11.

Fistula; eam habent omnia animalia sanguine prædita quæ cibi gratia aquam recipiunt III, 147, 11 s.; eam habent quædam vivipara aquatilia, ut balæna et delphis, idque ubinam III, 5, 38 s.; ea prædita cetaceis accensenda sunt III, 545, 19 s.; eam habent balæna, delphis et cetacea iis similia III, 74, 32 s.; III, 303, 4; idque quia pulmonem habent, *ibid.*; ea aquam ex ore attrahunt cetacea III, 545, 33 s.; ea aquam cum cibis ore receptam emittunt III, 146, 48 s.; III, 303, 4 ss., 11; quare his animalibus necessaria sit III, 147, 9 s.; ea respirant animalia ea prædita III, 74, 32 s.; eam super mari tenent eadem dormientia III, 74, 33; apud eadem ante cerebrum sita est, idque quare III, 303, 12 s.; ad nullam partem sanguineam pergit, sed ante cerebrum sita est III, 545, 35 ss.; cavam habent mollusca, idque ubinam sitam III, 56, 26 s.; ea mare emittunt quod per os in alveum receperant III, 56, 27 s.; eam modo ad dextram, modo ad sinistram movent III, 56, 28 s.; ea atramentum et alvi excrementum emittunt III, 56, 29; III, 278, 8 s.; ejus ope odores percipiunt quædam animalia respiratione carentia (mollusca) III, 249, 15; eam in supina parte habent mollusca III, 278, 10; per eam ova pariunt mollusca III, 80, 22 s.; ea quoque coire censent mollusca nonnulli III, 80, 23 s., cf. *Nasus*; in polypi feminæ brachium intromittunt mares coeuntes, ut narrant piscatores III, 328, 19 ss., cf. III, 56, 25; III, 80, 16 s.; III, 83, 50.

Fistula pulmonis; corrosa generari nequit, nisi iterum a sola natura e semine IV, 292, 20 s.

Flamma; species ignis, 228, 27; ea subtilior lux, 228, 31; minus subtilis lumine est, etiamsi magis sit ignis, 246, 12; maxime ignis est II, 458, 6 s.; fumus est qui comburitur II, 458, 7; ex humidi et sicci se invicem contingentium commutatione gignitur III, 576, 33; nullo tempore eadem manet III, 576, 34; spiritus vel fumus est ardens III, 622, 45; spiritus sicci fervor est III, 556, 42; nullam ejus partem sumere licet in qua non sit calor et albedo II, 298, 17; si ei proprium non est ut urat, pruinæ quoque proprium non erit: sin est, erit, 234, 30; ejus emissio e sole sationi respondet, 474, 26; magis quam ea tactu calefacit aqua fervens III, 232, 36 s.; III, 233, 5; cremat cremabilia et liquat liquabilia III, 232, 37 s.; ideoque per se calida est III, 238, 2 ss.; sonum qui in ea fit, alii Vulcani, alii Vestæ risum, alii horum minas vocant III, 596, 47 s.; ei comparatur tonitru III, 596, 47 s.; quando fiat III, 596, 50 ss.; avulsa et continua in incendio templi Ephesiaci conspecta est III, 599, 45 ss.; cur ligna deurat, aqua vero non, etiamsi interdum calidior reddatur quam flamma IV, 236, 38 ss.; exuritur minor, si majori imponatur, idque quare III, 535, 32 ss.; parva a majori per accidens deuritur, idque quare III, 528; 39; III, 530, 20 s.; ejus alimentum fumus est III, 528, 40 s.; parva parvo motu exstinguitur III, 549, 6 s.; humido et frigido exstinguitur quia calida et sicca est III, 478, 5 s.; in aqua exstinguitur et gelu regnante minus ardet III, 478, 9 ss.; non exstinguitur mari IV, 230, 35; in fumo multos et varios facit colores III, 558, 14; idque quare III, 558, 13; fumosa puniceum colorem habet III, 644, 27.

Flammæ ardentes; circa cælum apparent III, 556, 20; idem sunt quod stellæ transcurrentes et tantummodo pluris et minoris ratione ab iis differunt III, 556, 22 s.; inprimis conspiciuntur ubi longitudinem et latitudinem habet fomes quæ inceditur III, 556, 45 ss.; speciem præ se ferunt calamorum qui ruri comburuntur III, 556, 47 s.; quænam sit earum causa III, 557, 45 ss., cf. III, 556, 42 ss.

Flammatilia; quænam sint III, 622, 28 ss.

Flammeus color; unde fiat III, 644, 44 s.; qui eo sunt in furorem proni IV, 12, 21 ss.; qui circa pectus sunt difficili excandescunt ira IV, 12, 24 s.

Flatulenta (φυσώδη); pleraque infantum convulsionibus favent III, 144, 44 s.; quædam lactis copiam augent, idque quomodo III, 54, 46 ss.; iis pinguescunt boves III, 154, 35.

Flatuosi affectus; eos medici atræ bili tribuunt, idque quare IV, 266, 30 s.

Flatus; quisque frigidus est IV, 149, 51; motus est aeris IV, 244, 14, v. *Ventus*.

Flatus (φῦσα, πνεῦμα); et in ventre et in utero sine morbo gignuntur atque emittuntur III, 212, 10 s.; si sine morbo in utero gignantur, id conceptioni favet, *ibid.*; in matrice oborti efficiunt ut mulieres, si ultra undecimum mensem pariant, initium conceptionis se non percepisse putent, idque quomodo III, 139, 43 ss.; ubi in eos transit alimentum corruptum est II, 443, 10; iis locus dandus est in corpore in quem recipiantur IV, 151, 36 s.; emittere cur non oporteat nisi turgeas IV, 137, 33 ss.; cur emisso singultus cesset IV, 301, 44 ss.; quamobrem post mictionem emittamus IV, 297, 4 ss.; cur sacri non sint IV, 281, 23 ss.; crudorum male olent IV, 189, 2; a crudis pendere videtur morbus satyria dictus III, 400, 16 s.; interclusi doloris et siderationis renum causa sunt III, 268, 6 ss., 15 s.; eos maxime jumenta edunt, idque quare IV, 168, 37 ss.; valde acres emittit leo III, 153, 34 s.; iis laborant elephantes III, 166, 23 ss.; III, 168, 3 s.

Flavi; æquo sunt animo, ad leones referuntur IV, 12, 12 s., 40.

Flavum (ξανθόν); omne bili assimilat visus III, 462, 31; per accidens idem habetur quod mel, 283, 6; tanquam albi species considerandum est III, 483, 48 s.; igitur pingui pro portione respondet III, 483, 49; sæpe apparet quod in iride inter puniceum et viride interjacet III, 600, 27 ss.; quare fiant pili et pennæ et coria III, 651, 48 s.; fiunt postremo plerarumque arborum folia, idque quare III, 651, 18 ss.; item fructus nonnulli decidui III, 651, 21 s.; nonnulla animalia ab ortu fiunt, in ætatis vero vigore alba III, 653, 43 s.

Flectentia sese; omnia aliquatenus ad suppositum et cedens, id est ad flexionis principium progrediuntur III, 311, 42 ss.

Flecti; id rebus evenit, non quia possunt, sed quia non possunt et aliquatenus deficiunt II, 524, 23 ss.; ejus impatibilia dicuntur quæ vix aut leniter ita afficiuntur II, 524, 25 s.

Flentes (κλαίοντες); spiritum frigidiorem emittunt IV, 176, 14 s.; cur vocem acutam emittant IV, 176, 7 ss., 37 ss.; 183, 22 ss.

Flexile; passivum est III, 618, 47 ss.; dicitur juxta potentiam III, 619, 4; quænam sint III, 620, 2 ss.

Flexio (κάμψις); quidnam III, 310, 18 s.; III, 620, 10 ss.; quomodo a directione differat III, 620, 13 ss.; fieri nequit nisi aliquid quiescat III, 310, 17; III, 313, 25; semper ad unum cardinem fieri debet III, 310, 20 ss.; sine ea fieri nequit nec ambulatio, nec natatio nec volatus III, 310, 23 s., cf. 42 s., 51 s.; III, 313, 22 ss.; idque quare III, 310, 24 ss., 44 ss.; neque totius corporis neque partium fieri posset sine ossibus III, 668, 37 ss.

Flexio et extensio; earum ope omnia animalia moventur secundum locum III, 311, 41 s., cf. III, 310, 23 s.

Flexiones (ἐγκλίσεις); ad quasnam categorias pertineant fr. 116, b.

Flexura (κάμψις); ruga est IV, 237, 26.

Flexura (καμπή); in iis sibi invicem innituntur partes III, 305, 20 s.; omnes excarnes sunt III, 267, 45 s.; iis carentia animalia tenues et inconspicuos nervos habent III, 44, 17 ss.; aliis finis, aliis principium est III, 523, 29 s.; ubi ab eo incipit motus, aliud punctum necessario quiescit, aliud movetur III, 523, 33 s.; quod in iis simul movet ac movetur eodem modo se habet ad movens immobile, ut spiritus insitus ad animam moventem III, 524, 45 ss.; iis tanquam centro utuntur animalia III, 517, 20; partes quibus insunt, et unum et duo fiunt, et rectum et flexum, mutaturque et actu et potestate III, 517, 20 ss.; III, 523, 30 s.; quatenus partes quibus insunt, lineæ quæ movetur assimilari possint III, 517, 23 ss.; eam apud quadrupedes viviparas sequitur tibia III, 314, 20 s.; ventri applicaretur, si crura anteriora retrorsum flecterent III, 314, 18 ss.; item si posteriora in convexum III, 314, 22 ss.; in ea crura flectere debuissent animalia, si quæ genibus carerent III, 310, 32 s.; pars est digiti pedis III, 12, 33.

Flexura brachii (καμπή); quænam ad eas tendant venæ secundum Polybum III, 40, 7; circa eam connectuntur tres venæ idque quænam III, 41, 43 s., cf. 28 ss.; III, 42, 16 s., cf. 21 ss.

Flexura manus (συγκαμπή); quænam ad eam deveniant venæ secundum Polybum III, 40, 8.

Florus (ἄνθος); si non semper, saltem plerumque vermibus vescitur III, 151, 6; quanta sit ejus magnitudo, *ibid.*

Flos; Agathonis citatur, 464, 26.

Flos; semen præcedit plantarum III, 134, 30; præcedit fructum, idque quare IV, 42, 12 ss.; ab iis odore et sapore multum differunt fructus, idque quare III, 650, 42 ss.; iis comparari possunt pili pubis III, 134, 30; quum aliqua habeant cur fructu careant IV, 214, 34 s.; quænam plantæ eos non habeant IV, 42, 20 ss.; in aquis et materiis est IV, 41, 1; cum coctione simul colorum mutationes recipiunt III, 648, 1 ss.; eorum colores IV, 27, 28 s.; in nonnullis plantis concolores fiunt fructibus III, 650, 29 ss.; in nonnullis multum differunt III, 650, 32 ss.; III, 651, 16 ss.; in iis ejusdem folii pars nigra, alia punicea est, in nonnullis alba, alia purpurascens III, 650, 45 ss.; eorum extrema maxime percoquuntur, partes vero origini propiores multo magis decolores fiunt III, 650, 52 ss.; in nonnullis humiditas quasi exuritur priusquam propriam adipiscatur coctionem III, 651, 1 s.; ideo colorem servant III, 651, 2 s.; in herbis minutis IV, 35, 28 s.; eorum odores per se jucundi sunt, idque quare II, 212, 17; III, 485, 48; eorum odores solus percipit homo, iisque delectatur, idque quare III, 486, 33 ss.; eorum suavis odor non minus ad sanitatem quam ad voluptatem confert fr. 205, b; cur suavius e longinquo oleant IV, 187, 7 ss., 36 ss.; quamobrem cominus minus bene oleant IV, 310, 24; IV, 186, 8 ss.; triti minus bene olent IV, 188, 4; IV, 310, 28; cur triti deterius oleant IV, 188, 37 s.; contriti vel concalfacti vel desiccati pravum odorem nonnulli habent, alii vero non IV, 190, 30 ss.; ad tingendum inserviunt III, 647, 19; eorum immensa copia crescit circa antrum Ennæ IV, 87, 45 ss.; iis aliquatenus vescuntur vespæ III, 202, 5; eos legunt apes, non vero crabrones III, 202, 27 s.; ex iis favum faciunt apes III, 97, 7 s., 12, cf. III, 199, 43; idque e quibusnam III, 97, 25; III, 199, 45 ss.; etiamsi in autumno prostent, tamen non fit mel, ubi exemptum est III, 97, 15 s., v. *Cera*; ex iis melliginem colligunt apes III, 195, 20; rubiginosos si tulerit silva, ægrotant apes III, 168, 32 s.; III, 199, 26; quomodo eos conscendant apes ad ceram colligendam III, 196, 10 ss.; eodem volatu semper ejusdem generis adeunt III, 196, 15 ss.; quæ ex iis important apes quæ necessaria sunt, nullis aliis laboribus operam dant III, 197, 54 ss., cf. III, 200, 9; nonnulli in iis sponte gigni putant apum fœturam III, 385, 52, cf. III, 96, 14 s.

Flos ætatis; quo modo juvenes, sic voluptas accessu suo perficit actum II, 120, 34.

Flos purpuræ; in quanam corporis parte inveniatur III, 88, 6 s., 16 s.; eam e majoribus exsecant, idque quomodo III, 88, 14 ss.; parvis vero non quia difficulter eximitur III, 88, 13 s.; pessimum habent quo tempore favificant III, 88, 11 s.; eum morientes evomunt III, 88, 19; quænam nigrum habeant III, 87, 49 ss.; firmiter cum vicinis partibus cohæret eamque circumdat membrana alba quæ abjicitur III, 88, 7 ss.; compressus manum tingit III, 88, 9; eum percurrit vena quæ genuinus flos esse videtur III, 88, 10 s.; reliqua ejus pars alumini similis est III, 88, 11; eum in testa habet concha qua pictores utuntur III, 89, 22.

Flos vini; cur assumat vinum cum promptum, tum vappidum IV, 327, 43; alter a corruptione pendet, alter a coctione IV, 328, 1.

Fluctus (κῦμα); cur non subrideat in altis pelagis, sed in parvis IV, 228, 35 ss.; IV, 233, 32 ss.; cur ventosi sint IV, 231, 11 ss.; cur interdum ante flatus prorumpant IV, 231, 19 ss.; IV, 228, 39 ss.; IV, 234, 1 ss.; quare in majoribus pelagis tardius sedentur quam in parvis IV, 232, 20 ss.; non minutam arenam, sed majusculam potius ejiciunt IV, 234, 9 s.; eos non metuunt Celtæ II, 32, 40; ab iis se agitari non sentit polypus femina partu debilitata III, 192, 52.

Fluctuum incursiones; sæpe terræ partem mari obruerunt III, 640, 26.

Fluctuum recessus; nonnunquam partem maris continenti adjecerunt III, 640, 27.

Fluens; minus putrescit III, 610, 54.

Fluentum ignis (ῥύαξ); admiratione dignum est quod in Sicilia circa id evenerit IV, 81, 4 ss.

Fluenta (ῥεύματα); per euripos lata diffunduntur et disperguntur III, 656, 23.

Fluitatio; unicus motus est qui in inani obtinere possit II, 295, 6.

Flumen; ea semper e locis editioribus defluunt III, 575, 25 s.; omnia in mare influunt, idque quare III, 577, 24 ss.; omnia quotquot non in alia se immittunt in mare desinere videmus, in terram nullum III, 578, 16 ss.; quæ longo tractu per cavum fluunt magna fiunt III, 578, 18 s.; oriuntur ac intereunt III, 573, 51, cf. 11 s.; a corpore terram circumdante divelli nequeunt III, 553, 30 s.; ea nonnulli e receptaculis fluere censent in quæ hieme colligitur aqua pluvialis III, 568, 21 ss., 50 s.; idque causam esse censent cur hieme majores sint quam æstate III, 568, 27 s.; item ea perpetua vel non perpetua esse contendunt pro majori minorive receptaculorum capacitate III, 568, 28 ss.; III, 572, 50 ss.; quatenus hi recte censeant III, 568, 40 s.; ceteroquin eorum opinio refutatur III, 568, 36 ss., 42 ss. cf. III, 570, 14 ss., 24 ss.; de cujusque fontibus alii alias reddunt causas III, 578, 23 ss.; quod de iis in *Phædone* scribitur fieri non potest III, 577, 42 s.; secundum Platonis expositionem in *Phædone* non semper eodem fluunt, idque quare III, 578, 5 ss.; ea non solum in mare, sed ex ipso quoque fluere, nonnulli aiunt III, 576, 3; non solum fiunt ex aqua quæ jam prostat, sed etiam ex ea quæ subinde ex aere gignitur III, 568, 42 ss.; III, 570, 18 s.; quatenus fiant ex aqua quæ jam prostat, gignuntur quasi exiguis rivulis qui pedetentim in majores colliguntur III, 568, 48 ss.; III, 570, 21 s.; hoc probatur eo quod eorum fontes sub montibus siti sunt III, 570, 19 ss., cf. III, 574, 31 s.; eorum principia igitur scaturigines sunt quas in unum projicit tellus III, 569, 1 s.; eorum origo aquæductibus comparatur III, 569, 2 ss.; eorum fluxus e montibus defluunt, idque maxima et plurima e majoribus jugis III, 569, 5 ss., 18 s.; id quod terræ circuitus inspicientibus patebit III, 569, 19 s.; plurima eorum e parvis rivulis confluunt III, 570, 26 s.; si quis putet ea nullos alios nisi conspicuos fontes habere, eodem redit ac si ea e cavernis subterraneis profluere putet III, 570, 25 s., 27 ss.; quæ absorbentur probant cavernas ac lacus subterraneos exstare III, 570, 29 s.; absorbentur multis in terræ locis, e. gr. in Arcadia III, 570, 31 s.; in Græcia nonnisi parva absorbentur III, 570, 37 s.; pro eorum ortu vel defectu exsiccantur vel humida redduntur loca III, 571, 2 s.; iis orientibus vel deficientibus necessario etiam immutantur continens et mare III, 571, 3 ss., cf. 22 ss.; idque quomodo III, 571, 24 ss.; primum fontibus evanescentibus diminuuntur, dein siccescunt et locum mutant III, 571, 20 ss.; si quæ e paludibus oriantur, hæ paludes fere omnes montibus aut locis sensim assurgentibus suppositæ sunt III, 570, 12 ss.; eodem redit, utrum ea omnia unicum flumen dicas, an omnes ventos unicum ventum III, 568, 8 s.; eorum opus sunt pleraque stagna III, 573, 35; inter alia et Palus Mæotis III, 573, 34 ss.; quænam vera causa sit cur alia perennia sint, alia non III, 572, 52 ss , cf. *Montosa loca*; terræ motibus sæpe oriuntur submergunturve IV, 31, 26 ss.; salsa non sunt III, 579, 36; quamobrem de iis mane aura frigida spiret IV, 232, 1 ss.; IV, 248, 44 ss.; ea ubi diu intuiti fuerimus, atque inprimis si ocissime labantur, omnia moveri videntur III, 508, 48 ss.; iis magis pro vase quam pro continente utitur navigium II, 290, 36; totum potius navigio continens est quam pars in quo movetur II, 290, 38; quæ in eo fertur navis sonum non excitat II, 399, 50 s.; ei comparatur ignis III, 535, 36; ei comparatur motus quo humor terræ in vaporem, isque in superiori regione rursus in aquam convertitur ac decidit III, 564, 33, v. *Fluvius*.

Fluor albus (τὰ λευκά); quænam ejus causa III, 354, 10; non circuitu fit, sed pedetentim ac continue III, 354, 11; puellis adhuc parvulis interdum fit, idque quibusnam III, 135, 2 s.; III, 354, 11 s.; earumque incrementum inhibet III, 135, 3 s.; si modicus sit, corpora servat, idque quare III, 354, 12 ss.; sin nimius, noxius est, idque quare et quomodo III, 354, 16 ss.

Fluvius; non bis eundem intrari posse dicebat Heraclitus II, 510, 16; ne semel quidem Cratylus II, 510, 17; de iis nihil accepimus quod non vulgarissimus quisque dicere possit III, 567, 46 ss.; ei comparatur civitas, 522, 50; ejus vorticibus conferuntur motus quibus generantur gemelli vel partes supervacaneæ III, 405, 52 s.; sub terra generantur a montibus et materie pluvia sunt IV, 31, 17 s.; eorum ortus IV, 31, 18 ss.; eorum aqua velut quotidie genita apparet III, 575, 52; frigidi omnes reperiuntur IV, 232, 15 s.; IV, 249, 6 s.; saxa ictu comminuunt IV, 235, 3 s.; multis in locis sunt saporibus omnis generis affecti III, 582, 50 s.; causa ad ignis facultatem iis insitam referenda III, 582, 52 ss.; eorum qui salsi sunt magna ex parte calidi olim fuisse censendi sunt III, 582, 46 ss.; cur a pictoribus pallida depingantur IV, 230, 21 s.; multi ad Pontum devehuntur III, 181, 31 s.; apud Ligures esse fertur cujus fluentum in sublime attollitur, ut e regione stantes conspici nequeant IV, 90, 3 ss.; duo exstant in Antandria, quorum alter nonnisi nigras facit oves, alter nonnisi albas III, 49, 20 s.; in Cephallenia disjungit loca, ubi cicadæ nascuntur et ubi non III, 168, 42 ss.; eorum accolæ aves lavatione gaudent III, 207, 42 s.; eorum accola celeus III, 174, 30; item anthus III, 174, 1; III, 182, 24; eos subit alcedo III, 184, 2 s.; eos accolit elephas III, 205, 22; in iis degunt plateolæ III, 181, 31 s.; si prope alvearia adsit, nonnisi ex eo bibunt apes III, 199, 28 ss.; piscibus multum alimentum devehunt III, 163, 13 s., cf III, 158, 35; eos multi subeunt pisces, idque quinam III, 163, 14 ss.; ibique bene habent, *ibid.*; ex eo hieme fossam ducunt ad pisces capiendos, idque quomodo III, 164, 52 s.; eum quovis anni tempore relicto ostiolo circumvallant ad pisces capiendos, idque quomodo III, 165, 4 ss.; circa eorum ostia degere solent mollusca crustata ac testacea, idque quare III, 389, 8 ss.; in iis præter pauca quædam bivalvia desunt testacea III, 165, 24; si ponatur ubi in mare desinunt, eodem die moritur purpura III, 165, 10 s.

Fluvii lutulenti; in iis invenitur mugilum genus sexus discrimine carentium III, 359, 8.

Fluxiones; pituitæ et saniei de capite principio descendunt, idque quare et quando III, 238, 48 ss.; III, 486, 13 s., cf. III, 506, 17 ss.; eodem modo fiunt quo pluviæ III, 239, 1 ss.; III, 506, 13 ss.; de iis disserendum est, ubi de morborum principiis sermo fit III, 239, 6 ss.; oculorum IV, 273, 19; ab ea pendere videtur morbus satyria dictus III, 400, 16; iis vino dediti afficiuntur IV, 128, 26.

Fluxus sanguinis; maxime fit per amplissimos meatus III, 262, 33 s.; per quasnam igitur partes sine dolore fiat III, 262, 35; ex arteria nonnisi per vim fit III, 262, 37; excepta menstrua purgatione omnes morbidi sunt III, 339, 15 ss.; æque ac ventris profluvies concoctionis defectu fiunt III, 339, 13 ss.

Fluxus sanguinis e naribus; fit e vitiato sanguine III, 52, 28 s.; eo mulieres paucæ affliguntur, nisi menstrua deteriora fiant III, 52, 39 ss.; III, 437, 29 ss.

Fluxus ventris; v. *Alvi fluxus.*

Focus; ei comparatur cor III, 265, 5 s.

Fodinarum ars; v. *Metallorum ars.*

Fœcunda; iis alimentum in semen convertitur III, 372, 23 s., cf. 28 s.

Fœcunda animalia; multas mammas habent easque in ventre idque quare III, 292, 2 s., 21 ss.; iis accensendi sunt sues et canes III, 292, 2 s.

Fœcunda parum animalia; eorum incrementum superiora versus fit III, 292, 31 s.; iis non accensenda sunt multifida III, 292, 27; iis accensendi sunt equus, asinus et camelus III, 292, 27 ss.; duas mammas habent, easque in femoribus, idque quare III, 291, 54 s.; III, 292, 27 ss., f. tamen 10 ss.; iis accenseri nequit leo qui interdum duobus plures pullos parit III, 292, 5.

Fœcundatio; in eam non omne semen emissum impenditur III, 214, 37 ss.; quando inprimis lateat mulieres III, 214, 27 ss., cf. *Conceptio.*

Fœcunditas; ei confert pabuli ubertas, si edere possint quadrupedes III, 54, 44 s.; quomodo exploretur apud viros III, 367, 32; quomodo apud mulieres III, 367, 37 ss.; ut fieri possit, quænam circa matricem ipsam evenire debeant III, 211, 48 ss.; impeditur matricis laceratione III, 213, 27; item tuberculo ostii uteri III, 213, 35; item si coaluerit ostium uteri III, 213, 39 s.; eam impedit menstrua purgatio magis putrefacta quam sanis aut inordinata III, 210, 13 ss.; quatenus eam impediat purgatio quæ inordinatis tantum intervallis prodit III, 210, 16 ss.; ut ejus ratio bene se habeat matrix, qualis esse debeat purgatio III, 210, 42 ss.

Fœdiora; eorum divisio fr. 106, a.

Fœdus; cum quibusnam ineundum sit, 455, 45; cum hostibus facienda sunt, dum prospera fortuna gaudes, 408, 49, 52; secundum Isocratem tropæum multo pulchrius sunt quam quæ in bello eriguntur, 397, 38.

Fœneraria ars (ἡ ὀβολοστατική); omnium pecuniæ quærendæ rationum maxime odiosa et maxime præter naturam est, 492, 36, 41.

Fœneratio (δανεισμός); pactum voluntarium est II, 55, 10; ad alteram rei pecuniariæ speciem pertinet, 493, 9.

Fœnerator (δανείσας, τοκιστής); ei non sufficit, si debitor dicat se plura dare non posse II, 233, 17; parum pecuniæ magno fœnore collocantes capiunt unde non decet et quantum non decet II, 41, 47; lucri causa idque parvi dedecora tolerant II, 41, 50.

Fœnum; melle intinctum sanat alvi fluxum apud elephantes III, 168, 9 s.

Fœnus; ex eo tertio loco sibi reditum comparare debet privatus, 640, 3; ab ipso nummo quæstus est, 492, 36; nummus a nummis est, 492, 40; nummum multiplicat, 492, 38; unde ejus nomen græcum (τόκος) derivandum sit, 492, 39.

Fœtida (δυσώδη); difficilia sunt concoctu IV, 188, 14; cur minime videantur cibo plenis IV, 310, 1 ss.; cur gravius oleant ubi calida quam ubi frigida sunt IV, 189, 20 ss.; excepto homine ea nil morantur animalia, nisi iis perniciosa sint, aut iis ad gustandum cibumve sumendum conferant III, 487, 13, 19 ss.; cur iis sus gaudeat IV, 319, 33 ss.; ea ægre ferunt apes III, 198, 47 s.; ea appetunt cantharides, idque quare III, 95, 15 s.; iis nonnulli pisces capiuntur III, 70, 19 s., cf. *Putida*, *Olentia.*

Fœtor (δυσωδία); maxime in iis locis gignitur quæ minime perflantur IV, 309, 45; alveariorum morbis accensendus est III, 199, 22, s.

Fœtura (γόνος); ei pluvio tempore student apes III, 97, 1 s.; III, 387, 34 ss.; si sero appetat ver, vel squalore prævalente aut rubigine ingruente paucior fit III, 96, 49 s.; III, 200, 41 ss.; vel sui ipsarum et fucorum, vel solorum fucorum aliunde afferre censent quidam, idque unde III, 96, 14 ss.; III, 385, 30 ss.; III, 386, 17 s., 35 s.; structo jam favo eam huic indunt ante mel, idque quare III, 97, 3 s., cf. III, 196, 24; ore eam favo indunt secundum nonnullos, idque quosnam III, 97, 4 s., apum (operariarum) et fucorum alba est III, 97, 36 s.; regis qualis III, 97, 38 ss.; ei incubant apes avium modo III, 97, 32; ex apum (operariarum) et fucorum vermes fiunt III, 97, 37; non vero e regis, ut ferunt III, 97, 41 ss.; apum in cellulis exigua est III, 388, 15; ei favos ædificant crabrones et vespæ III, 98, 15 s.; eam favis immittunt iidem, idque quomodo III, 98

23 ss.; cellulæ parietibus adhæret apud eosdem, idque qua earum parte III, 98, 25, 36 s.; non simul omnibus cellulis inest apud eosdem III, 98, 25 s.; e regione ejus in cellula crabronis invenitur quasi mellis gutta III, 98, 31 s.; quale ei ædificium construant bombyces et ubinam III, 98, 37 ss.

Fœtus (ἔμβρυον); ejus formatio comparatur lactis coagulationi III, 340, 27 ss.; III, 352, 25 ss.; III, 356, 23 ss.; III, 404, 30, cf. III, 405, 15 ss.; nihil corporis specie ad eum effingendum confert semen virile III, 341, 23 ss.; in utero et apud matrem esse debet III, 377, 48 s.; quia feminarum ventrem turgidum reddunt, hic ossibus caret III, 241, 50 ss.; ejus principium materiale residuum seminale feminæ est III, 490, 30 s., cf. 37 s.; in eum impenditur residuum seminale apud unipara III, 407, 6 s.; principium ex albumine petit, alimentum vero e vitello III, 374, 15 ss., cf. 18 s.; qui umbilicum habent, omnes per eum crescunt III, 142, 18; umbilici ope sanguineum alimentum hauriunt III, 365, 45; viviparorum umbilici ope incrementum capiunt ex eo quod per uterum affluit III, 365, 38 ss.; III, 373, 32 ss.; III, 375, 21 s.; venæ fluenti tanquam aquæductui appositus est III, 366, 23 s.; e matre hauriunt eodem modo ac plantæ e terra, 622, 7; ejus in gratiam in acetabula deponitur sanguineum alimentum III, 366, 7 ss.; dum parvus est, majora ac manifesta sunt acetabula, idque quare III, 366, 11 ss.; eo grandescente ac perfectionem appetente minora fiunt ac concidunt III, 366, 5 s., 13 s.; eo perfecto evanescunt III, 142, 34 ss.; III, 366, 6 s.; ei obversa est concava acetabulorum pars III, 366, 3; apud animalia acetabulis carentia ab ipso utero suspensus est III, 37, 48 s.; in animalibus vero iis præditis, ab ipsis III, 37, 49; ut salvus sit et incrementum capere possit, pondus utero incumbere non debet III, 326, 36 ss., cf. III, 327, 13; necessario ponderosi sunt et motu agitantur III, 325 35 s.; prope septum transversum gigni nequeunt, idque quare III, 325, 34 ss.; ubi propter molem non amplius per umbilicum ali potest paritur, idque quare III, 412, 45 ss.; ab ore ad uterum pervenire non potest III, 382, 14; in iis simulac consistunt, apparent cor et jecur III, 257, 51 ss.; etiam in iis quæ abortu ejiciuntur, perexigua conspiciuntur III, 258, 3; in iis omnium partium prima apparet cor et statim sanguineum est III, 258, 49 ss.; in iis statim ante omnes alias partes movetur cor III, 259, 6 ss.; ejus oculi et caput initio maxima sunt, idque quare III, 360, 52 s.; ejus membra vero et partes inferiores parva, idque quare III, 360, 54 ss.; ejus partes superiores inferioribus majores sunt III, 413, 2 s.; umbilico quasi stateræ appensus est III, 413, 3; magnorum animalium etiam magni sunt III, 407, 8 s.; ejus medium tenet jecur III, 112, 47; ei medio adhæret umbilicus cum apud quadrupedes, tum apud pisces cartilagineos, *ibid.*; eum ab utero separant membranæ ac secundæ III, 366, 3 ss.; idque tam apud pedestria quam apud volatilia et natatilia III, 366, 29 ss.; unumquemque eorum circumdant membranæ et secundæ (apud animalia multipara) III, 366, 24 s.; viviparorum secundis, oviparorum vero membranis circumdatur III, 142, 12 s.; ope venarum umbilicalium alitur III, 357, 25; item incrementum capit III, 357, 38; idque eodem modo quo plantæ radicibus aut animalia in lucem edita alimento quod eorum corpore continetur III, 357, 38 ss.; alimenti gratia in utero manet III, 357, 25 s.; non, sicut Democritus censebat, ut ejus partes ad matris effigiem effingantur III, 357, 26 s.; ejus primum alimentum lactis speciem refert III, 357, 35 s.; iis increscentibus et maturescentibus, partes et viscera colorem mutant III, 237, 8 s.; medulla vero pinguedinosa evadit III, 237, 11 ss.; eorum nutritio ubi fiat IV, 313, 15 s.; initio graviditatis ei generando impenditur residuum genitale III, 411, 24 s.; versus finem graviditatis jam constat ac suum attingit finem III, 411, 33 s.; hinc residuum seminale tunc non amplius ei generando, sed tantummodo ejus incremento impenditur III, 411, 31 ss.; ponere itaque licet, eum tunc minorem hujus residui partem consumere III, 411, 29 s., cf. III, 412, 20 s.; ponere tamen etiam licet, eum quo major sit, eo majorem hujus residui partem consumere III, 412, 21 ss.; ubi sua jam habet, nec amplius alienum sibi vindicat, exit et generationis modum mutat III, 411, 35 s.; ubi non amplius consumit residuum seminale, ejus vero exitum impedit, id necessario sursum versus, nempe in mammas colligitur III, 412, 12 ss.; quo tempore vitalis evadit, etiam utile fit lac III, 140, 38 s.; eorum qui nondum sensu sunt præditi affectus non somnus est, sed somno similis, idque quare III, 415, 22 ss.; nondum sensu præditi plantarum vitam agunt III, 415, 24 s.; iis inest anima plantis competens II, 13, 35; intra uterum sensum recipiunt III, 415, 9 s.; intra uterum manifesto interdum vigilant sed confestim iterum consopiuntur III, 415, 31 ss.; sanguine nutriuntur III, 237, 6 s.; e sanguine consistunt eorum partes III, 237, 5 s.; viscera eorum et medulla quæ eorum ossibus continetur admodum sanguinolenta sunt III, 237, 7 s., 10 s.; perduntur si debito densior vel torpidior sit matrix III, 212, 17 ss.; hominis citius in utero perficiuntur masculini quam feminini III, 127, 46 s.; item equi III, 127, 46; item omnium animalium quæ plures pariunt III, 127, 47 s.; eorum magnitudo causa est cur animalia diu uterum ferant III, 413, 19 s.; quænam sit ejus positura intra matricem (vel ovum), cum apud quadrupedes, tum apud bipedes et animantes pedibus carentes III, 142, 22 ss.; omnes primo caput sursum tenent, postea vero id deorsum obvertunt III, 142, 26 ss.; si secundum naturam nascuntur, in caput exeunt III, 142, 29; III, 143, 37 s.; si in pedes vel complicati exeunt, præter naturam nascuntur III, 142, 30 s.; cur alia animantium multos pariant, alia vero non IV, 163, 12 ss.; apud multa animalia, inprimis apud sues multi unico coitu procreari possunt III, 401, 44 s.; III, 214, 38 s., 42 s.; idque inprimis apud multipara III, 404, 23 s.; idque quare III, 405, 12 ss., 18 ss.; iique probant non omne emissum semen in procreationem impendi III, 214, 37 ss.; nec semen ex universo corpore provenire III, 214, 44 s.; multiplices apud animalia multipara eodem modo se habent ac unicus apud animalia quæ unicum pariunt III, 366, 19; sæpe in unico uteri loco inveniuntur duo III, 404, 38; quomodo intra uterum dispositi sint apud multipara III, 404, 39 s.: in valde parvis supra modum frigent atque splendent III, 478, 40 ss.; propter contiguitatem coalescunt, ita ut monstra generentur III, 406, 33, cf. III, 402, 11 ss.; pauciores facilius perficiuntur quam multi III, 408, 41 s.; quænam vivipara perfectos, quænam imperfectos edant, idque quare III, 408, 37 ss.; quænam cæcos III, 408, 48 s.; quænam aves cæcos et imperfectos edant, idque quare III, 409, 8 ss.; imperfectos pariunt multifida III, 402, 34; immo plerosque eorum cæcos, e. gr. canis III, 402, 35; omnium quadrupedum quæ jacentes pariunt in latus eduntur III, 127, 30; ante eum exeunt primitiæ, id est aqua III, 143, 16 ss.; eodem modo secundas exuunt quo serpentes et insecta senectam III, 162, 10 s., 14 ss.; eodem modo ex ovo gignitur apud aves quo apud pisces cartilagineos et viperas III, 325, 20 s.;

prope genitalia gignitur et apud animalia vivipara intra se et apud pisces cartilagineos et viperas III, 325, 22 s., cf. 47 s.; idque quare III, 325, 34 ss.; eos emittentes non conspiciuntur pisces cartilaginei III, 382, 32 s.; cicadarum in terram cadunt, si in scillæ caulem aut in vitium pedamenta editi sint III, 100, 33; leporinorum in ventriculo coagulat lac herba succo lacteo referta qua vescuntur matres III, 273, 39 ss.; locustarum adeo molles sunt, ut attactu conterantur III, 99, 37 s.; quam primum se converterit equæ, ei inequitant Scythæ III, 127, 26 s.; earum equarum quæ graviditatem ad finem perferre nequeunt, dissecti circa renes alia corpuscula renibus similia habere reperiuntur III, 128, 22 ss.

Fœtus adultus; cavas corporis partes subit, ibique sentitur ejus motus III, 142, 48 ss.; interdum circa pudendum volvitur III, 142, 50.

Fœtus humanus; si diu post conceptionem concipiatur alius, non perficitur, sed primum corrumpit III, 140, 15 ss.; si vero brevi, interdum perficitur et simul cum altero vitalis in lucem editur III, 140, 18 ss.; evenit jam ut duodecim superfœtatione concepti abortu ederentur III, 140, 17; si mas conceptus est, plerumque per triginta dies perstat menstrua purgatio, si femina per quadraginta III, 137, 34 ss.; iisdem fere diebus lac parcum ac araneosum habere incipiunt prægnantes III, 137, 40 ss.; maris motus plerumque quadragesimo die percipitur, idque in dextro latere, feminæ vero nonagesimo, idque in sinistro III, 137, 47 ss.; eodem tempore finditur III, 138, 2 ss.; quadragesimo die si ejectus fuerit mas ac in aquam frigidam mittatur, fissus membranaque tectus apparet ejusque membra distincta sunt III, 138, 7 ss.; item tunc formicam grandem magnitudine æquat III, 138, 11; femineus ante quartum mensem fissus non apparet III, 138, 14 ss., v. *Mas* et *Femina*; ubi pilis vestitur, maxime fastidio laborant prægnantes III, 139, 3 s.; sexto mense perficitur fr. 189, b; ubi caput invertit, sæpe se parturire putant prægnantes III, 139, 14; quisnam sit eorum intra uterum situs III, 142, 24 ss.; III, 143, 37 s.; quænam causa esse videatur cur in utero quiescant III, 505, 19 ss.; vitalis si sit octavo mense descendere occupat III, 138, 26 s.; qui octavo mense suffocatus fuerit, non descendit nec eum ad justam graviditatis terminum perferunt mulieres III, 138, 27 ss.; qui matrice non hiante natus fuerit, vitalis non est III, 138, 31 s.; et septimo et octavo et nono mense in lucem eduntur III, 139, 18 s., cf. III, 405, 40 s.; plerumque tamen decimo III, 139, 19 s., cf. III, 405, 41; interdum et undecimi mensis partem sibi capiunt III, 139, 20; septimestres, etiamsi debiles, tamen vitales sunt III, 139, 22 s.; III, 405, 41; igitur eos lanis involvunt III, 139, 23; ante septimum mensem si edantur, nusquam vivere possunt III, 139, 21 ss.; septimestribus interdum meatus fissi non sunt, sed postea perforantur III, 139, 24 ss.; III, 409, 20 s.; octimestres nonnullis in locis vivere possunt, etiamsi prodigia sint, idque in quibusnam III, 139, 26 ss.; in Græcia pauci admodum servantur octimestres III, 139, 31 s., cf. III, 405, 42 s.; qui ibi servantur revera octimestres non esse creduntur III, 139, 33; octimestres non solum ipsi vivere nequeunt, sed etiam matri periculum mortis conciliant III, 139, 38 s.; qui post undecimum mensem nascuntur plerumque latent, idque quare III, 139, 40 ss.; plerumque unicum pariunt pleræque mulieres III, 139, 50 ss.; III, 405, 34 s.; multis tamen in locis sæpe et gemellos III, 139, 52 s.; pariuntur et terni et quaterni, idque quibusdam locis sat frequenter III, 139, 53 s.; ad plurimum eduntur quini III, 140, 1; evenit ut viginti ediderit quattuor partubus eadem mulier III, 140, 3 s.; plerumque mucoso lentore pleni eduntur, si post octavum mensem coeant prægnantes III, 140, 31 ss.; sæpe cibis pleni esse observantur qui matri oblati III, 140, 33 s.; sine unguibus nascuntur si sale largius vescatur mater III, 140, 35 s.

Fœtus decimestres; v. *Decimestres*.

Fœtus septimestres; multi vivunt III, 139, 26; III, 409, 22; plures vivunt quam octimestres fr. 690, b; imperfecti sunt quia ante debitum tempus eduntur III, 409, 18 s.; ante debitum tempus eduntur quia eos perficere nequeunt matres III, 409, 16 ss.; adeo debiles sunt ut laneis fasciis involvantur IV, 307, 48; III, 139, 23.

Fœtus octimestres; nonnulli affirmant eorum nullum vivere fr. 190, a; vivunt vero idque præsertim in Ægypto, idque quare, *ibid.*; in Græcia quoque vivunt *ibid.*, cf. III, 139, 26.

Fœtus novimestres; quamobrem non vociferentur, decimestres vero simul ac nati sunt vocem edant IV, 307, 40 ss.; eorum generatio absoluta non est IV, 307, 44.

Fœtus undecimestres; edi videntur fr. 190, b.

Fœtus quadrupedum; perfecti intra intestinum excrementa cum liquida tum globosa habent III, 142, 31 ss., cf. III, 143, 41 s.; item urinam intra vesicam III, 142, 33.

Fœtus viviparorum; alimentum et incrementum capiunt eo quod aliqua sui parte adhærent III, 377, 36 s.; igitur primum plantæ vitam agunt III, 377, 34 ss.; duabus secundis circumdantur III, 142, 13 ss.; maxima sui parte cum utero cohærent, reliqua humore aliquo ab eo disjunguntur III, 142, 15 s.; ubi incrementum ceperit, ejus facultas immutatur atque alium quærit cibum III, 216, 49 s.; hinc sub partum uteri inflammationem provocat III, 216, 50 s.; vivere cupiens partus dolorem excitat III, 217, 12 s.; contrario modo exeunt ac avium ova, nempe in caput III, 375, 46 ss.

Folium; pertinet ad scientiæ naturalis subjecta, idque quare II, 534, 38 ss.; ea fructus esse antiqui sapientes asserebant IV, 39, 21 s.; ad terram pertinent, idque quare III, 624, 23 ss.; fructus involucri tegumentum est III, 444, 40 s.; fructus tegendi gratia fiunt II, 271, 16, 19; eorum diversitates IV, 26, 30 ss.; initio herbaceo colore fiunt III, 648, 10; piri et portulacæ et nonnullarum aliarum plantarum coctione punicea fiunt III, 651, 32 ss.; quæcunque vero eorum celeriter exsiccantur flava fiunt, idque quare III, 651, 33 ss.; plerarumque arborum postremo flava fiunt, idque quare III, 651, 18 ss.; quare glauca fiant frigore IV, 41, 28; plantarum nigros habentium fructus nigra, idque quare III, 649, 47 s.; omnia aquæ supernatant IV, 32, 14 s.; exsiccatis nil nisi venæ restant III, 262, 2 ss.; igitur iis comparantur animalia admodum emaciata III, 262, 1 s.; ea partiario amittunt omnes plantæ III, 422, 10 s.; idque quare IV, 41, 16 ss.; eorum partiaria amissio defluxus non vocatur sed conferta III, 442, 12 ss.; eorum defluxus hieme fit, idque quare III, 422, 19 ss.; eorum defluxus ab inopia humoris calidi pendet III, 422, 14 s.; eorum defluxus aliquatenus calvitiei similis est III, 422, 5 ss.; quare ea post hiemem recuperent plantæ III, 422, 48 s., v. *Frons*; eorum defluxui similis est casus cornuum cervorum et pilorum nonnullorum animalium IV, 23, 52 ss.; eorum utilitas IV, 39, 28 ss.; ad tingendum inserviunt III, 647, 21; iis carentes plantæ IV, 35, 26; in herbis minutis IV, 35, 28 s.; in ea decidit ros III, 93, 17; in viridibus nascuntur erucæ, idque in quibusnam præcipue III, 93, 31 s.;

in motum se adscendere putant cicadæ, ubi digitum leniter sibi admotum et extensum adscendunt III, 100, 50.

Foliorum defluvium (τὸ φυλλοῤῥοεῖν); toti cuipiam definitio inest ut plantis vel hujusmodi plantis, 169, 1; fit propter foliorum latitudinem, 168, 16 ss.; item propter humoris congelationem, 169, 5, 37; item quia succus in connexione seminis congelatur, 169, 39.

Folliculus (insectorum); v. *Senecta*.

Follis (φῦσα); non longe ab ejus figura distat figura pulmonis ac cordis III, 550, 32 s.; iis utuntur in officinis ærariis III, 541, 55; III, 550, 22; iis propter respirationem comparatur pectus III, 541, 54 ss.; III, 550, 40, eo a pectore differunt quod alio foramine aerem recipiunt, alio emittunt III, 542, 3 s.; duri neque comprimi neque dilatari facile possunt III, 655, 40 s.

Fomenta (πυριάματα); admovenda sunt ægrotorum pedibus in febribus intermittentibus IV, 119, 17 ss.

Fomes (πυρία); ei comparantur sanguinis fibræ III, 235, 45.

Fons; eorum ortus IV, 31, 18 ss.; a terræ motibus nonnunquam gignuntur III, 595, 21 ss.; IV, 31, 26 s.; eorum tamen causa terra motus non sunt III, 595, 22; eos terræ motibus sæpe submergi videmus IV, 31, 28 s.; alii tepidi, alii perferventes, alii bene temperati, calefacti vicinitate ignis fontium III, 633, 52 ss.; iis evanescentibus necessario flumina diminuuntur et tandem exsiccantur III, 571, 20 ss.; non e conspicuis solum profluunt flumina III, 570, 26; non quasi e vase promuntur, sed fiunt ubi aqua assidue gignitur et in unum locum confluit III, 574, 31 ss., cf. III, 568, 50 ss.; plerique montibus et locis editis vicini sunt III, 569, 8 s.; in planitie absque fluminibus pauci admodum inveniuntur III, 569, 9 s.; eorum sub montibus situs probat eos e parvis rivulis congregari III, 570, 19 ss.; alii acidos, alii amaros, alii omnis generis alios sapores habent III, 482, 49 ss.; III, 582, 50 s.; causa ad ignis facultatem quæ iis insita est referenda III, 582, 52 ss.; eorum qui salsi sunt plerique calidi olim fuisse censendi sunt III, 582, 46 ss.; quantum fieri potest, eorum copia nativa urbi suppetere debet, 613, 20; iis curandis in magnis civitatibus peculiares magistratus præpositi sunt, 598, 25; ei comparatur civitas, 522, 51; nonnulli partim fanatico furore afficiunt propius accedentes, partim tabifica vi absumunt, partim fatidicos efficiunt, partim prorsus enecant III, 634, 2 ss.: e quodam sal gignitur in Chaonia III, 582, 31 ss.; miræ naturæ in prato ad viam quæ Syracusas ducit IV, 83, 21 ss.; in Palicis Siciliæ IV, 83, 25 ss.; ejus magnitudo et natura IV, 83, 26 ss.; jusjurandum quod ibi sanctum videtur IV, 83, 29 ss.; miræ naturæ apud Ammonem fr. 268, b; olei miræ naturæ juxta montem Uranium in Carthaginiensium ditione in Sicilia IV, 95, 35 s.; juxta hunc petra quædam IV, 96, 1 ss.; Jovi vindici jurisjurandi consecratus Asmabœa vocatus prope Tyana IV, 104, 17.

Fontes calidi; v. *Aquæ calidæ*.

Fonticulus; miræ naturæ Scotussis in Thessalia IV, 96, 28; vulnera sanat IV, 96, 30; lignum fissum coalescere facit IV, 96, 32; apud Cyclopas Thraces est cujus aqua ab animali hausta necat IV, 97, 23 ss.

Forenses homines (ἀγοραῖοι); iis in democratia anteponendi agricolæ et nautæ, 417, 53; quomodo iis persuaserit Timotheus Atheniensis, ut nummum æneum recenter a se cusum argentei loco acciperent, 646, 6.

Forensia loca; in quibus aliquid vendebatur, elocarunt Byzantii, 640, 44.

Fores; efficere debent tyranni, ut semper ante eas versentur cives, qui peregre non absunt, 584, 33.

Forfex (χηλή); pro portione manui respondet III, 2, 3; dextram majorem et robustiorem habent III, 318, 19; eas habent et scorpius et insectum scorpio simile quod in libris invenitur III, 67, 38 s.; eas habent et locustæ et cancri III, 285, 30 s.; idque non ingrediendi sed prehendendi et retinendi gratia III, 285, 32 s., cf. 36 s.; easque in convexam partem flectunt et circumagunt III, 286, 35; iis carent squillæ, idque quare III, 286, 3 ss.; dextram semper majorem habent cancri et locustæ, idque quare III, 286, 15 ss.; eas habent astaci, quia ad genus pertinent iis præditum III, 286, 23 s.; iis non ad prehendendum sed ad gradiendum utuntur III, 285, 25 s.; igitur modo dextram, modo sinistram majorem habent III, 286, 21 s., 24; cancrorum manuum munere funguntur III, 296, 30; hinc ad prehendendum non ad secandum utiles esse debent, idque quare III, 296, 31 ss.; ideo ejus superior pars tantummodo movetur III, 296, 28 s.; idque quare III, 296, 21 ss.; eas introrsum flectunt crustata iis prædita III, 58, 45 s.; iis carent locustæ, habent vero astaci III, 58, 14 s.; ultimas si pedibus adnumeres, quinque pedes utrinque habent locustæ III, 58, 33 s.; eas habent cancri III, 61, 8 ss., cf. III, 58, 35; semper alterutram earum majorem habent astaci, sed non semper eandem, idque tam mares quam feminæ, idque quare III, 59, 54 ss.; III, 286, 21 ss.; plerumque dextram majorem et robustiorem habent cancri III, 61, 11; bifida cibum ori admovent cum locustæ tum cancri III, 148, 32 ss., cf. *Pedes*, *Pedes magni* et *Pedes primi*.

Forma (μορφή sive μορφὴ καὶ εἶδος); quidnam II, 539, 31; II, 558, 29; hoc aliquid et separabile est II, 521, 49 s.; aliæ separabiles sunt, aliæ non II, 558, 31 s.; eam respicit quartum qualitatum genus, 15, 8; secundum eam unumquodque quale dicitur, 15, 12; uniuscujusque rei in terminis consistit II, 463, 15; per se differt a forma materiei conjuncta II, 380, 47 ss.; II, 381, 24 ss.; est definitio substantiæ uniuscujusque rei II, 463, 38; ea res certum aliquid esse dicuntur III, 444, 17; in rebus ortui et interitui obnoxiis causæ finalis partes agit II, 463, 37; ei opponitur privatio II, 273, 40; II, 594, 38; ut fiant vel intereant forsan opus est quædam alterari quibus primis insunt II, 337, 45 s.; proportio mixtionis numerorum corporalium est II, 636, 30, 35 s.; quibus in materie est, ea, ubi agunt, afficiuntur II, 447, 19 s.; quibus vero non in materie, ea non afficiuntur II, 447, 18 s.; id est quod materie aliquando fit II, 495, 1; igitur multo adhuc probabilius est eam exstare quam materiem II, 494, 51 ss.; duplici modo dicitur, quum privatio etiam aliquatenus forma sit II, 262, 24; movet etiamsi non moveatur II, 270, 2; finis est et id cujus gratia res fiunt II, 270, 3; II, 271, 23; II, 530, 33; earum assumptio vel amissio alteratio non esse probatur II, 336, 49, 51 ss.; materie principalius principium esse videtur II, 586, 21 s.; si interitui obnoxia est, nulla exstabit substantia æterna et separabilis II, 586, 22 ss.; difficile determinatu, cuinam insit, cuinam non II, 495, 4 s.; II, 587, 16 ss.; eam jam habere debet generans II, 352, 25; tempore materie posterior est, ratione vero prior III, 229, 13 ss.; materie potior est III, 220, 48 s.; ejus quod potentia est inest ei quod actu est in rebus quæ natura vel arte fiunt III, 348, 9 s.; eam motus ope materiei indit ars III, 342, 43 s.; arte factorum extra id quod fit est III, 349, 6 s.; lecti, fabri animæ inest III, 342, 44.

Forma (εἶδος); cognitu difficillima est II, 540, 11; qualis eam respiciat definitio II, 559, 51; quidditas est II, 264, 47; II, 515, 39; notio quidditatis est II, 264, 12 s.; II, 515, 4; quidditas et prima substantia uniuscujusque rei est II, 544, 27 s.; arte factorum in anima est II, 544, 27 s., cf. 31 s.; 40, 51; idem quod quidditas II, 549, 23; substantia est II, 521, 50; II, 548, 6; insita substantia est II, 551, 28 s.; actus est II, 571, 7; genere a materie differt II, 532, 34; nec elementum est, nec elementis constat II, 560, 32, cf. II, 557, 39 ss.; est causa essentiæ et substantiæ II, 560, 33 s.; igitur proprie substantia vocatur II, 560, 34; materie prior est II, 624, 5; indivisibilis est II, 546, 41; per se dici potest II, 548, 13; contrariorum quodam modo eadem est II, 544, 29; rerum singularium diversa est, sed universali notione eadem II, 608, 32, cf. 41; ultima non fit II, 601, 17 s.; ejus nec partes, nec principia sunt partes in quas intereunt res II, 548, 38; separari nequit, nisi notione (κατὰ τὸν λόγον) II, 261, 7; ejus partes sedulo a cuncti partibus distinguendæ sunt, idque quare II, 550, 1 ss.; id est in quod mutatio fit II, 601, 20, cf. 30; quomodo ab idea differat II, 546, 18 ss.; non fit, nec ejus generatio vel interitus est II, 545, 52 s.; II, 546, 13; II, 554, 48 s.; II, 555, 1 s.; materie prior et magis atque substantia est II, 539, 33 s.; II, 540, 7; item eo quod materie constat prior II, 539, 34; ex materie forma constat II, 530, 38; materiæ non inest II, 283, 14; continet materiam II, 283, 24; ubi non vincit materiem fiunt res præter naturam ac monstra III, 402, 51 s., cf. III, 401, 16 s.; unum est II, 258, 4; an substantia sit, nondum constat II, 258, 35; substantia est II, 554, 44; non solum in substantiæ categoria, sed et in reliquis nunquam generatur II, 547, 26; causæ moventi inest III, 344, 41; actus atque perfectio est III, 444, 18, cf. 30; III, 447, 3; ab ea petitur differentia specifica II, 583, 28, 37, 43, 47; aliquid ejus rei est cui inest II, 288, 36 s.; hoc aliquid est et natura et habitus II, 601, 30 s.; actus est; si separabilis sit II, 603, 10 s.; a re separari nequit II, 287, 4, 12; eam spectat definitio II, 550, 4; eam definiendo enuntiat dialecticus III, 432, 50 s.; necessario in tali materie esse debet III, 432, 51 s.; quæritur quatenus circa eam versetur naturæ studiosus III, 433, 2 ss.; II, 263, 7 ss., 47 ss.; eam considerat aliquatenus eadem scientia quæ materiem II, 263, 28, cf. II, 269, 50; eam eatenus considerat physica quatenus ars II, 263, 17 ss.; quatenus eam consideret ars II, 263, 38; alii alia est materies II, 263, 45; eam parum attigerunt Empedocles et Democritus atque in universum antiqui II, 263, 14 ss.; naturales et interitui obnoxiæ pertinent ad physicam II, 260, 30; ante generationem adesse debet, idque in omnibus categoriis II, 547, 31; semel tantummodo generat II, 478, 20 s.; quid ex ea unum faciat cum re nemo dicere valet II, 610, 50 s.; facit autem causa movens II, 610, 51; rerum interitui obnoxiarum vel æterna est vel interitui obnoxia et facta, etiamsi nec intereat nec fiat II, 560, 35 ss.; earundem an separabilis sit non constat II, 560, 39 s.; arte factorum separabilis esse nequit, idque quare II, 560, 40 s.; arte factorum forsitam substantia non est, sed sola rerum naturalium II, 560, 42 ss.; in nonnullis rebus, e. gr. arte factis præter cunctum non exstat II, 601, 32 ss.; si alicubi, in solis rebus naturalibus, sine materie exstat II, 601, 37; fieri nequit ut a corpore separetur, ubi hoc in aliquid ramento serra secto simile convertitur II, 435, 46; nil nisi ea præter cunctum exstare posse videtur II, 587, 15 s.; eam si determinare non possimus, cuncti naturam investigamus III, 220, 45 s.; quæ ejus definitione continentur, interdum rei partes esse dicuntur II, 548, 8; generationis finis est II, 517, 42 s; ejus partes esse nequeunt quæ rebus alia forma præditis superveniunt II, 550, 6 ss.; quorum definitio hanc solam respicit, vel omnino non intereunt vel non eodem modo quo res materiei implicitæ II, 548, 35 ss.; sine ortu et interitu sunt et non sunt II, 562, 18 s.; potest id esse in quo fit motus II, 358, 48; non movetur, nec in ea est motus II, 308, 9 s., 16; II, 597, 42 s.; ei nec motus, nec supra et infra est II, 287, 20; mutatur et movetur una cum re II, 287, 24 s.; ad suam feruntur quæ ad locum suum feruntur II, 427, 20 s.; ab una in alteram transit homo, ubi a morbo in sanitatem transit II, 310, 1 ss.; II, 598, 44 s.; ei non competit magis et minus II, 561, 20; ejus ope respondetur quæstioni *quapropter* II, 557, 27; proprie et primarie dicitur natura II, 517, 45 ss.; non magis quam globi pars est, fœtus pars est semen virile III, 341, 21; speciei continet semen III, 395, 6 s.; mari debetur III, 340, 26; eam partibus animalis non tribuunt elementa, sed motus a patre semini inditus III, 348, 53 ss.; arte factis vero instrumentorum motus artis notionem continens III, 349, 4 ss., cf. III, 358, 3 ss.; eam actu habet genitor III, 349, 8; habitus sunt II; 447, 33 s.; in anima perstant intereuntibus rebus singularibus II, 555, 14 s.; eas in imaginibus intelligit intellectus III, 470, 16; in iis fugiendum ac persequendum determinat intellectus III, 470, 16 s.; quæ sensibus obversantur, quatenus unum sint, etiamsi substantia non idem III, 470, 6 ss., 13 ss.

Forma rerum sensibilium; triplicem agnovisse videtur Democritus II, 559, 4; sunt tamen ejus differentiæ longe plures II, 559, 7 s.; iis insunt res intelligibiles III, 470, 50 s., v. *Sensibilia*.

Formæ expers (τὸ ἄμορφον); quomodo se habeat ad rem forma præditam, sic natura subjecta ad res naturales II, 258, 25.

Forma et materies; earum unitas solvit quæstionem cur res unum sint II, 563, 8 s., 15, 42.

Formale principium (κατὰ τὸ εἶδος ἀρχή); ejus disquisitio pertinet ad primam philosophiam II, 260, 29.

Formatile (πλαστόν); dicitur juxta potentiæ privationem III, 619, 6; quænam sint III, 620, 36 ss.

Formica; insecta sunt quæ coeunt atque ex ejus nominis animalibus generantur III, 328, 29; intus habent linguæ similem partem III, 251, 31; III, 277, 35 ss.; stimulum in anteriori parte non habent III, 277, 35 ss.; III, 284, 18 ss.; igitur dentes habent, idque quemnam in usum III, 284, 11 ss.; partim alatæ sunt, partim alis carent III, 56, 2 s.; III, 223, 50; coeunt et vermes pariunt, idque quales III, 98, 45; earum generatio vere fit III, 98, 48; insecta sunt quæ hieme non latent III, 82, 15; igitur hieme coeunt et gignuntur, si serena et austrina fuerit tempestas III, 82, 13 ss.; exstat parvum earum genus quod cnipas vocant III, 486, 48 s.; civile animal est III, 3, 40; imperio caret III, 3, 42; domum sibi struit III, 3, 52; terram egerunt III, 202, 39 s.; earum genus pertinet ad insecta, immo ad animalia operosissima III, 193, 37 ss.; earum opera et ciborum repositionem et dispensationem quisque videre potest III, 193, 43 ss.; semper eandem semitam omnes ingrediuntur III, 193, 44; pleniluniis etiam noctu operantur III, 193, 45 s.; earum genus multis animalibus sanguine præditis prudentius est, idque quare III, 235, 33; imaginatione carere videntur III, 465, 50 s.; dubitant utrum mente quadam an alia de causa agant II, 271, 14; nihil faciunt sed facta colligunt, eoque ab apibus et araneis differunt III, 195, 3 ss.; fugiunt, cubilibus earum pulvere sulfuris adsperso, ideoque olfactum habent III, 71, 4 ss.; item suffitu corvi cervini III, 71, 6 s.; maxime tamen suffitu styracis III, 71, 7 s.; iis vescitur ursus III, 153, 18; eas comedit draco fr. 187, b; eas in arboribus venatur picus III, 181, 14 ss.; grandem magnitudine æquat fœtus mas quadraginta dierum III, 138, 11; fore censet Democritus, ut in cælo accurate distingui possent, si vacuum inter id et oculum interesset III, 453, 43 ss.

Formicæ equites; v. *Equites formicæ.*

Formicæ parvæ rubræ; v. *Cnipes.*

Formidabilis; qui multis est, ille necessario multos formidat fr. 338, b.

Formosus; in ejus erga deformem amore fit transitus a bono simpliciter ad bonum alicui II, 222, 21.

Fornax (κάμινος); quomodo testæ, in ea cocta esse videntur ossa III, 361, 45 s.; ei uterum assimilare videtur Empedocles III, 393, 1; lati pectoris tribuuntur telluri ab Empedocle III, 441, 41.

Fornicata opera (ψαλίδες); umbilici in illis III, 639, 45.

Fors; ei qui injuriam tribuere possunt, in injuriam proclives sunt, 339, 5.

Fors ut tulerit; id in rebus quæ secundum naturam sunt non obtinet II, 398, 4, 49; II, 414, 14; tollitur, si omnia necessaria sint II, 594, 1 ss.

Fortis (ἀνδρεῖος); a fortitudine denominatur, 1, 16; proprie is dicitur qui nec morte honesta perterretur, nec instantibus quæ mortem afferunt II, 32, 9; vacat etiam metu in mari ac in morbis sed alio modo quam nautæ II, 32, 12; ejusmodi se præstat et in rebus in quibus strenuum aliquid est vel in quibus pulchrum est mori II, 32, 16; ut homo imperterritus est II, 32, 22; II, 35, 1; metuet igitur quæ supra hominem sunt eaque ut oportet et ratio suggerit, subibit II, 32, 23; II, 34, 42; est igitur is qui metuit ac sustinet quæ oportet et cujus gratia et quando et quomodo oportet II, 32, 29; honesti causa facit actiones fortitudini congruas II, 32, 24, 35; II, 33, 13, 28, 40, 42; II, 35, 2, 31, 37; bona spe fretus est II, 35, 52; in rebus agendis acer est, antea vero quietus II, 33, 6; ei non competit propter paupertatem, vel amorem, vel molestiæ alicujus causa mori II, 33, 11; is est qui pericula sustinet iisque gaudet nec molestatur II, 16, 37; non est qui ne deos quidem timet II, 137, 37; nec qui omnia timet vel qui nihil timet II, 137, 39; nemo esse dicitur propter fortunam II, 172, 34; eum ingenuum vocamus II, 173, 30; ita vocatur quia molesta perfert II, 35, 19; ei molesta sunt vulnera et mors II, 35, 30; quo felicior est et quo magis virtute eminet, eo molestius mortem feret, idque quare II, 35, 32; pugili comparatur II, 35, 24; circa terribilia versatur II, 207, 36; solummodo eas res terribiles sustinet quæ humanam naturam non excedunt II, 145, 46; II, 208, 29 ss., cf. 5, II, 209, 51; probatur nequaquam omni metu vacuus esse II, 208, 42 s.; cum metuit tum sustinet quæcunque ratio jusserit II, 208, 50; revera is solus qui pulchri causa metu caret II, 146, 39; II, 208, 46; ideoque res valde terribiles vel exitiosas non sustinet, nisi pulchræ sint II, 208, 52, cf. II, 208, 9; probatur non solum sibi terribilia sustinere II, 208, 13 ss; si alii terribilia tantum sustineret, res gravis non esset II, 208, 12; sustinet simpliciter terribilia, id est quæ generi humano aut plerisque terribilia sunt II, 145, 46 ss.; II, 208, 27; comparatur robusto et sano II, 208, 34; neque ita vocatur, qui propter ignorantiam aut propter iram terribilia non metuit II, 210, 7, 9; nec qui ultionis spe aut propter alias voluptates mortem aut dolores tolerat II, 210, 14; nec qui intemperantia mortem sibi consciscit II, 210, 19; nec qui laboris metu II, 210, 22; quatenus ei similis sit et quatenus ab eo differat qui spe bona fretus dimicat II, 34, 36; ei magis etiam competit in repentinis periculis terrore carere quam in prævisis, idque quare II, 35, 3; ei quoque similis videtur qui propter ignorantiam dimicat II, 35, 7; nemo eo melius pericula sustinet II, 31, 52; quatenus ei similis sit ac quatenus ab eo differat qui propter iram aut ultionem dimicat II, 34, 14, 27, 41; animosi sunt II, 34, 16; eos adjuvat ira II, 34, 28; apud eum prorsus rationi consentit anima concupiscens II, 14, 13; rectam de rebus terribilibus habet sententiam II, 210, 6; II, 211, 7; eum ejusmodi sequitur facultas ut, si patiatur, non ducatur, sed vincat, 214, 12; cum audaci comparatus ignavus, cum ignavo audax videtur II, 22, 32; eum ignavus audacem et furentem, audax vero et petulans ignavum vocat II, 22, 38; II, 139, 13; interdum eadem sectatur atque audax, idque quare II, 214, 17; pericula sustinet, sed non eodem modo quo audax II, 214, 19; pericula præter rationem magna contemnit II, 214, 35; rem gravem putat si inter ignavos recenseatur II, 214, 35; non omnem multitudinem terribilem habet II, 214, 36; non est qui opum jacturam aut morbum non timet II, 145, 37 ss.; præter res ad vitam necessarias ei opus est hominibus in quos fortes faciat actiones II, 124, 23; etiam clypeum abjicere vel terga dare possit II, 64, 14; ei opus est potentia, ut munere suo fungatur II, 125, 46; ei conveniunt arma pulchra, 360, 54; ei congruit ut non vincatur, 330, 53; ejus actiones facere jubent leges II, 53, 17; æmulationem excitat, 363, 3; quare in honore sit, 351, 50; eum laudamus propter opera et actiones II, 12, 18; nobiscum esse possumus II, 151, 5; statim inde ex ortu sumus II, 75, 14; quomodo fiamus II, 16, 29; fimus fortia facientes II, 15, 7; ubi facti sumus, maxime res terribiles perferre possumus II, 16, 31; cur sint qui frigida loca habitant IV, 191, 34 ss.; IV, 193, 8 ss.; cur magna ex parte vinosi sint IV, 128, 43 ss.; IV, 257, 1 ss.; ejus signa IV, 4, 36 ss.; pilis duris significatur IV, 3, 25; significatur voce gravi et intensa IV, 3, 46 s.; eosdem mores habet atque impudens, etiamsi animabus multum separentur IV, 1, 39 s.; cur duriores sint IV, 172, 30 ss.

Fortis revera sic dictus; quisnam II, 146, 43; semper fortis est II, 146, 18; non propter affectum fortis est II, 146, 20 s.; non est qui fortis esse desinit causa fortitudinis sublata II, 146, 29 s.; fortis est etiamsi nemo adsit qui eum videat II, 146, 39; non omni metu caret II, 146, 46 ss.

Fortes viri (οἱ ἀνδρώδεις); accidit ut acie instructa intremiscant, non perterriti sed fidentes IV, 256, 40 ss.; eorum corpora verberantur ferula lata vel manu IV, 256, 43 s.; verentur ne amici doloris eorum participes fiant II, 115, 23; non quærunt lamentationis socios, quippe qui ipsi non ad lamentationem proclives sunt II, 115, 26.

Fortis sed injustus; si vincatur tragicum est et humanum, 471, 18.

Fortia animalia; v. *Animalia fortia.*

Fortia facinora; ea perpetrare jubet lex II, 150, 39; ad ea tendentem impulsum naturalem habemus II, 157, 53; ea perpetrare non juvat teste Socrate, nisi ea voverimus et ratione præferamus II, 158, 12; exponitur quatenus fieri possit ut justa facere impediant II, 161, 7.

Fortissimi; eos in bello primam aciem occupare oportet, 415, 25.

Fortiter; si præstat τῷ temperanter, fortitudo temperantia præstabit et fortem esse τῷ temperantem esse, 327, 19.

Fortitudo; ab ea denominatur fortis, 1, 16; leoni propria, 119, 44; etiam homini vel alii animali competere potest, 119, 50; eam Socrates perperam scientiam habuit II, 33, 42; II, 146, 6; II, 210, 31, cf. II, 209, 5; quidnam sit et quænam ejus partes quærebat Socrates senex II, 188, 10; non scire volumus quidnam sit, sed fortes esse volumus II, 188, 29; medius habitus est circa timores et confidentiam II, 20, 46; II, 31, 32; II, 33, 4, 8; ejus definitio II, 243, 19; pertinet ad fervidam animæ partem II, 243, 8, 20; quænam ejus opera, II, 244, 25 ss.; quænam ejus sequelæ II, 244, 31 ss.; virtus moralis est ideoque parti irrationali animæ inest II, 35, 47; II, 137, 18 ss.; excessu vel defectu interit II, 137, 35; facit vero, auget et servat eam usus moderatus II, 16, 11, 18; iisdem amittitur quibus augetur II, 16, 29; II, 137, 44; ad timores pertinet II, 137, 42; augetur igitur timoribus modicis II, 137, 43; perditur vero timoribus nimiis, vel quidvis metuentibus, nec minus nihil metuentibus II, 137, 41; magis ac minus recipit II, 118, 10; ei conjugata *fortia* et *fortis*, 195, 6; ejus casus *fortiter*, 195, 14; animæ habitus est II, 195, 4; versatur circa terrores et fiducias II, 145, 35; magis terribilia spectat quam fiduciam facientia II, 35, 16; quænam terrores et pericula vel fiducias spectet, quænam non II, 145, 37 ss.; II, 146, 51 ss.; optimus habitus circa timores et res fiducia dignas II, 207, 47; dici non potest metus continentia, 214, 9; non omnia metuenda respicit II, 31, 37; sed maxima II, 31, 52; i. e. mortem II, 32, 1; nec omne genus mortis respicit II, 32, 3; sed pulcherrimam id est quæ in bello occurrit II, 32, 5; specialiter quodammodo ad mortis metum referri videtur II, 209, 36, cf. II, 146, 51; terribilia ad quæ refertur qualia esse debeant II, 209, 47; II, 145, 37 ss.; II, 146, 51; quodsi causa foret cur majori fiducia certemus, etiam divitiæ et robur fortitudo essent II, 210, 36; pars virtutis, 329, 41; quidnam sit, 330, 1; una e virtutibus est II, 207, 37; eam consequitur virtus et eligendum, 194, 18; ei contraria metus et audacia II, 207, 38; timiditati contraria, 21, 9; ei opponi solet ignavia, non audacia II, 22, 51; II, 23, 7; II, 139, 4 s.; inter ignaviam et audaciam media II, 208, 3, 49; II, 211, 10; animæ affectus inter ignaviam et audaciam medius II, 195, 26; ei similior est audacia II, 22, 45; II, 23, 6; non rite definitur audacia cum bona cogitatione, 253, 47; ad suum finem, id est pericula belli, vel si quid aliud majus est, referri debet, 254, 2; quæ in repentinis periculis ostenditur, potius ab habitu pendet II, 35, 4, 7; quæ vero in prævisis a ratiocinatione II, 35, 6; præstat robori, 327, 3; animo utilis est, 414, 8; 456, 38; majus bonum est quam falsa opinio malum, 253, 6; in anima est, 253, 41; nihilo magis vel minus bonum est quam justitia II, 190, 45; pertinet ad bona quæ virtute consistunt, 446, 16; honesta agit II, 158, 26 s.; ad quæ ea agenda impellit, itidem impellit prudentia II, 158, 29 s.; ut prudentia jusserit sic ipsa agit II, 158, 30 s.; felicitatis pars, 320, 41; bonum est, 181, 19; 323, 38; 324, 11; negari nequit eam bonum esse quia optimum non est II, 171, 16; ejus opera et signa et affectus honesta, 330, 21; virtus est II, 133, 1; ostendendo eam bonum esse progredimur inducendo ad probandum magnanimitatem bonum esse, *ibid.*; quomodo a temperantia differat quod ad molestias attinet II, 37, 24; juveni optabilior quam seni, 200, 3; ea præstat temperantia, 200, 8; ei præstat justitia et quare, 200, 8, 11; 201, 21, cf. 201, 44; ea qui omnino caret, felix esse nequit, 601, 1; non sine omni impetu ac affectu gignitur II, 146, 40; ab ira oriunda maxime naturalis II, 209, 19; eam comitatur ægritudo jureque laudatur II, 35, 20; ejus finis quidem jucundus esse videtur, verum rebus circumstantibus obscuratur II, 35, 22; ejus finis audacia est, non pecunia comparanda, 492, 1; ea fungimur inter nos II, 125, 23, 25; ejus munera necessitatibus, actionibus et affectibus implicita sunt II, 125, 24; excessum et defectum non recipit II, 20, 34; quænam eam comitentur peccata II, 32, 27; probatur nimia nocere non posse II, 161, 28; nonnullis exitio fuit II, 2, 17; eadem civitatis ac uniuscujusque hominis, 601, 53; mulieris differt a viri, 495, 32; 525, 2; mulieri non competit, 468, 43; diis non competit II, 126, 11; quatenus homini et reliquis animalibus communis III, 145, 7; III, 171, 38 ss.; III, 175, 28; III, 203, 23; ea opus est in negotiis, 619, 39; ea præstanti viro si in aristocratia aditus ad honores præcludatur, seditio fieri solet, 573, 47; qualis ei conferat sanguis III, 231, 32 ss.; ei plurimum confert agricultura, 635, 37; ei confert gymnastica, 625, 37; non necessitate coacta esse debet II, 33, 40; arma non fabricatur, sed acceptis bene utitur II, 148, 21; ejus fidelissimam imitationem continent numeri et cantilenæ, 629, 49; ei soli in pueris educandis operam dabant Lacones, 627, 9, 31; nec ea pueros aliis meliores reddiderunt, 627, 33; ejus nec solius, nec maxime cura habenda est in pueris educandis, 627, 10; in universum morum feritatem comitari non solet, 627, 13; iis maxime propria esse solet quorum mores leoninis similes sunt, 627, 15; quare eam maximo honore prosequantur, 329, 46; IV, 257, 21 ss.; laudatur II, 208, 33; laudabilis est II, 158, 26 s., 32; eam laudat Gorgias, ubi de Achille dicendum est, 408, 9; seorsum laudanda est in narratione orationis demonstrativæ, 405, 27; ultimo loco laudanda est, si adsit, ubi ad virilem ætatem ejus quem laudamus pervenimus, 447, 38; eam si quis consequatur, nemo indignabitur, nec miserabitur si abjiciat, 360, 34; ejus quinque exstant species præter fortitudinem proprie sic dictam II, 33, 16; ejus quinque species propter similitudinem ita vocatæ II, 145, 50; II, 209, 1; quæ tamen a genuina differunt II, 209, 22; nihilominus hæ quinque species utiles sunt ad pericula subeunda II, 209, 23; eorum qui a ducibus fortiter dimicare coguntur, post fortitudinem proprie sic dictam secundum locum occupat II, 33, 30; hujusmodi quare inferior sit fortitudine civili II, 33, 31; quæ a peritia pendet post fortitudinem proprie sic dictam tertium locum occupat II, 33, 41; quæ ab ira quartum II, 34, 13; quæ a bona spe, vel ignorantia quintum II, 34, 44; II, 35, 8; exemplum citatur, 184, 25.

Fortitudo ab affectu ratione experti pendens; quinta species fortitudinis non genuinæ II, 209, 11; inprimis amantibus divinoque instinctu afflatis et iratis propria II, 209, 12; comparatur fortitudini ferarum II, 210, 51; II, 146, 19.

Fortitudo ab ignorantia pendens; tertia species fortitudinis non genuinæ II, 209, 6; infantibus et furentibus propria II, 209, 7, cf. II, 211, 7; genuina fortitudo non est II, 146, 14.

Fortitudo a spe et boni exspectatione pendens; quarta species fortitudinis non genuinæ II, 209, 9; inprimis felicibus et ebriis propria II, 209, 9 s.; non genuina est habenda, idque quare II, 146, 33 s.

Fortitudo barbarica; semper ira stipata II, 210, 11.

Fortitudo civilis; prima species fortitudinis non genuinæ II, 209, 2; quare non genuina habenda sit II, 146, 27 ss.; proxime ad fortitudinem proprie sic dictam accedit, idque quare II, 33, 17, 27; ea præditi pericula sustinere videntur propter pœnas et dedecora quæ leges infligunt et propter honores II, 33, 17; ea excellentes inprimis inveniuntur, ubi ignominia notantur ignavi, honore vero fortes II, 33, 20; ejus tanquam exempla citantur Diomedes et Hector II, 33, 22; a verecundia pendet II, 146, 22; II, 209, 3; II, 210, 49; item a lege II, 209, 21; genuinæ fortitudini proxima est II, 210, 43.

Fortitudo genuina; neque ignominiæ, neque iræ, neque propter auxilia quæ sibi præsto sunt, neque quia mori placitum est terribilia tolerat II, 210, 52; nec propter voluptatem, aut imperitiam II, 211, 7 ss.; pulchri causa terribilia tolerat II, 146, 39; II, 211, 8.

Fortitudo militaris; non genuina est habenda II, 146, 4 ss.; secunda species fortitudinis non genuinæ II, 209, 3; a peritia pendet II, 145, 50; II, 209, 4; II, 210, 30; id est ab eo quod rerum terribilium auxilia novimus II, 209, 5; II, 210, 34, cf. II, 146, 1 ss.; non ut Socrates putabat a rerum terribilium scientia II, 209, 5; II, 210, 31.

Fortuita (τὰ ἀπὸ τύχης); quænam, 334, 11; nec semper fiunt nec plerumque II, 267, 35; II, 388, 39 s.; III, 513, 25 s.; III, 514, 31 s.; indefinita sunt II, 533, 36 s.; non sunt quæ semper apud omnes fiunt IV, 193, 40 s.; naturaliter modo sunt, modo non sunt II, 388, 43; iis materies causa est cur sint vel non sint II, 388, 44 s.; alter modus contingentium, 53, 40; quomodo τῶν πεφυκότων differant, quod ad propositionum reciprocationem attinet, 53, 45; de iis non fit scientia, nec syllogismus demonstrativus et quare 53, 47; 150, 9; de iis fieri potest syllogismus, sed vulgo non quæritur, 53, 50, v. Ὁπότερ' ἔτυχεν et *Indefinita*; eorum causa non esse putant quæ vel semper ac necessario, vel plerumque fiunt II, 267, 3; ita vocamus quæ alicujus gratia ac consulto fiunt, si per accidens eveniant II, 267, 15, 23, 26; eorum causa non in ipso agente est, etiamsi a consilio et intellectu pendeant II, 267, 32; II, 594, 18 s.; eorum causæ necessario indeterminatæ sunt, idque quare II, 267, 39, cf. II, 269, 15; per accidens fiunt, ideoque aliquatenus esse, aliquatenus non esse videri possunt II, 267, 42 ss.; interdum fortunæ causa videri possunt II, 268, 3; nec plerumque, nec semper fieri possunt II, 268, 13; in iis nunquam obtinet τὸ ἕνεκά του, 162, 37; iis solis evenire possunt quibus prosperitas et actio competunt II, 268, 22; etiam interdum in rebus naturalibus obtinent, sed frequentius in rebus quæ a consuetudine pendent, idque quare III, 498, 6 ss.; ea maxime admirabilia videntur quæ quasi consilio facta esse videntur, 464, 51; de iis non fit deliberatio II, 27, 42; non laudantur vel vituperantur II, 199, 9; in laudatione ita sumenda sunt ac si consulto facta essent, 331, 43; 332, 18.

Fortuito quæ fiunt; iis gratia non initur, 358, 16; quænam non accidere videantur IV, 105, 3.

Humilis animo (μικρόψυχοι); is est qui minoribus se dignum esse putat ac revera est II, 44, 16; II, 46, 29; inprimis si magnis dignus est II, 44, 18; deficit et suæ ipsius dignitate ratione habita et magnanimi II, 44, 32; pravus non est, sed errat II, 46, 28; malum aliquid habere videtur quia se ipse ignorat II, 46, 31; potius piger quam stultus esse videtur II, 46, 33; ejus de se ipso opinio eum pejorem reddit II, 46, 34; ab honestis actionibus et studiis refugiunt quasi indigni essent II, 46, 36; item ab externis bonis II, 46, 37.

Humilitas (μικροψυχία); sequela illiberalitatis est II, 246, 33; item pusillanimitatis II, 246, 44.

Humor (ὑγρότης, τὸ ὑγρόν); eum habere dicitur vas II, 530, 14; omnis dicitur, non vero totus II, 531, 36 s.; omnes unum esse dicuntur II, 519, 33; animalium omnibus animalibus inest quibus privata vivere nequeunt III, 5, 18; partes quibus continetur diversæ sunt III, 5, 19 s.; qui naturaliter corpori insunt, vel vasis, vel partibus membranaceis, vel cutibus, vel sinubus continentur III, 52, 50 s.; partim congeniti sunt, partim postumi III, 53, 11 s.; et nativus et adventitius seminalis est III, 372, 9 ss., cf. 14 s.; intus conversi sunt in utero gravido III, 217, 39 s.; apud quadrupedes oviparas et serpentes, apud aves vero in pennas convertitur III, 274, 5 ss., cf. *Excrementum*; eum exsiccat nimius calor III, 397, 29 s.; eum vero cogere nequit deficiens III, 397, 30; qui aqua et terra constant calore crassescunt III, 350, 2 s., cf. III, 349, 45 s.; item qui aqua et spiritu III, 350, 3 s.; ubi aliquis incalescit vel refrigeratur, necessario siccantur extrema III, 356, 30 s.; ejus parum continent terrena III, 361, 37; iis solvuntur nonnullæ partes terrenæ, idque quænam III, 361, 41 s.; eo siccescente fiunt ossa et nervi III, 361, 44; evaporatur ubi calor propter frigus exprimitur III, 421, 27; nullus sine calore est III, 421, 49; et calore agente et frigore evaporat, sed non eodem modo III, 421, 46 ss.; agente frigore una cum calore abit III, 421, 48 s.; e. g. in senectute III, 422, 2 ss.; evaporat etiam in aquiloniis et vento expositis locis III, 421, 45; eum e terrena materie exsugit calor III, 324, 44 s.; et propter quantitatem et propter qualitatem ei evenire potest ut non facile resiccetur III, 420, 39 s.; copiosus non facile resiccatur III, 420, 40 s.; nec pinguis III, 420, 29, 41; aquosus vero facile III, 420, 28; pulmenta dum coquitur relinquit III, 239, 25; multus non stillat, sed fluit III, 421, 5 s.; omnium siccissimus est et maxime exsanguis cerebrum, idque quare III, 238, 10 ss.; ejus vacuum est occiput quia cerebrum non continet III, 424, 7 s.; multum continet sinciput III, 424, 8; ejus copia tempora inter occiput et sinciput medium tenet III, 424, 11 s.; capillos qui subit si non concoquatur a calore proprio, sed putrescit calore aeris ambientis fiunt cani III, 423, 23 ss., 32 ss.; multus cibo assumpto sursum fertur III, 504, 38 s.; quæritur an sanitatis et morbi subjectum sit II, 274, 28; II, 595, 9 s.; erraticus est IV, 224, 11; et apud infantes et apud ebrios multus sursum fertur III, 505, 18 s.; in universum noctu difficile movetur, III, 416, 52; eum non potus sed cibi gratia assumunt animalia quædam quæ pulmonem sanguineum non habent III, 266, 9 ss.; e. gr. insecta et pisces III, 266, 11 s.; ejus parum assumunt animalia pennata, squamosa et squarrosa III, 266, 12 s.; per raras carnes difflatur III, 266, 12, cf. 35 s.; quo cibi loco utuntur altero meatu recipiunt tethya III, 281, 38 s.; altero reliquum emittunt III, 281, 39 s.; quali alantur cicadæ et ephemera III, 283, 6, cf. 1; qui molluscorum mytidi continetur dulcis, ideoque concoctus et sanguineus est III, 282, 25 s.; quæ admodum aquosum habent animalia exsanguia, ignaviora sunt III, 235, 34; quæ tenuiorem et puriorem, sensum habent mobiliorem III, 235, 29 s.; subviridem in corporis alveo habent cancri III, 61, 35 s.; eo evaporato indurescit ovorum testa III, 375, 32 s.; ut diu vivere possint animalia, ita se habere debet, ut non facile resiccetur III, 529, 25 s.; nec paucus esse debet, idque quare III, 529, 28 ss.; item calidus esse debet, ut nec facile congelascat, nec facile exsiccetur III, 529, 34 s.; nec excrementitius esse debet, nec facile corrumpi posse, idque quare III, 529, 41 ss.; in frigidis regionibus aquosior est, ideoque facilius congelascit III, 530, 12 s.; qui in plantis est IV, 24, 9 ss.; in spiritum convertitur in massa cui fermentum additur III, 379, 38.

Humores; cur nonnulli tardius siccentur IV, 329, 8; et qui aere et qui aqua continetur, emolumentum capere et affici potest a siccitate sapida III, 485, 21 ss.; per solem educitur simili modo quo aquæ ab igne incalescunt III, 576, 40; in iis oculi transspiciunt, vox autem aut vix aut non auditur, idque quare IV, 184, 35 ss.; quamobrem ubi in utres diffundatur, non solum humorem una cum utribus capiat dolium, sed insuper et alium recipiat IV, 241, 3 ss.; hi unde sal et nitrum fiunt plus terræ continent III, 617, 38 s.; e talibus quibusdam lapides consistunt III, 617, 39 s., v. *Aqua.*

Humoribus (de) (περὶ χυμῶν), liber; citari videtur III, 583, 9 ss.

Humores acerbi; cur iis prius humectent res colore inficiendas IV, 228, 10, 13 ss,

Humor aquosus (ὑδατῶδες, ὑγρόν); facile corrumpitur, quia frigidus et facile congelascit III, 530, 24 s.; eum emittunt cicadæ, ubi avolantes abiguntur II, 100, 43 s.

Humor calidus; causa incrementi et vitæ est II, 530, 11 s.; causa est cum calvitiei, tum foliorum apud plantas et pennarum apud aves latitantes amissionis III, 422, 19 s.

Humor concretus (πεπηγός); actu et per accidens siccus est, potentia vero et per se humidus III, 233, 46 ss.

Humores congeniti (σύμφυτα); quinam III, 239, 47.

Humor crudus (ἄπεπτον); ejus locus vesica est IV, 132, 23; ejus sedimentum pertinacissimum et firmiter corpori adhærescit modo atræ bilis IV, 112, 5 ss.

Humores postumi (ὑστερογενῆ); quinam III, 239, 48 ss.

Humor sapidus (τὸ ἔγχυμον ὑγρόν); ejus affectus esse probantur odores III, 484, 44 ss.; idem circa odores efficit quod circa sapores siccum III, 484, 32 ss.

Humor terræ; partim a solis radiis, partim a reliquo calore superne veniente in vaporem conversus sursum fertur III, 564, 18 ss.; eum relinquit calor partim quia dissipatur in locum superiorem, partim quia exstinguitur nimis procul subvectus III, 564, 20 ss.; ubi eum reliquerit calor, rursus in aquam concrescit ac in terram decidit III, 564, 20, 23 ss., 41 s.; ejus pars quam calor propter exiguam copiam subvehere non potuit, rursus noctu decidit ac ros et pruina vocatur III, 564, 45 ss.; III, 565, 11 s.

Humor vitalis (ζωτικὴ ὑγρότης); eum continent cor et pudendum, idque quare III, 525, 47 ss.

Hunc hujus filium esse; id nemo dicit proprie, si dominus est filii, 302, 10.

Hunccine est quem vere dicis; solœcismus est, 306, 1.

Hyacinthia; quomodo celebrentur fr. 348, b.

Hyæna; vocatur etiam glanus III, 153, 8; quanta sit ejus magnitudo III, 153, 8 s.; qualem jubam habeat III, 153, 9 ss.; magnum cor habet, idque quare III, 260, 28 ss.; quomodo se habeat III, 132, 20 ss.; falso narratur et virile et muliebre pudendum habere III, 132, 22 s.; III, 382, 18 ss.; ejus pudendum masculinum lupino et canino simile est III, 132, 23; partem pudendo muliebri similem, sed meatu carentem inter caudam et excrementi exitum habet cum mas tum femina III, 132, 24 ss.; III, 382, 25 ss.; ejus pudendum muliebre infra anum situm est III, 132, 31 s.; femina æque ac reliqua animalia ei similia matricem habet III, 132, 32 ss.; femina raro capitur III, 132, 34 s.; III, 382, 28; eam alternis annis inire et iniri perperam contendunt nonnulli III, 382, 20, 23; homines venatur III, 153, 11 s.; de soporifica facultate quam in læva manu habeant fr. 187, a; quomodo canibus insidias struat III, 153, 12 s.; fr. 187, a; sepulcra eruit III, 153, 13 s.; in nonnullis regionibus satis frequentes sunt III, 382, 24 s.; earum genus in Arabia est quod ubi feram aliquam viderit aut super hominis aut canis umbram ingressum fuerit vocem aufert IV, 103, 4 ss.

Hybris; quot ova pariat III, 182, 48; ubinam niduletur, *ibid.*; eam nonnulli idem esse censent ac ptyngem III, 182, 43 s.; non acute videt III, 182, 44; ideo interdiu non comparet, sed noctu venatur, *ibid.*; adeo acriter cum aquila pugnat ut interdum ambæ simul vivæ capiantur III, 182, 46 s.

Hydrops; in eo aqua non propter cultellum, sed propter sanitatem emittitur III, 430, 31 ss.; si sine eo deficiente menstrua purgatione attollatur, multi medici molam adesse dicunt, dummodo morbus diu duret III, 217, 18 ss.; ei similis est intemperantia II, 84, 37.

Hydrus; pedibus caret atque aerem non aquam recipit, nihilo minus tamen ex aqua victum petit III, 2, 34; fel jecori applicatum habet eoque a reliquis differt serpentibus III, 33, 31 s.; quidnam ei percusso fiat fr. 186, b.

Hydrussæ; ita appellabatur olim Tenos, propter aquarum abundantiam fr. 292, b.

Hygiænon; Euripidem impietatis accusavit quod perjurium docuerat, 404, 46.

Hymettium mel; optimum, idque quare IV, 291, 46.

Hymettius mons Atticæ IV, 291, 47.

Hymni; eos pangebant olim qui honestas actiones imitabantur, 459, 33; nulli Homero antiquiores cogniti sunt, 459, 34.

Hyoscyamus; eum homines edere non possunt coturnices vero IV, 27, 13 (*in versione græca tantum legitur*); eum sine noxa comedit vetula quædam Attica fr. 218, b; contra insaniam ejus potu ortam valet lac fr. 217, b.

Hypæetus (?) (ὑπάετος *in ed. Ald.* γυπάετος *leg.*); idem qui oripelargus III, 188, 8 s.

Hypanis fluvius; circa Bosporum Cimmerium invenitur III, 95, 30 s.; circa eum gignitur animal ephemerum dictum, idque quomodo et quando III, 95, 30 ss.

Hypata; circa hanc urbem in regione Æniaca columna quædam vetus reperta esse dicitur cum inscriptione vetustis literis exarata IV, 100, 11 ss.

Hypate; ea et nete extrema concentus IV, 213, 15; secundus ictus est quem aeri infligit nete IV, 211, 34 ss.; cur ejus duplum nete sit IV, 208, 37 ss.; IV, 210, 9; statim post eam sonare potest nete II, 311, 35 s.; ad eam comparata media chorda acuta est II, 308, 42; in ea duæ netæ continentur quoad intervallum IV, 207, 1 s.; cur sola resonare videatur, si quis neten pulsatam apprehenderit IV, 209, 1 ss.; IV, 212, 13 ss.; cur facile cantetur, etiamsi diesis sit utriusque intervalli IV, 206, 1 ss.; si per minimum ad neten transeat, primum ad sonos intermedios pervenire debet II, 581, 30 s.; cur eam reliquerint, nec vero neten quum concentus nervis septem disponerent IV, 213, 32 ss.; an eam non reliquerint veteres, sed quæ nunc paramese vocatur IV, 213, 34 s.

Hypera (locus); nomen dedit Hyperiæ viti fr. 293, a.

Hypera; e qualibus erucis gignantur III, 94, 3; colorem suarum erucarum referunt III, 94, 5 s.

Hyperbolæ; etiam probatæ sunt metaphoræ, 399, 52; quibus additur *sicut*, positione tantum a reliquis differunt, 400, 1; juvenile quiddam habent, 400, 9; iis inprimis utuntur irati, 400, 10; in senes non quadrant, 400, 16; eas maxime adhibent oratores Attici, 400, 15; ex ea peti possunt sententiæ, 428, 27.

Hyperbole (quæ secundum eam dicuntur); quænam

sint, 134, 45; similes sunt syllogismis in quibus medium extra conclusionis terminos ponitur, 134, 44.
Hyperborei; ex iis Deìum a lupis deducta est Latona III, 133, 14 ss.
Hyperboreus Apollo; ita Pythagoram vocabant Crotoniatæ fr. 69, a.
Hyperes; nomen dedit viti Hyperiæ fr. 293, a.
Hyperias; vitis apud Trœzenios nomen ab Hypere fr. 293, a; de ea oraculum *ibid.*
Hypochondrium; quidnam III, 11, 13 s.
Hypoglottium; sub eo in cavitate vermes vivos habent cervi, idque quot, quantos et quales III, 30, 25 ss.
Hypolais; humi nidulatur III, 186, 34 s.; in ejus nidum ova deponit cuculus III, 110, 33 s.; III, 186, 34; cuculi pullos educat III, 110, 34, cf. III, 186, 37 s.
Hypomochlium; funis locum obtinet IV, 58, 36.
Hypospadiæi; sedentes mingunt III, 406, 45; quum eorum testes retracti sint, longe distantibus duo pudenda habere videntur, alterum maris, alterum feminæ III, 406, 45 ss.
Hypothesis; quidnam, 123, 7; 131, 14; est species thesis, 123, 7; eo non pertinet quod necesse est esse per se et quod ita videri necesse est, 131, 9; quomodo a postulato (αἰτήματος) differat, 131, 14; quomodo a definitione, 131, 22 ss.; syllogismorum quænam sint, 139, 33 ss.; eædem impugnatu difficiles, defensu vero faciles sunt, idque quænam, 265, 39; cavendum ne improbabiles defendas, 269, 36; duobus modis falsæ esse possunt, 269, 37; improbabiles dicis causa qui defendunt, odium incurrunt, 269, 41; interdum ea atque ex iis colligere debet disputans, 270, 42; nihil impedit quominus alicui magis placeant quam vera, 270, 47; ad philosophiam confert perspicere quænam utramque consequantur, 274, 29; earum copiam habere non admodum difficile est, 275, 5; scientiæ speculativæ initium sunt II, 205, 36; II, 206, 49; demonstrationum principia sunt II, 514, 40 s.; conclusionis causa sunt ex qua II, 264, 44; III, 515, 37 s.; quaslibet si recipias, non difficile est longos sermones serere et connectere II, 633, 40 s.
Hyrcanum mare; III, 630, 36; finis Europæ III, 631, 1 s.; item Asiæ III, 631, 5 s.; ejus aqua cur etiamsi potui idonea sit lavet et detergat vestes IV, 331, 29 ss.; circumquaque accolas habet, nec cum ullo alio mari communicat III, 575, 2 ss.
Hystrix; quadrupes vivipara est III, 161, 20 s.; latitat, *ibid.*; totidem dies quot ursæ latitant et uterum gerunt ac reliqua eodem modo gerunt III, 131, 49 s.; pilos spinosos habent III, 7, 40 s.; eorum pili pilorum, non pedum usum præstant III, 7, 41 s.; pilos jaculantur III, 194, 39 s.

I

ι in id tria tantummodo exeunt nomina, 474, 49; eaque neutra sunt, 474, 51.
Ialmenus; ejus epitaphium fr. 314, a.
Iambi; vocis etymologia, 459, 38; eos quoque pangebant antiqui poetæ, 459, 40; ab iis ad comœdias transierunt qui natura sua ad poesin ferebantur idque quare, 459, 49; eorum formam Athenis primus deseruit Crates, 460, 43; eos spectare non debent pueri juniores, 623, 46; carmina in quibus postea apte prodierunt, actiones imitabantur, 459, 37; iis conviciis se invicem petebant, 459, 39; omnium metrorum generum maxime ad solutam orationem accedunt, 386, 18; eos tetrametris substituerunt poetæ tragici *ibid.*, cf. 389, 35; iis conveniunt metaphoræ, 389, 34; 476, 19; atque in universum omnia quæ orationi solutæ, 476, 22; motorii sunt et rebus agendis apti, 477, 40, 41; sermo sunt plurimorum, 393, 33; sermoni maxime conveniunt, 460, 20; 476, 21; in eos præcipue incidunt loquentes, 393, 34; 460, 22; eos tragœdiæ accommodavit ipsa natura, 460, 19.
Iambici poetæ; v. *Poetæ iambici.*
Iapyges; re male adversus eos gesta Tarenti mutata est reipublicæ forma, 567, 33.
Iapygia; versus eam Sirin incolunt Chones, 612, 2; Pandosia in ea IV, 91, 8; in ea sedes collocarunt Athenienses e Creta venientes fr. 254, a.
Iapygium promontorium; circa illud inter Herculem et Gigantes depugnatum fabulantur IV, 91, 3 ss.; sanies ex eo fluit ut mare ibi propter fœtorem innavigabile sit IV, 91, 4; lapis ibi exstat plaustrali magnitudine, quem Hercules transtulisse fertur et qui uno digito movetur IV, 91, 11 ss.
Iapyx; ita Argestes a nonnullis dicitur III, 632, 28; IV, 45, 45; Tarenti Scyletinus dicitur IV, 45, 42; (Scylacinus) circa Dorylaium Phrygiæ (?) (*codd.* κατὰ δὲ ορχλεοντο* Φρυγίας) IV, 45, 43; Pharangites appellatur a nonnullis, idque quare IV, 45, 44.
Iasenses; in conviviis non ultra decem convivas adhibebant fr. 260, b.
Iasius; ejus filia Atalanta fr. 316, a.
Iason; juxta Cyaneas in Pontum intrasse dicitur, inde vero per Istrum exiisse IV, 93, 13 ss.; aras ab eo exstructas ibi ostendunt IV, 93, 16 s.; opus fuisse ut eum quoque interfecisset, si liberos occidisset, perhibuit Medea apud Carcinum, 380, 21.
Iason (Pheræorum tyrannus); quædam injuste facienda esse dicebat, ut postea multa justa facere posset, 340, 3; se esurire dicebat, quando non regnaret, utpote qui privatus esse nesciret, 524, 18.
Iberi; ad eos via Herculea vocata ex Italia protenditur IV, 88, 30 ss.; Gymnesias insulas incolentes mulierosi esse dicuntur, idque quare IV, 89, 16 ss.; apud Carthaginienses militantes, quum stipendia accepissent, feminas coemunt IV, 89, 19 ss.; aurum et argentum eos possidere non licet *ibid.*; divitias importari vetant, quod Hercules, divitiis incolarum invitatus, bellum Iberiæ intulit IV, 89, 23 ss.; apud eos tot obeliscos in sepulcro defigunt, quot hostes mortuus interfecerit, 603, 20.
Iberia; circa eam multæ minores insulæ III, 630, 47 s.; fluvius Theodorus (Thermodon?) in ea auri glebulas multas defert IV, 81, 31 ss.; ibi aiunt combustis quibusdam sylvis a pastoribus solum manifesto argenti rivo fluxisse IV, 89, 5 ss.; deinde terræ motu superveniente ejus magnam copiam collectam fuisse quod Massiliensibus proventus non vulgares suppeditavit IV, 89, 8 ss.; ei bellum intulit Hercules, idque quare IV, 89, 23 ss.; in ea nusquam Erythiæ nomen exstare ferunt IV, 100, 33; super eam habitant Celtæ III, 369, 31.
Ibis; eam ore coire censet Anaxagoras et nonnulli alii naturæ interpretes III, 281, 47; earum duo genera III, 186, 18.
Ibies albæ; excepto Pelusio per totam Ægyptum inveniuntur III, 186, 19 s.
Ibies nigræ; Pelusii inveniuntur per reliquam vero Ægyptum desunt III, 186, 21 s.
Icarius; difficultatem quæ eum spectat perperam solverunt Cephalenenses e temere præconcepta opinione, 480, 18 ss.
Icarus; ejus imaginem dedicavit Dædalus in altera insularum Electridum IV 87, 40.

Icarus, insula; in eam devenit Dædalus IV, 87, 42 s.

Ἱκέσιος· Iovis cognomen III, 641, 45.

Ichneumo; tot catulos parit quot canis atque iisdem rebus vescitur III, 133, 20 s.; sex annos vivit III, 133, 21 s.; quomodo sese luto oblinat cum aspide pugnaturus III, 177, 39 ss.

Ichneumones; vesparum genus reliquis minus III, 95, 40 s.; phalangia venantur ideoque iis inimici sunt III, 173, 3 s.; phalangia necata ad futuram prolem alendam seponunt III, 95, 41 ss.

Ichnussa; ita Sardinia olim vocabatur, idque quare IV, 91, 32 ss.

ἰχώρ· v. *Sanies.*

Ictis; magnitudine æquat catellum Melitensem III, 178, 19 s.; adspectu vero et moribus mustelæ similis est III, 178, 21 s.; facillime mansuescit III, 178, 22 s.; melle oblectatur III, 178, 24; igitur alveariis noxia est III, 178, 23; avibus vescitur III, 178, 24; ejus pudendum osseum est III, 21, 51 s.; III, 178, 25 s.; ejus pudendum masculinum adversus urinæ stillicidium remedium est III, 178, 26 s.; rasumque datur III, 178, 27.

Ictus (πληγή); ejus definitio III, 620, 46; sine latione fieri nequit III, 454, 26; superne validior infligitur quam inferne III, 296, 23 s.

Ictus ferulæ; de eo problemata IV, 158, 36 ss., 42 ss.; III, 159, 43 ss. v. *Plaga.*

Ida; in eo contemptu hominum multitudine solus degit Alexander, 382, 4.

Idæi dactyli; v. *Dactyli Idæi.*

Idea; unum est III, 621, 25; unaquæque ipsum unum solum est II, 477, 50 s.; unum quid præter singularia, 131, 36; omnis participalis est II, 555, 39; separatum quid est et per se exstat II, 132, 27; separabilis est II, 555, 19 s.; res singularis est II, 555, 19; igitur definiri nequit II, 555, 18 s.; omnis alicujus idea est II, 623, 20; ejus idea erit monas, si omnes dyadis monades e parvo et magno æqualibus factis fiant II, 623, 9 s.; se ipsam appetere nequit, quia nihili indiget II, 260, 12; eam appetere nequit ejus contrarium quia sic suam ipsum perniciem appeteret II, 260, 11, 13; evenit, si idearum assertoribus credas, ut multarum rerum una sit quarum tamen forma diversa est II, 550, 29 s.; item ideam idearum omnibus communem esse licebit ita ut reliqua non sint ideæ II, 550, 31 s.

Idea animalis; v. *Animalis idea.*

Idea boni; non exstat II, 490, 15 s.; eam nonnulli id habent quod maxime bonum est II, 133, 34; item nonnulli principium boni II, 133, 43; id est cujus participes factæ res bonæ sunt II, 132, 24; separata est et per se exstat II, 132, 27; differre probatur a bono communi II, 132, 27 ss.; probatur non ad scientiam civilem i. e. moralem pertinere II, 132, 25 ss., II, 133, 27 ss.; II, 191, 17; idque nec per se II, 132, 25 ss.; nec tanquam id quod maxime bonum est III, 133, 32 ss.; nec tanquam principium boni II, 133, 43 ss.; quia eam participant reliqua bona ea bona esse statuunt II, 190, 1; eam sejungi posse statuunt a rebus quæ eam participant II, 190, 6; probatur in eam quadrare definitio quam ipsius boni proferunt idearum assertores II, 189, 47 ss.; probatur idem esse non posse quod bonum commune II, 190, 49, cf. 4, 41; eam unum esse putant idearum assertores II, 191, 2; in eam quadrat etiam quod in sermone exoterico affertur II, 191, 19; vel nulli (scientiæ?) vel omnibus æque utilis esse debet II, 191, 20; agibilis non est II, 191, 21; idem non est quod ipsum bonum II, 191, 30; immobilis est et non agibilis II 191, 31.

Idea entis; v. *Entis idea.*

Idea equi; nihilo ab equo differt nisi æternitate II, 492, 3 s.

Idea hominis; nihilo nisi æternitate ab homine differt II, 492, 3 s.; numerus mathematicus esse nequit II, 618, 43 s.

Idea lineæ; si exstat ipsa linea dividua erit, idque quare IV, 47, 10 ss.

Idea sanitatis; nihilo a sanitate differt nisi æternitate II, 492, 3 s.

Idea scientiæ; v. *Scientiæ idea.*

Idea unius; v. *Unius idea.*

Ideæ; semper sunt ex opinione Socratis *Phædonis* II, 463, 52; propter eas unamquamque rem esse censet idem II, 463, 45; causam ortus et interitus habet idem II, 463, 45 ss.; refutatur hæc opinio II, 463, 50 ss., cf. II, 464, 5 ss.; in *Phædone* et generationis et essentiæ causæ esse dicuntur II, 483, 27; II, 617, 8 s.; Platonis de iis placiti origo II, 477, 35 ss.; II, 478, 13 s., cf. II, 499, 9 ss.; II, 615, 6, cf. II, 627, 3 ss.; ab iis sejunctæ non sunt res sensibiles secundum Platonem II, 478, 40; II, 539, 7 s., cf. II, 483, 3, 24; II, 491, 52; II, 499, 8; II, 558, 23; II, 585, 15 ss.; II, 626, 27; earum participatione dicuntur res quæ eodem ac eæ nomine designantur II, 477, 41; dyadis participatione de rebus sensibilibus dicuntur II, 478, 30 s.; quomodo ab iis differant res mathematicæ II, 477, 50, cf. II, 539, 7 s.; reliquarum rerum principia formalia sunt II, 477, 51; II, 478, 28; II, 479, 5; earum vero principia entium elementa II, 477, 52; quænam earum sint principia vel causæ, idque cum formales tum materiales II, 477, 1 ss., 29 ss., cf. II, 478, 45; II, 479, 9; eas primas posuit Plato II, 626, 27; eas primus numeris assimilavit idem II, 626, 28; fr. 84, a; idque quibusnam III, 434, 38 ss.; eas nusquam esse statuit Plato II, 277, 3; iis infinitum inesse statuit Plato II, 277, 4; eas haud male Plato dixit quæcunque natura sint II, 601, 37; e quibus elementis eas composuerit Plato III, 434, 33 ss.; cur in loco non sint rogare oportet Platonem II, 287, 15 s.; de iis Platonis placita refutantur II, 482, 2 ss.; II, 615, 28 ss., cf. II, 491, 54; eas esse statuunt qui definitionibus student (i. e. Platonici) II, 571, 43; qualia iis nomina tribuerint earum assertores II, 556, 31 ss.; earum assertores viri erant amici II, 4, 12; earum auctores non esse statuerunt rerum in quibus prius et posterius inest, idque quare II, 4, 12; II, 190, 35 ss.; cuique una debuisset respondere scientia II, 4, 30; earum definitio eadem est ac rei cujus ideæ sunt II, 4, 37; nec quia æternæ sunt, discrimen suppeditant II, 4, 40; earum pertractatio remittitur ad aliam doctrinam II, 4, 45; II, 190, 9; eas a rebus quæ eas participant, sejungi posse statuunt II, 190, 7; inepte et contentiose (λογικῶς) exstare affirmantur II, 190, 13; quæstio eas spectans pertractatur cum in libris exotericis, tum in libris philosophicis II, 190, 15; se non posse cum illa opinione consentire declarat Aristoteles, etiamsi quis credat se propter contentionis studium obloqui fr. 34, b; impugnantur fr. 34, b; fr. 88, a, b; fr. 89 a, b; quomodo eas impugnaverit in libris *de Ideis* fr. 87, a, b; eas nonnulli esse dicunt substantias et naturas quibus nullæ aliæ priores sunt II, 543, 7 s.; si (a rebus sensibilibus) disjunctæ sint, ipsæ entia non erunt, et rerum sensibilium non erit scientia II, 543, 13 s.; item præter eas erunt aliæ substantiæ et naturæ iis priores II, 543, 10 s.; atque sic deinceps usque in infinitum II, 543, 4 ss.; item non erit subjectum substantia II, 543, 27 s.; nonnullas idem esse quod rem ad quam referuntur staruunt earum assertores II, 550, 27 s.; omnium rerum esse dicuntur quarum et scientia est II, 482, 15 s., 31; II, 615, 41 s.; item omnium quæ cogitari possunt II, 482, 17, 30; II, 615, 43; uniuscujusque rei unum aliquod esse statuunt (Platonici) II, 627, 32; eas substantias et separabiles esse contendunt earum assertores II, 554, 13; eas privatim quidam substantias esse dixerunt II, 558, 10; ubi exponere conati sunt quomodo aliarum rerum substantiæ sint, vana loquuntur II, 484, 34 s.; si substantiæ sint, recte eas seposuerunt eorum assertores II, 556, 25 ss.; non recte vero eas unum de multis esse contenderunt II, 556, 27 s.; eas rebus interitui obnoxiis specie similes fingunt iidem, idque quare II, 556, 28 ss.; eas simul universales substantiasque et particulares et separabiles fecerunt earum assertores II, 626, 51 ss., cf. II, 627, 15; omnium universalium esse sequitur e placitis idearum assertorum II, 615, 28 ss.; quum participabiles sint, necessario ad solas pertinent substantias II, 482, 34 s.; II, 616, 7 s.; nihilo minus ad multas alias res pertinebunt si vera sunt argumenta quibus utuntur earum assertores II, 482, 27 ss.; II, 616, 1 ss.; necessario ad idem genus pertinent ac res quæ earum participes sunt II, 482, 43; II, 616, 15 s.; eas præter res sensibiles exstare putant II, 626, 45; II, 627, 1 s.; earum elementa entium principia et elementa esse censent II, 626, 46 s.; quæstio an entium principia sint affinis est quæstioni, an sint et quomodo sint II, 611, 28 ss.; exponuntur difficultates quibus implicantur qui eas ex elementis deducunt easque præter substantias ad eandem speciem pertinentes unum aliquid esse statuunt II, 627, 21, 51; hæ difficultates communes aliquatenus sunt et iis qui eas esse statuunt et iis qui eas esse negant II, 627, 18 s.; probantur rerum exemplaria esse non posse II, 483, 11 ss.; II, 616, 46 ss.; ex iis esse nequeunt res secundum nullam præpositionis *ex* significationem II, 483, 10 s.; II, 616, 44 ss.; specierum causæ habentur II, 546, 24; si exstarent præter res singulares, nihil ad generationem vel ad substantiam conferrent II, 546, 25 s.; igitur ne substantiæ quidem per se essent II, 546, 26 s.; igitur eas non tanquam exemplaria proponere oportet II, 546, 35; maxime requirerentur in rebus naturalibus quia hæ maxime substantiæ sunt, sed ibi quoque inutiles sunt II, 546, 36 ss.; easdem specie esse ac res singulares contendunt earum assertores II, 584, 29 s.; id quod fieri non posse probatur II, 584, 27 ss.; docere nequeunt a quibus pendeat rectum, itemque actio et passio II, 485, 10; substantiarum vero elementa aliquatenus docere videntur II, 485, 11; earum ope nec quæri nec inveniri possunt omnium entium elementa II, 485, 12; qui eas ponunt, eas immobiles esse et mente percipi arbitrantur, 193, 25; non esse probantur eo quod vel moveri vel quiescere debent, itemque vel sensu vel mente percipi, 193, 23; eas immobiles esse et impatibiles perhibent qui ideas esse statuunt, 249, 17; in eas non quadrant rerum ipsarum definitiones quibus adjunctum est effectivum aut patibile 249, 16; eas magis quietis et immobilitatis causam quam motus principium esse dicunt II, 479, 6 s., cf. II, 482, 51 s.; rebus sensibilibus nec motum nec mutationem, nec aliud quid impertiunt II, 482, 50 ss.; II, 616, 32 ss., cf. II, 479, 6 s.; etiamsi sint, non fiunt res earum participes, nisi sit aliquid quod iis motum impertiat II, 483, 28 s.; II, 617, 10 s.; de causa moventi nihil docent II, 484, 32, cf. II, 479, 5 s.; iis causam formalem exponere conati sunt sed frustra II, 484, 33; eas qui exstare putant inscii naturales res a motu abstrahunt, etiamsi abstrahi nequeant II, 262, 44; quatenus iis competat motus II, 484, 48 s.; ex iis demonstrari nequit motus II, 604, 8 s.; si exstant, nullius causa esse possunt, saltem non motus II, 610, 40 ss.; secundum assertores entibus quacunque tandem ratione causam aliquam præbent II, 632, 23 ss.; eas numeris assimilant iidem II, 632, 24; eas numeros esse dicunt earum assertores II, 606, 27 s.; idque quales II, 618, 7 ss.; earum naturam eandem esse censent atque numerorum nonnulli (Platonici) II, 539, 12; alii eas nec numeris assimilant, nec omnino esse statuunt II, 618, 23 s., cf. II, 626, 18 ss.; secundum earum assertores eo numeri sunt quod expositionem præter multa nanciscuntur II, 682, 37; probantur causæ esse non posse si numeri sint II, 483, 33 ss.; probantur numeri esse non posse II, 483, 45 ss.; iis assimilandi non sunt numeri II, 638, 3 s.; numeri esse nequeunt, si omnes monades comparabiles sint II, 618, 40 s.; numeris nec priores nec posteriores esse possunt II, 618, 52 s.; igitur si numeri non sunt, omnino non erunt II, 618, 47 s.; nec numeri erunt, nec omnino erunt, si monades discrimine careant II, 621, 22 ss.; nec si addendo numeremus II, 621, 30; altera alteri inerunt, si numeratio addendo fiat II, 621, 31; item omnes unius partes erunt *ibid.*; si numeri sint, nec comparabiles, nec utrovis modo incomparabiles esse possunt monades II, 622, 4 ss.; eas rejicientium placita si recipias, non constat quomodo numerus revera sit II, 632, 26 ss.; eas alii genere a mathematicis distinguunt, alii utrisque eandem naturam tribuunt II, 600, 25 s.; quibusnam erroribus obnoxii sint qui eas rebus mathematicis agglutinant II, 633, 42; quonam modo tollantur ab his qui lineas insecabiles earum ope adstruere conantur IV, 48, 28 s.; numeri sunt participatione unius e magno et parvo II, 478, 2; etiam rebus sensibilibus inesse possent, si iis insint mathematicæ II, 492, 46; nihil ad aliarum rerum scientiam conferunt II, 483, 1 s.; II, 616, 36 s.; neque ad essentiam rerum quæ earum participes sunt II, 483, 3 s.; II, 616, 38 s.; nec rebus quarum ideæ sunt admiscentur, ut Eudoxus aliique arbitrantur II, 483, 5 ss.; II, 616, 39 ss.; eas vel secundnm positionem, vel secundum proportionem ordinant (Platonici) II, 623, 23 s.; ex ideis necessario constabunt, si monades inter se differant II, 620, 49; igitur et res ad quas referuntur eodem modo se habebunt II, 620, 50; non eo a rebus quarum ideæ sunt, differre dici possunt quod earum exemplaria sunt II, 616, 22 ss.; eas qui ponunt necessario principium iis superius agnoscere debent, quod participationis causa sit II, 610, 31 s.; non pertinent ad res arte factas II, 483, 30; II, 617, 11, cf. II, 623, 42; igitur et sine iis esse et fieri possunt reliquæ res II, 483, 31 s.; II, 617, 13 ss.; II, 623, 44; omnes bona erunt, si unum boni natura sit ex eoque facti numeri ideales II, 635, 12; item si ad omnes substantias pertineant, animalia et plantæ et participantia omnia bona erunt II, 635, 15 s.; si solum ad bona pertinent, substantiæ non erunt II, 635, 14; ex ideis compositæ sunt II, 555, 34; igitur de multis prædicantur II, 555, 35 s.; nec cognosci possent, si de uno tantummodo prædicarentur II, 555, 37 s.; si non sint, non erit genus præter species II, 555, 31 s.; si sint, etiam differentia erit præter eas II, 555, 32; non in subjecto esse censentur, sed per participationem II, 543, 29 s.; generi et universali affines erunt II, 558, 14; rebus non insunt III, 483, 3; II, 616, 37 s.; igitur earum substantia esse nequeunt II, 483, 2 s.; II, 616, 37; non solum rerum sensibilium, sed et ipsarum idearum necessario exemplaria erunt II, 483, 21 s.; II, 617, 3 s.; plures esse videntur quam res sensibiles singulares II, 615, 32 s.; sive non sint, vel magis etiam forsan si sint, sufficit aliquid esse quod non secundum aliud dicitur, sed per se II, 543, 25 s.; causam finalem non attingunt II, 484, 39; si sint, potius potentiæ quam actus sunt II, 571, 46; numero æquales aut non pauciores sunt quam res ad quas explicandas ad eas devenerunt II, 482, 7; II, 615, 28 ss.; quinam ex iis loci peti possint ad argumentandum de proprio, 232, 33; qui eas ponunt numero unum esse statuunt, 242, 40; contra eos qui has statuunt adhiberi potest locus quo genus negatione dividere vetant, 242, 34; ad eas exigere debent appetituum definitiones qui ideas esse statuunt, 247, 30; ad earum sectatores refellendos confert videre, an definitio in singulas species quadrêt, 259, 2; qua re peccent argumenta quibus eas revera esse probare conantur II, 482, 13 ss., 22; II, 615, 37 ss., 47 ss.; quibusnam argumentis probare conentur earum assertores eas revera esse II, 499, 17 ss.; earum unamquamque substantiam aliquam et nullam per accidens esse dicere volunt iidem II, 499, 24 s.; eas quidam exstare perhibent II, 381, 16; sive exstent, sive non exstent, plerumque singularia aut plura sunt, aut plura esse licet in rebus quarum forma in materie est II, 381, 16 ss.; rerum singularium non sunt II, 555, 50; omnium rerum non exstant II, 623, 42 s., cf. II, 483, 29 s.; II, 617, 11 s.; igitur causæ esse nequeunt II, 623, 44; manifesto nihil sunt II, 601, 47 s.; manifestum est eas non exstare II, 585, 11 s., cf. II, 495, 6 s.; II, 586, 16 ss.; nihil aliud sunt nisi res sensibiles æternæ II, 492, 7; non necessario esse debent, ut sit demonstratio, 131, 36; inania sunt figmenta, 142, 40; eas rejecerunt nonnulli (Platonici), idque quare II, 632, 27 s.; de iis multa divulgata sunt in sermonibus exotericis II, 611, 27; iis studentes irascuntur ideas contemnentibus, 349, 7.

Idearum assertores; impugnantur fr. 88, a, b; fr. 89, a, b; fr. 90, a, b; quibusnam argumentis probare conentur eas revera esse II, 499, 17 ss.; non recte disponunt argumenta sua II, 499, 22 s.; dicere volunt unamquamque substantiam aliquam et nullam per accidens esse II, 499, 24 s.; speciem ex genere et differentiis componunt II, 554, 14; et nihilo minus ideas substantias et separabiles esse censent II, 554, 13; docetur quantopere sibi ipsi contradicant II, 554, 15 ss.; sensibilia semper fluere putabant II, 627, 3; item universalia præter sensibilia exstare atque aliud quid esse II, 627, 4 s.; inde adducti sunt ut ideas assumerent easque *exponerent* II, 627, 11 ss.; ideas simul universalia substantiasque et particularia separabilesque fecerunt II, 626, 51 ss.; II, 627, 15; inde difficultatibus sese implicarunt II, 626, 50 s.; II, 627, 10 s., cf. II, 627, 1 s.; non ens falso assimilare conantur II, 631, 15 s.; quidnam eos permoverit ut enti et uni opponerent inæquale et ad aliquid II, 631, 35 s.; solummodo inquisivisse videntur cur multæ sint substantiæ II, 631, 28 ss.; II, 632, 2; non vero cur quanta et qualia II, 631, 31 s.; II, 632, 3; nec cur ad aliquid II, 631, 42 s.; II, 632, 3: revera non exposuerunt cur entia multa sint, sed cur quanta II, 632, 14 ss.; quacunque tandem ratione ideas reliquis rebus causam præbere censent cur sint II, 632, 24 ss., 33; iis quisque numerus idea aliqua est II, 632, 24; si eorum placitis assentias facile constat numerum revera esse II, 632, 21 ss.; e materie et numero mathematico faciunt magnitudines, idque quomodo II, 633, 31 ss., 49 s.; igitur naturam similem faciunt tragœdiæ vitiosæ II, 633, 30 s.; secundum eos elementa sunt magnum et parvum II, 634, 5; eorum alii dyadem ipsam lineam esse statuunt, alii lineæ ideam II, 550, 26; in nonnullis rebus idem esse putant ideam et id ad quod pertinet II, 550, 27; igitur unum multarum rerum ideam esse fingunt quarum tamen forma diversa est II, 550, 29 s.; item ex eorum opinione unam ideam idearum omnibus communem facere licet, ita ut reliqua non sint ideæ II, 550, 31 s.; ita ut ex eorum opinione unum omnia erunt II, 550, 32 s.; ideas numeros esse dicunt II, 606, 27 s.; numeros interdum innumeros esse dicunt, interdum non ultra decadem provehunt II, 606, 28 ss.; cur vero tot sint, de hac re nihil mentione dignum cum diligentia demonstrativa proferunt II, 606, 30 s.; præcipue ad elementa numerorum quibus usi sunt deveniunt quia antiquo modo dubitarunt II, 630, 45 s.; putabant Parmenidis placito quo non ens cognosci non potest, obsistendum esse, ne omnia entia unum, nempe ipsum ens essent II, 630, 47 ss.; necessariam putabant demonstrationem qua non ens revera esse ostenditur II, 630, 50; arbitrabantur entia tunc solummodo multa esse posse, si ex ente et non ente constarent II, 630, 51; ex ente et non ente (id est ex uno et dyade indeterminata) numeros et longitudines et corpora generant II, 631, 29 s.; quæsiverunt cur multæ sint monades præter unum primum II, 631, 43 s.; non vero cur multa inæqualia præter inæquale II, 631, 44 s.; multas relationis species adhibuerunt ad entia generanda, idque quasnam II, 631, 45 ss.; quomodo igitur generarint numeros et longitudines et plana et corpora *ibid.*; eorum argumentatio et sibi ipsa et verisimili adversatur II, 634, 1; item similis est Simonidis longo sermoni II, 634, 2 s.; item seorsum sermoni nihil sani dicentium II, 634, 3 s.; quattuor de causis difficultatibus implicantur, idque de quibusnam II, 635, 30 ss.; principia ac substantias primas non recte tradiderunt II, 635, 35 s.; unum perperam principium esse censent II, 635, 31; unum separabile esse arbitrantur II, 636, 1; res dicunt suppositionibus suis consentaneas, sed quæ per se non recte sese habent II, 621, 32 ss., cf. 23 s.; ostendere non poterant quales essent ideæ præter res singulares et sensibiles II, 556, 28 ss.; quomodo lineas insecabiles adstruant IV, 48, 25 ss.; comparantur iis qui deos homini similes faciunt II, 492, 4, v. *Immotas substantias qui ponunt* et *Plato*.

Idearum auctor; v. *Plato*.

Idem; multis modis dicitur, 153, 44; 226, 37; quot modis dicatur, 176, 13; ejus homonymia difficulter discernitur 283, 44; quia id a diverso non distinguimus, fallimur captionibus ex accidente, 284, 13; maxime proprio sensu ita appellatur quod numero unum est, 176, 31; 225, 9; secundum unum et ens dicitur II, 522, 49 s.; II, 577, 2 s.; igitur multis modis dicitur II, 522, 48 ss.; et in unaquaque categoria diversum est II, 523, 1; ad unum refertur II, 527, 4; igitur numeri affectus est et ad numerum refertur, sed non eodem modo quo duplex et similia II, 527, 2, 7 s.; entis species est II, 501, 9; igitur de eo tractat prima philosophia *ibid.*; ad id reducuntur fere omnes contrarietates II, 501, 11; dicitur quod differentia non differt II, 307, 24 s.; nihil impedit quominus et ens et bonum et album sit, 251, 34; simul erit et non erit, si homo omnium rerum mensura sit II, 590, 9; sibi ipsum si aliquid dicas, eo tanquam duobus uteris II, 522, 19 s.; esse ac non esse dicunt nonnulli atque se ita arbitrari II, 504, 5 s.; simul esse et non esse potest eidem et secundum idem II, 503, 40 s.; quia non omnibus de iisdem videtur, id nonnullis causa fuisse videtur cur de principio contradictionis dubia moverent II, 590, 16 s.;

v. *Principium contradictionis*; quatenus simul ens et non ens esse possit II, 509, 3 s., cf. II, 590, 27 s.; alteri oppositum est II, 629, 12; ei opponitur diversum sed non contradictorie II, 577, 24 s., cf. II, 522, 22; eorum oppositio igitur tantummodo spectat res quæ ens et unum dicuntur II, 577, 28 s., 30 s., 34 s.; in non entibus opponitur non eidem II, 577, 30; pluribus contrarium esse potest II, 358, 20; quum non semper volunt iidem, quomodo ex iis petentur enthymematum argumenta, 378, 50; eodem modo se habens, non mutatur nec ipsum, nec ejus partes II, 322, 24, v. *Eadem*.

Idem (numero); quæstiones de eo dijudicantur e conjugatis, e casibus et ex oppositis, 255, 10; item e generationibus, e gr. facientibus et corrumpentibus et e similitudine, 255, 18; item si duarum rerum quibus altera maxime præstat, eodem etiam altera, si utraque numero unum est, 255, 22; item considerandum est an quod alteri idem est, etiam alteri sit idem, 256, 3; item an utrique eadem accidant, vel utraque iisdem 256, 6; item an ad eandem categoriam pertineant, 256, 11; item an ad idem genus, 256, 13; item an eædem differentiæ de ambobus prædicentur, 256, 15; considerandum est, an ambæ magis ac minus recipiant, vel an recipiant quidem, sed non simul, 256, 19; adjectione dijudicandæ sunt quæstiones de eo, 256, 23; item ex detractione, 256, 25; item videndum, an hypothesi facta, non eadem utrique eveniant, 256, 30; item, num eadem de utraque et ambæ de iisdem prædicentur, 256, 38; item, annon genere vel specie, non vero numero idem sint, 256, 43; item, an altera sine altera esse possit, 256, 47; loci qui id refellunt ad definitionem constituendam utiles sunt, 256, 51; non vero qui id adstruunt, 257, 1.

Idem et diversum; multis modis dicuntur idque quomodo II, 501, 34 s., 44 s.; omnia tamen ad suæ categoriæ prima referuntur II, 501, 41 s.; unius quatenus unum est et entis quatenus ens est, affectus sunt II, 501, 53 s.; eorum essentia et eorum accidentia eædem scientia considerantur, idque eadem quibus substantia, id est prima philosophia II, 501, 31 s., 45 ss., 51 s.; II, 502, 1 s., 47 s.; quærendum item de iis quæ his per se accidunt II, 489, 25; quærendumque non solum quidnam sit quodque, sed etiam an alterum alteri contrarium II, 489, 26 s.; ea non spectat geometra, nisi ex suppositione II, 502, 43 s.; ea investigare conantur dialectici ex opinione petitis argumentis II, 489, 19 ss.; quæritur ad quemnam pertineat eorum speculatio II, 489, 24; qui de iis speculati sunt, non ideo errarunt sed quia substantiam neglexerunt II, 502, 2 s.; eorum ignorantia fit captio per principii petitionem, 280, 45.

Identitas (ταυτότης); unitas quædam est essentiæ plurium, aut si quis uno tanquam pluribus utatur II, 522, 18 s.

Identitas et contrarietas; eas investigare conantur dialectici ex opinione petitis argumentis II, 489, 20 ss., quæritur ad quemnam pertineat earum speculatio II, 489, 24 s.; quærendum item de iis quæ his per se accidunt II, 489, 25; quærendumque non solum quidnam sit quæque, sed etiam an altera alteri contraria II, 489, 26 s.

Idomeneus et Meriones; eorum epitaphia in insula Cnosso fr. 313, a.

Idrieus; eum caniculis comparavit Androtion (cf. *Orat. att.* t. II, p. 346), 390, 10.

Iduris; v. *Gauris*.

ἱερατεία· quidnam, 610, 9, cf. 538, 11.

Ierusalem (*vers. gr.* Παλαιστίνη); in eam transplantatum belenum perniciosum e Persia comestibile factum est IV, 28, 39 ss

Ierne; maxima Britannicarum insularum III, 630, 42; super Celtas jacet IV, 630, 44.

ἱερομνήμονες. v. *Scribæ sacri*.

ἱεροποιοί· magistratus genus apud Athenienses fr. 243. a, cf. *Templorum ædificatores*.

Ignaria; v. *Pyrallis*.

Ignavia (δειλία); ejus definitio II, 195, 45; II, 243, 34; ad fervidam partem animæ pertinet II, 243, 12, 34; quænam ejus opera II, 245, 36 ss.; quænam ejus sequelæ II, 245, 40 ss.: intemperantia minus voluntaria esse videtur II, 38, 1; itemque minus vituperio digna II, 38, 5; in ea magis voluntarius esse videtur universus habitus, minus vero singulæ actiones, idque quare II, 38, 9; animæ affectus est II, 195, 5, 26; quatenus homini et reliquis animalibus communis III, 145, 8; III, 171, 38 ss.; III, 175, 28; III, 203, 24; defectus est II, 139, 5; fortitudini opponitur, 21, 9; 330, 3; II, 139, 4; II, 22, 51; II, 23, 7; medium non recipit, nec excessum, nec defectum II, 20, 38; eam consequitur vitium et fugiendum, 194, 18; ejus signum est, si turpia subeas, 356, 23; propter eam facere omittunt quæ optima esse putant II, 108, 7; ad eam refertur, si quis adstantem in acie deserat II, 54, 19; ab ea pendet clypei abjectio et fuga, 355, 36; propter eam abjicitur clypeus II, 54, 5; non eo constat, ut clypeum abjicias vel terga des, sed ut certo aliquo modo te habens ea des II, 64, 15; hostibus prodest, 324, 10; propter eam sæpe munere suo male funguntur servi, 495, 48; omnis modum excedens vel ferina vel morbosa est II, 81, 43; exemplum citatur, 151, 15.

Ignavus; v. *Ocnos*.

Ignavus; quisnam II, 20, 49; is est qui pericula ægre fert II, 16, 38; is est qui metu modum excedit II, 32, 48; timet quæ et quando timere non decet II, 32, 48; II, 208, 47; II, 137, 38; confidentia etiam deficit, sed magis manifestum est eum in molestiis modum excedere II, 32, 50; spe dejectus est II, 32, 51; ei magis quam forti competit propter paupertatem vel amorem, vel molestiam sibi manus inferre II, 33, 11; timori obnoxius II, 208, 5; et multa et pauca et magna et parva vehementer et celeriter timet II, 208, 6; ne leniter terribilia quidem sustinet II, 208, 10; quæ timet, partim nemini terribilia sunt, partim leniter II, 208, 25; celerius et magis quam vulgus a communibus affectibus affligitur II, 208, 38; attamen vel vix vel nunquam a rebus affligitur quibus vulgus II, 208, 40; ne tum quidem confidit quum ratio jubet II, 208, 53; circa pericula injustus est, 333, 11; eodem modo quo ille, improbus est injustus II, 65, 35; decipitur circa res terribiles et fiducia dignas, idque quomodo II, 210, 3; cum defectu tum excessu peccat II, 207, 49; vulgo medio habitui opponitur circa labores (ἄπονος) II, 197, 46; circa eadem versatur ac audax et fortis, sed alio modo II, 33, 2; audaci opponitur II, 207, 40; II, 208, 1; magis timet quam decet, minus confidit quam decet II, 207, 42; non est dicendus qui opum jacturam aut morbum timet II, 145, 37 ss.; ubique hostes se videre putat parva similitudine deceptus III, 509, 51 s.; fortem audacem vocat II, 22, 38; II, 139, 14; ejus signa quæ sint IV, 4, 47 ss.; IV, 5, 3 s.; pilis mollibus significatur IV, 3, 24; item voce acuta et remissa IV, 3, 47.

Ignavi; natura ita sunt IV, 266, 26; quomodo fiamus II, 16, 12; misericordes sunt, 358, 42; interdum simul audaces sunt II, 217, 49; propter peritiam interdum pericula subeunt, idque quare II, 210, 38; in rebus bellicis interdum liberales et circa pecuniæ jacturam con fidentes sunt II, 31, 46; plerique sunt, 353, 48; cur ii sint qui calida loca habitant IV, 191, 34 ss.; IV, 193, 8 ss.

Ignava animalia; magnum cor habent, idque quare et quænam III, 260, 23 ss.

Igneum; quoddam calidum non vero ardens exstat in insulis Pithecussis exstat IV, 380, 28 ss.

Ignea (πυρώδη); si cum iis comparatur spiritus insitus, gravis videtur, si cum iis contrariis, levis III, 525, 8 ss.

Ignea apparentia et splendentia (πυρώδη φαινόμενα καὶ λάμποντα); in lumine non cernuntur, sed in tenebris III, 453, 29 s., cf. III, 452, 37 s.; communi nomine carent III, 452, 37 s.; III, 453, 31; eorum proprius calor non cernitur III, 453, 33; cur hæc cernantur alio loco dicetur III, 453, 33 s.; enumerantur quædam III, 453, 31 s., v. *Lævia*.

Ignicola animalia; in nostris regionibus quærenda non sunt III, 389, 20 s.; nihilo minus omnino non desunt III, 389, 22, cf. III, 95, 22, 30; ea potius in luna quærere oportet III, 389, 26 s.

Iter; cur longius videatur quum ignari sumus quantum sit IV, 147, 47 ss.; IV, 269, 24 ss.; cur longo peracto si quis institerit extremis pedum digitis calces quatiantur pronusque deorsum trahatur IV, 145, 46 ss.; cur media potissimum femorum partem fatiget IV, 146, 47 ss.; æquale cur ocius quam inæquale conficiatur IV, 144, 44 s.; IV, 147, 25 ss.; ne ejus quidem societatem cum inimicis inire volumus, 555, 38; in iis manifestum fit quam amica et familiaris res homo sit homini II, 91, 12; oves extenuant III, 155, 45 s.; ostendunt longitudinem terræ habitabilis latitudinem multo excedere III, 587, 27.

Iteratio (παλιλλογία); quidnam sit, 434, 14; in qua parte orationis ea utamur, 434; 15; 435, 15; fit vel ratiocinando vel eligendo, vel interrogando, vel enumerando, 434, 17, cf. 444, 21; 453, 2; fieri etiam potest per ironiam (cf. 444, 22, 433, 5), idque quomodo, 435, 3 ss.; quomodo fiat ratiocinando 434, 20; quomodo enumerando, 434, 24; quomodo eligendo, 434, 30; quomodo interrogando, 434, 37; in singulis orationis partibus adhibenda est, ubi prolixam reddere volumus orationem.

435, 32; a partibus amovenda est et in fine tantummodo adhibenda, ubi concinnam reddere volumus orationem, 435, 40; quomodo ea utendum sit, ubi mediocrem longitudinem conciliare volumus orationi, 436, 1; utilis est omni tempore, 452, 47; in omnes orationum species quadrat, 424, 16; singulis partibus et speciebus adhibenda est, 452, 48; maxime convenit accusationibus et defensionibus, itemque suasionibus et dissuasionibus, 452, 49; ejus usus in dissuasione, 445, 28; ejus usus in confirmatione orationis concionalis, 443, 41, 49; item in præoccupatione, 444, 20; adhibenda est accusatori post præoccupationem, 451, 6; defensori postquam accusatoris præoccupationes refutavit, 452, 46; 453, 2 ss.; ea concludenda est oratio inquisitoria, 454, 27; ejus usus in laudatione et vituperatione, 447, 32, 41; 452, 52

Ithaca; ibi desunt lepores III, 169, 1 ss.

Ἰτύκη· v. *Utica.*

Iulides (ἰουλίδες); gregales sunt III, 175, 11.

ἴυγξ· v. *Illecebra.*

Iulus (ἴουλοι); insectum est alis carens II, 55, 46 s.; insectis longis accensendi sunt III, 283, 21 s.; v. igitur *Insecta longa*; apud insecta iis similia sensus principium actu unum est, potentia vero plura III, 282, 37, cf. 40; dissecti vivunt III, 282, 38.

Ixion; ei comparatur anima mundi II, 390, 9.

Ixiones; tragœdiæ sunt patheticæ, 471, 23.

J

Jacias si sæpe, secundum proverbium, aliud alias jacias III, 514, 44.

Jacta a nobis; eorum celeritas propter viciniam longe stellas ac lunam solemque superare videtur III, 557, 40 ss.

Jacta (τὰ ῥιπτούμενα); in iis summum motus in medio est II, 395, 37 s.; quamnam ob causam, jaciente non amplius tangente, ferri pergant II, 295, 1 ss.; II, 365, 34 ss.; si in inane perveniant, nulla esse videtur causa cur potius quiescant quam in æternum ferantur, idque quoquoversum simul II, 295, 7 ss.; immo omnino moveri non posse probantur II, 295, 12 ss., cf. II, 295, 4 ss.; non ideo moveri pergunt non tangente qui jecit quod hic una cum re jacta etiam aerem vel aliud quid movet II, 365, 34 ss., cf. III, 515, 10 ss., III, 508, 25 ss.; nec propter circumpulsionem II, 366, 4 ss.; cur igitur revera moveri pergant II, 365, 40 ss.; quando a motu cessent II, 365, 46 s.; quando omnino moveri desinant II, 365, 47 ss.; manifesto continuus est eorum motus II, 366, 5, cf. II, 365, 54 s.

Jacta vi sursum (τὰ βίᾳ ῥιπτούμενα ἄνω); secundum perpendiculum in eundem locum recidunt, etiamsi in infinitum projiciantur, idque quare II, 408, 14 ss.

Jactæ res (τὰ φερόμενα); iis comparantur imagines quæ in sensoriis remanent postquam abierint sensibilia, quæque insomniis ansam dant II, 508, 23 ss.

Jactabundus (ἀλαζών); quisnam II, 150, 24; III, 217, 10; mendacium amat II, 217, 12; ei opponitur dissimulator II, 150, 25 s.

Jactantia (ἀλαζονεία); animæ affectus II, 195, 32; ejus definitio II, 195, 51; II, 138, 31; animæ affectus vituperandus II, 216, 34; II, 217, 8; injustitiæ sequela est II, 246, 19; sui pudorem incutit et quare, 356, 6.

Jactura; eam minus ægre ferimus si quæstum venemur IV, 261, 10.

Jactus (βολή, ῥῖψις); quidnam II, 335, 20 ss.; pulsionis species *ibid.*; fieri nequit, nisi quid immobile sit quod pars non sit jacientis III, 518, 25 ss.; æqualem producit in minori tempore potentia major II, 364, 45 s.; qui sola manu fit brevis est si cum funda comparetur IV, 63, 12 s.; IV, 65, 13; quinam opportuni esse dicantur III, 164, 20.

Jacula (φλόγες); flagrantia in natura ignita et incondita appellata III, 629, 10.

Jaculans; vim movendi tribuit aeri vel aquæ vel rei alii aptæ ut et moveat et moveatur II, 365, 40 ss., cf. III, 508, 25 ss.

Jaculantes (οἱ βάλλοντες); emissum telum sistere non possunt III, 499, 8; igitur iis comparandi sunt reminiscentes III, 499, 8 ss.

Jaculantes eminus (πόρρωθεν); eorum modo collineare videntur atrabiliarii qui recta somnia habent III, 515, 39 s.

Jaculatio; ubi e manu fit a quiete originem motus petit IV, 63, 8 s.

Jaculator; nuda manu plus valet quam si inde sinum fundæ suspenderit IV, 63, 2 s.; IV, 65, 2 s.; antequam projiciat, sæpius fundam in orbem circumvertit IV, 63, 7; telo nititur quod manu tenet IV, 144, 25 s.

Jam (ἤδη); quidnam significet II, 305, 19 s.

Janitores; regiæ Persarum regis III, 637, 28.

Janua; eas quæ extrorsum aperiebantur vendidit Hippias Atheniensis, 641, 15; nemo ab ea aberrabit secundum proverbium II, 486, 7 s.; utilis est in magna domo, idque quare, 639, 2; non per eam quæstioni occurrerunt qui eodem modo quo Anaxagoras refutare conati sunt inanis assertores II, 292, 34.

Jecorinus (ἥπατος); phagro et erythrino similis est fr. 179, b; solitarius est *ibid.*; item carnivorus *ibid.*; dentibus serratis *ibid.*; nigro colore *ibid.*; oculos majores habet quam pro corporis magnitudine *ibid.*; cor triangulare album *ibid.*; paucas appendices intestinorum habet III, 33, 51 s.

Jecur (ἧπαρ); a dextro latere septo transverso subjacet, si secundum naturam se habeat, non vero portentose III, 16, 13 ss.; in quibusdam quadrupedibus visum est id cum liene situm permutasse III, 16, 16 s.; III, 31, 38 ss.; eodem modo se habet apud hominem et apud bovem idque quomodo III, 16, 21 s.; in plerisque animalibus felle caret, in nonnullis vero id sibi impositum habet III, 16, 19 ss.; cum vena magna connectitur, idque quomodo III, 16, 28 ss.; III, 42, 10 ss.; non vero cum aorta III, 16, 28 s.; III, 42, 45 s.; ubinam sitæ sint ejus portæ III, 16, 30 s.; quibus continuum est, iis totum a dextris situm est III, 31, 27 s.; quibus vero inde ab initium fissum, major ejus pars III, 31, 28; leporum cuidam generi circa Bolbam stagnum incolenti adeo fissum est ut duo habere videantur III, 31, 81 ss.; III, 264, 28 s.; mustelaceis piscibus nec principium ejus scissum sed utraque pars appensa III, 31, 29 ss., cf. III, 264, 29 s.; id omnia animalia sanguine prædita habent III, 30, 8 s.; III, 259, 12 s.; III, 265, 3 ss.; III, 268, 26 s.; III, 275, 45; principalem locum non occupat III, 259, 14; lienem sibi oppositum habet in animalibus exquisitissime figuratis III, 259, 14 s.; ejus sanguis venis non receptaculo continetur III, 259, 16 s.; id transeunt venæ, non vero ex eo originem petunt III, 259, 18; igitur nec corporis, nec sanguinis principium est III, 259, 12 s.; nec venarum III, 259, 20 s.; aliquatenus simplex, aliquatenus bipartitum esse videtur, idque quare III, 264, 7 ss., 19 ss.; lieni natura simile est III, 264, 9 s.; manifesto bipartitum est in animalibus quibus parvus est lien III, 264, 22 ss.; apud quæ dextra occupare conatur major ejus pars, sinistrum vero minor III, 264, 24 s.; apud ovipara nonnulla, etiamsi minus distincte quam apud vivipara quædam, tamen manifesto partitum est III, 264, 26 s.; adeo bipartitum est ut duo jecora habere videantur pisces cartilaginei omnes et reliquorum nonnulli III, 264, 29 s.; III, 31, 29 ss.; potius dextrum latus occupat III, 264, 30 s., cf. III, 267, 26; ideoque animalibus necessarius est lien, idque quatenus III, 264, 31 ss., cf. 21 s.; III, 265, 11; venam magnam corporis lateri alligat III, 264, 46 s; ad id a magna vena tendit ramus III, 264, 47 s.; alimenti coctionem adjuvat III, 264, 52 s.; idque quia sanguineum est et calidam naturam habet III, 265, 1 s.; aliis viviparis sanguine præditis multifidum, aliis integrius est III, 270, 6 ss.; piscium et quadrupedum etiam magis et a se ipso et a viviparorum jecore differt III, 270, 8 ss.; avium purum et sanguineum colorem refert æque ac viviparorum III, 270, 10 ss.; idque quare III, 270, 12 ss.; quadrupedum oviparorum et piscium plerorumque pallidum est III, 270, 19 s.; nonnullorum, e. gr. rubetæ et testudinis omnino pravum idque quare III, 270, 20 ss.; in eo non omnia fel habent III, 30, 17 s.; quinam pisces ei applicatum fel habeant III, 30, 39 ss., 50 ss.; item quænam aves III, 31, 1 ss.; quatenus in eo fel habeant quibus omnino sanum est et sanguis id subit dulcis III, 275, 19 ss.; eorum quæ felle carent in universum dulce est et bene coloratum III, 275, 23 ss.; apud animalia felle prædita ejus pars huic supposita dulcissima est III, 275, 25 s.; ejus qui e sanguine impuriori consistit fel excrementum est III, 275, 26 ss.; verisimile est id aliquid ad longævitatem conferre, idque quare III, 275, 37 ss.; quare rationi consentaneum sit solum omnium viscerum utile excrementum habere quale fel est III, 275, 40 ss.; omnium viscerum maxime pinguescit apud nonnulla animalia III, 51, 2 s.; e piscium cartilagineorum oleum fit, idque quomodo III, 51, 4 s.; excepto corde omnium viscerum maxime sanguineum est III, 270, 17 s.; multum confert ad sanitatem et bonum temperamentum III, 270, 15 s.; fovet ventriculi partem quæ ab omento non calefit III, 276, 25 s.; ab eo ad brachium dextrum adscendit vena, idque qualis III, 42, 14 ss.; eo dolente hanc venam incidunt medici III, 42, 17 s.; quænam id trajiciat vena secundum Syennesin Cyprium III, 38, 31; quænam secundum Diogenem Apolloniatem III, 38, 50 s.; quænam ad id deveniant secundum Polybum III, 40, 3, 11; id trajicit alterum venarum umbilicalium par, idque quanam ejus parte III, 142, 42 s.; nullam continet arteriam III, 667, 30, 35; tangit renem dextrum III, 267, 25; super eo partim animalia sanguine prædita fel habent III, 274, 29 s.; procul ab eo suspensum fel habent pisces III, 275, 3 s., cf. tamen III, 30, 39 ss.; ab eo parvis et tenuibus meatibus dependet fel apud pisces quibus ad intestina porrectum est III, 30, 45; serpentum quale III, 33, 28 s.; ei applicatum est fel apud hydros III, 33, 30 s.; elephantis quale III, 32, 46 s.; id non facit cor, si partes fœtus alia post aliam, non alia ab alia fiant III, 348, 5; ejus vero notio et forma necessario cordi inerit III, 348, 10; in fœtibus apparet simulac consistunt III, 257, 51 ss.; item in ovis tertio die puncti magnitudine III, 258, 1 ss.; item perexiguum in fœtibus abortu ejectis III, 258, 3; fœtus medium occupat III, 112, 47; circa id fœtui adhæret umbilicus apud mustelos læves *ibid.*; apud fœtum magnum et sanguineum est et apud quadrupedes et apud mustelos læves III, 113, 2; constat id non simul fieri cum oculo et corde et pulmone III, 347, 46 s.; sæpe apud victimas variis affectibus morbosis afflictum invenitur III, 260, 49 ss.; minime tamen ejus pars quæ venæ magnæ adnectitur, idque quare III, 260, 54 ss.; nunquam fuerunt animalia quæ eo omnino carerent, fuerunt tamen quæ non totum haberent III, 403, 24 s.; fuerunt etiam quæ id a sinistris haberent III, 403, 29; eaque omnia apud animalia viva et perfecta occurrerunt III, 403, 25 s., 30 s.; quare ejus obstructa superficie convexa jugulum detrahatur IV, 295, 23 ss.; ab eo trahitur sanguis ubi non amplius adest biliosum sedimentum IV, 297, 2 s.; ejus morbi indicium fr. 217, b; quamobrem dulcibus ungatur IV, 292, 48 ss.; conservi voravit aliquis II, 31, 29; perperam nonnulli (sc. Plato) animæ partem ei insitam a felle morderi vel placari censent III, 276, 37 ss.

Jecur, lien et renes; ea a pulmone et corde separat septum transversum III, 268, 20 ss.

Jejuni (νηστεῖς); cur fœtidum os habeant IV, 298, 11 ss.; cur celerius concumbant IV, 137, 42 ss.; cur magis sitiant quam fame afficiantur IV, 332, 6 ss.; sese exercent chori et histriones IV, 308, 47.

Jejunium; calefacit sitimque movet III, 536, 7; IV, 190, 4 s.; id facillime ferunt senes IV, 332, 16; per biduum infligitur scrofis castrandis III, 208, 35 s.

Jejunium olere (νηστείας ὄζειν); quidnam ita vocetur IV, 189, 52.

Jejunum intestinum (νῆστις); quare necessario exstet III, 273, 14 s.; reperitur in intestino tenui III, 273, 20; apud omnia animalia invenitur III, 273, 22; maxime manifestum est apud ea quæ jejunarint, idque quare III, 273, 23 ss.; apud feminas in qualibet superioris intestini parte occurrere potest III, 273, 26 s.; apud mares colum et cæcum intestinum III, 273, 27 s.

Jocantes; iis irasci solemus, inprimis ubi seria loquimur, 349, 3, 43.

Jocus (παιδιά); in vita necessarius videtur II, 51, 27; eo vacamus dum requiescimus II, 50, 35; eo quoque manifesto cum concinne uti licet, tum modum excedere vel ab eo deficere II, 50, 36, 38; liberalis viri differt a servilis et eruditi ab ineruditi II, 51, 5; distinguenda sunt quæ in eo dicere et in eo audire liceat II, 50, 37; hodie ei plerique magis indulgent quam par est II, 50. 50; eos qui cum facere, tum accipere possunt amamus, 352, 13.

Juba (χαίτη); quidnam III, 19, 16 s.; ea quatenus prædita sint quæ comas caproneas habent III, 19, 18 s.; cur eam homo non habeat IV, 165, 10 ss.; eam habet leo III, 19, 18; III, 247, 77; ea caret leæna, habet vero leo III, 132, 16; eam habet equus III, 153, 9; III, 204, 32 s.; item bonasus III, 20, 40 ss.; III, 204, 32; bonasi densa et prolixa est *ibid.*; unde incipiat et ubinam terminetur apud equum III, 19, 18 s.; III, 204, 32 s.; eam inde a capite usque ad summos armos habent quæcunque caproneas comas habent et insuper bonasus III, 19, 18 ss.; eam ad oculos usque habet bonasus III, 204, 35 s.; qualem habeant equicervus et pardion (*vel* hipparidion) III, 19, 21 ss.; item hyæna III, 153, 9 ss.; eam in summis armis habent et cameli et boves Syriaci III, 169, 15 s.; eam instar equi habet equus fluvialis III, 24, 2.

Jubar (αὐγή); quidnam III, 480, 16 s.

Jucundi (ἡδεῖς); soli vitam simul traducere possunt II, 95, 2.

Jucundum (ἡδύ); est quod voluptatem efficit, 335, 4; loci de eo, 335, 7 ss.; omne fit, vel dum præsentia sentimus, vel dum præterita recordamur, vel dum futura speramus, 335, 38; quidnam recordatu, 335, 42; ejus forma si cogitatur aliquatenus eodem modo se habet ac id ipsum III, 522, 40 ss.; ex vulgi sententia non solum eventu definitur sed etiam quo modo potionis jucunditas dijudicatur II, 224, 22; bonum apparens est, ideoque quatenus animalia movet, bonis accensendum est III, 521, 23 s.; id tanquam bonum præferunt plerique II, 29, 23; bonum est iis qui voluptatem amant II, 94, 25; differt a bono II, 220, 13; appetitur quia apparens bonum II, 220, 17; id amamus, ubi cupimus quod amamus II, 220, 9; si id est quod bonum, non bonum non erit jucundum, 212, 10; bonum est, si non bonum non est jucundum, 212, 16; animæ bonum videtur II, 206, 17; sequitur simpliciter bonum II, 175, 40, 45; per id fit transitus a bono simpliciter ad bonum alicui II, 222, 26; in amicitia vera idem esse probatur quod alicui bonum et quod simpliciter bonum II, 222, 9 ss.; absolutum differt interdum ab eo quod unicuique jucundum est II, 92, 3, cf. *Bonum*; id est quod utile, si voluptas id quod bonum, 211, 29; eo pertinet contrarium tanquam utile et ad finem ducens II, 226, 50; eo si præstat salubre, voluptate præstabit sanitas, 325, 45; amabile est, idque tanquam finis II, 91, 49, 51; tyranni finis est, 580, 31; quod aliis videtur, aliis contrario modo se habere videbitur II, 590, 17 s.; simili simile II, 226, 41; unumquodque ipsum sibi *ibid.*; non cuique idem est naturaliter, 489, 1; non semper idem nobis est, idque quare II, 90, 24; pro ætatibus immutatur II, 221, 25; id sectantur adolescentes II, 93, 1; non vero senes II, 92, 44; mutata ætate mutatur II, 93, 2; jucundius est si multis quam si unicæ parti accidit III, 329, 31 ss.; an eligendum, 180, 9; an pulchrum, 194, 9; quod est ideo quoque pulchrum est IV, 170, 18; id non spectat benevolentia II, 108, 48 s.; id maxime appetit natura II, 94, 48; persequendum est III, 523, 4 s.; id spectat cupido III, 251, 22; III, 447, 27 s.; ejus causa expetuntur res, 202, 28; ejus causa multis placere licet II, 95, 34; si quid fugiendum, voluptas quædam fugienda, 203, 42; si quid utile, voluptas quædam utile, 203, 43; ubi aliquid ejusmodi cogitat intellectus contemplativus, non movetur cor, sed alia quædam pars III, 472, 9 s.; est se consecuturum putare quæ quis appetit, 347, 37; in omnes orationum species quadrat, sed inprimis in suasiones, 424, 6; ejus usus in confirmatione orationis concionalis, 443, 28, 51; 444, 6.

Jucunda; quænam, 414, 16; laudabilia sunt, 420, 37; bona sunt et quare, 323, 33; alia simpliciter, alia alicui II, 208, 21; II, 220, 41, cf. 27; utraque appetimus II, 220, 34; alia aliis sunt II, 37, 7; cuivis quædam res vulgares sunt II, 37, 8; alia naturalia sunt, alia præter naturam II, 81, 17; quænam per accidens jucunda sint II, 90, 21; quænam natura II, 90, 23; alia necessaria sunt, alia per se expetenda sed excessui obnoxia nec necessaria II, 80, 3, 10; alia naturaliter expetenda sunt, alia his contraria, alia intermedia II, 80, 42; perperam in epigrammata Deliaco a bonis et pulchris distinguuntur II, 8, 43; II, 184, 4; quæ natura ejusmodi sunt ea hominibus res honestas amantibus jucunda sunt II, 8, 29; cuique ea sunt quæ amare dicitur II, 8, 24; plerisque hominibus certamen injiciunt quia eorum jucunda natura jucunda non sunt II, 8, 28; vel eorum vel honestorum causa omnia faciunt omnes II, 25, 18; eorum causa quæ fiunt, cum voluptate fiunt II, 25, 20; et ea et honesta si quis violenta esse diceret, omnia vi fierent II, 25, 16; ea turpium accusare, honesta vero sibi ipsi imputare ridiculum est II, 25, 23; eorum cupido maxime pueris inest II, 38, 23; eorum cupido inexplebilis est ac undique contrahitur apud stultum II, 38, 25; alia pueris, alia viris, alia bonis, alia pravis II, 123, 24; quæ viro bono videntur, revera ita se habent II, 123, 26; habitus sequuntur II, 29, 19; II, 220, 37; aliis sunt quæ molesta aliis II, 122, 23; proportione respondere debent voluptatibus quas gignunt II, 87, 47; si absque nocumento sunt, et ad finem vitæ et ad requiescendum conveniunt, 629, 10; quæ male affectis videntur revera jucunda non sunt II, 118, 50; nonnulla morbosa sunt II, 87, 44; II, 88, 9; ad ea pertinet solitum, et id cui adsuevimus, 334, 32; quænam spe consistant, 335, 49; ab iis abstinere facilius est quam molesta perferre II, 35, 21; ea interdum cedit vir probus II, 181, 20.

Jucundius; quidnam, 327, 9; majus bonum quam minus jucundum, 327, 6.

Jucundissima; quænam secundum Deliacum epigramma II, 8, 46; II, 184, 6.

Jucunda corporalia; quænam II, 80, 8; ad ea pertinent circa quæ versantur temperantia et intemperantia II, 80, 9.

Jucundum genuinum (τὸ ἀληθῶς ἡδύ); ejus notionem plerique non habent II, 127, 38 s.

Jucunda naturalia (ἡδέα φύσει); alia per se jucunda sunt, alia pro animalium et hominum generibus diversa II, 81, 18; iis gaudent qui in medio sunt II, 227, 13.

Jucunda præter naturam; eorum causæ sunt vel mutilationes quædam vel consuetudo vel natura prava II, 81, 19; circa ea exstant habitus quidam incontinentiæ proprie sic dictæ respondentes II, 81, 21; habitus qui circa ea versantur distinguuntur in ferinos, eos qui morbis vel furoribus debentur, et morbosos aut consuetudine ortos II, 81, 22, 27, 30; qui eorum cupidine tenetur vitii modum excedit II, 81, 38; qui eorum cupidine vincitur non absolute sed ex similitudine incontinens dicendus est II, 81, 39; II, 82, 10; qui eorum cupidine tenentur vel cupidinem hanc vincunt vel ab ea vincuntur II, 81, 51.

Jucunda necessaria; ad ea pertinent quæ a corpore pendent II, 80, 22.

Jucunda non necessaria; quænam II, 80, 11; qui circa hæc excedunt rectam rationem sibi insitam, non simpliciter vocantur incontinentes, sed addita mentione rei cujus incontinentes sunt II, 80, 13; II, 81, 6 s.; qui circa hæc incontinens est non vituperatur tanquam vitiosus II, 80, 21; II, 81, 2, 10; circa ea non exstat mollities II, 80, 29; nec temperantia vel intemperantia II, 80, 32; nemo vituperatur quia illis afficitur, vel quia ea amat aut cupit, sed quoniam circa ea modum excedit II, 80, 44; laudantur qui iis operam dant II, 80, 50; excessus circa ea pravus et vitandus II, 81, 4.

Jucundum simpliciter (ἡδὺ ἁπλῶς); circa maxime amabile et circa id maxime versatur amicitia II, 93, 27; II, 95, 7; idem quod bonum simpliciter II, 220, 24, 41; idque nisi quid obstet II, 222, 2; item naturaliter II, 222, 44; et fine et tempore definiendum II, 224, 21; honestum est II, 242, 8.

Jucundum et molestum; competunt quibuscunque voluptas et dolor sunt III, 447, 26 s.; quibus hæc competunt, etiam cupidinem habent III, 447, 27; ea spectat cupido, non vero consilium II, 26, 44; eorum motus omnes a corde incipiunt et ad id tendunt III, 258, 51 ss.; alimentum spectantia discernit gustus III, 476, 39 s.; ejus qui cibum respicit gratia gustum habent animalia III, 475, 47 s.; sine eo percipere non possumus odores III, 456, 29 ss.; id per accidens solummodo habent odores qui saporibus pro portione respondent III, 485, 40 s., 45 ss.; III, 486, 5 s.

Jucundum vel molestum; ubi ea dixerit illic esse anima, persequitur vel fugit ac de re agenda discernit III, 470, 23 s.

Judex; nominis græci etymologia II, 57, 11; ubi inter se dissident ad eum confugiunt II, 56, 49; ad eum ire eodem redit ac si ad jus irent II, 56, 50; quasi jus animatum esse conatur II, 56, 51; eum tanquam medium considerant II, 57, 2; eum arbitrum vel mediatorem (μεσίδιον) nonnulli vocant, idque quare II, 57, 1; iniquum quod in pactis positum est exæquare conatur II, 56, 35; mulcta exæquare conatur de lucro detrahens II, 56, 38; eodem modo exæquat ac si, linea in inæquales partes divisa, a minori parte adimeret ut alteri adderet II, 57, 3 ss.; de præteritis considerat, 317, 9; 368, 12; quisque optimus est eorum quæ cognoscit II, 2, 28; non solum e necessariis judicare debet, sed etiam e verisimilibus 383, 44; dijudicat ea quæ lex definire nequit, 541, 36; videndum an ei nocitura sit pactorum observatio 345, 26; exemplis ei notis utendum est ut evertas probationem e quæstione petitam, 345, 38; juris est dispensator, 345, 15; quisnam proprie ita vocetur, 367, 37; ejus arbitrio quam paucissima relinquenda sunt a legislatore, 310, 36; quænam dijudicare debeat, 310, 32; 311, 14; perverti non debet excitandis animi affectionibus, 310, 18, 26; quomodo differat a cive concionem celebrante, 311, 32; supponitur esse simplex, 315, 1; an is vel lex crimini pœnam infligere debeat, sedulo distinguendum est, cum accusatori, tum defensori, 422, 17; 423, 16; ei cum reo et omnibus hominibus communia esse infortunia et errores dicere debet defensor, 423, 12; unusquisque magistratus non est, sed universus judicum consessus, 532, 13; ei quæ placent exponenda sunt in narratione 405, 47; cur apud eum reo dexter locus detur IV, 262, 16 ss.

Judices; pars civitatis sunt, 547, 45, 49; 548, 9; 610, 44; iidem esse possunt qui agricolæ, 548, 15; item ac artifices et consultatores, 610, 24; quatenus iidem esse debeant ac consultatores et milites, quatenus non, 610, 49; jurant se secundum leges judicaturos esse, 431, 8; 432, 43; 450, 18, 54; absurdum esset si testibus crederent quum legumlator de falsis testibus legem tulerit, 431, 7; commonefaciendi sunt se non de lege sententiam ferre, 450, 16; si sententiam ferant legi malæ contrariam, legem non violabunt, sed leges ferent, 450, 25; si de ambigua lege idem sentiant ac accusator, id ei ostendendum est, 450, 33; sin vero idem quod adversarius, quænam dicenda sint accusatori, 450, 34; dicendum est iis prodesse si idem sentiant de lege ambigua quæ ipse, 450, 36; si eos in sententiam suam de lege ambigua traducere nequeat orator, quænam ei dicenda, 450, 57; si confitentes se errasse absolvant, non confitentes condemnare non poterunt, 450, 49; si legislatores non ignoscant, nec ipsi ignoscere possunt, 450, 53; ex eorum sententia quænam dicendi argumenta petamus, 414, 27; quomodo eos erga se et quomodo erga adversarios in peroratione afficere debeat accusator, 451, 8; 452, 54; quomodo bene erga nos afficiendi sint 453, 7, 9 ss.; quomodo male erga adversarios, 453, 8, 26 ss.; iis dicere debet defensor, nunc tempus esse ut sibi gratiam rependant pro acceptis beneficiis, 453, 13; quomodo efficiendum sit ut nos misereantur, 453, 16; eorum odium atque iram contra adversarios excitare debemus, 453, 30; id si fieri nequeat, efficiendum, ut adversariis invideant, idque quomodo, 453, 31 ss.; quomodo eos alloqui debeat orator, ubi in initio orationis fit tumultus, 432, 41 ss.; quomodo, ubi in orationis progressu pauci tumultum movent, 433, 11; si omnis multitudo tumultuetur, non eos, sed se ipse increpare debet orator, 433, 13; eorum iram reprehendendo incitat orator, 433, 15; rogandi sunt, ut oratorem benevole audiant, nec quarum rerum clam sententiam sint laturi, nunc quam mentem gerant, manifestent, 433, 17; eorum amici inprimis injuriam facere solent et quare, 338, 16, 19; item qui eos corrumpere possunt, 338, 34; legem respiciunt, 342, 17; nummorum probatoribus comparantur, 343, 27; eorum jusjurandum quomodo interpretandum sit, 343, 15, 40; 344, 30; quomodo impediendum sit, ne misericordiam sentiant, 361, 26; 362, 25; quomodo et quando deliniendi sint, 448, 34; quando et quomodo attoniti reddendi sint, 449, 14; ne ab iis injusta petat adversarius, cavendum est, 434, 12; ad eorum judicia provocant oratores, 377, 38; quod bonum judicarint, majus bonum est, 327, 25; de rebus propriis plerique mali sunt, 529, 2, 7; 541, 20; in eorum multitudinem non quadrant judicia quæ de parvis pactis fiunt, 564, 6; iis intervenientibus supplicia infligere debet tyrannus, 587, 5; eorum unum supremum consessum instituere volebat Hippodamus Milesius ad quem referrentur omnes res quæ male judicatæ esse viderentur, 508, 29; e senibus selectis eligebat supremos, 508, 31; eos non calculis, sed tabulis sententiam ferre jussit, idque quare, 508, 32; eorum munus cum arbitrorum officio confudit Hippodamus, 509, 32; ne de judicio inter se colloquantur, prohibere conantur plerique legumlatores, 509, 35; confusum erit judicium, si iis licet partim absolvere, partim condemnare reum, 509, 37; eos necessario perjurio obnoxios esse debere putabat Hippodamus, si simpliciter absolvere vel damnare cogerentur, 508, 37; hac lege tamen non pejerare coguntur, dummodo lis simpliciter fuerit intenta, 509, 44; Athenis sorte creabantur, 518, 50; eos ex omnibus creari jussit Solon, 518, 47, 49; iis mercedem tribuit Pericles, 519, 2, cf. *Merces judicialis.*

Judices certaminum publicorum; quatenus injuste agant ubi indigno palmam decernunt II, 155, 31 ss.

Judicans (animæ pars) (τὸ κρῖνον); quando una cum sensibili recte se habet, oritur voluptas II, 120, 35.

Judicationes morborum (κρίσεις); tribus vel quaternis diebus fiunt III, 96, 4 s.

Judicaturus recte (ὀρθῶς κρινῶν); quisnam eum a reliquis distincturus sit quærunt qui omnia quæ alicui videntur vera esse censent II, 511, 34.

Judiciale genus (ἡ δικανικὴ πραγματεία); eo pertinent accusatio et defensio, 422, 2.

Judicialia negotia (ἡ δικανική); jucunda sunt assuetis, 336, 35.

Judicialia præcepta (δικανικὰ παραγγέλματα); opponuntur civilibus, 413, 10.

Judicialis eloquentia; spectat res quæ sunt vel non sunt, 407, 23; ea difficilior eloquentia concionalis et quare, 407, 43; ejus fundamentum lex, 407, 47; habet multa diverticula, e. g. ut de se ipso vel de adversario loquatur orator, vel animum commoveat, 407, 49; in ea vulgo probatio refutationem præcedere debet, 408, 20, cf. *Rhetorica judicialis.*

Judicialis oratio (ὁ δικανικὸς λόγος, αἱ δικαιολογίαι); genus orationum civilium, 413, 14; ei unice propria narratio, 401, 42; non omni insunt contentio (ἀντιπαραβολή), repetitio (ἐπάνοδος) et procemium, sed paucis desunt, 401, 49; quomodo in ea utendum sit præoccupatione, 432, 38 ss.; quomodo in ea ordinanda sit accusatio, defensio et quæstio exponendum est, 448, 10; in ea quomodo faciendum sit prooemium, 448, 12 ss.; in ea prooemium eodem loco collocandum est ac in suasionibus et dissuasionibus, 449, 40; in ea prooemium insequuntur renuntiationes (ἀπαγγελίαι), 449, 42; duobus modis in ea fieri possunt renuntiationes, 449, 43; in ea renuntiationes insequi debet confirmatio, 449, 45; eas conscribere defensorem si insimulet adversarius quidnam respondendum sit, 452, 27.

Judicium (κρίσις); ei certum quendam cæli locum assignant Pythagorei II, 481, 39 ss.; item certum quendam numerum II, 481, 41 s.; eodemque modo Plato II, 481, 49; quod insciens tulerit injustum non est secundum jus legitimum, sed aliquatenus injustum, i. e. secundum jus naturale II, 63, 42; injustum si quis sciens tulerit, emolumentum facit vel gratiam iniens, vel inimicitias ulciscens II, 63, 45; propter has causas qui injustum tulerit, quasi injuriæ socius esse videtur II, 63, 46; ad id ferendum melius est si adversariorum disceptantium orationes audias II, 488, 46 s.; fiunt circa ea quæ et alio modo se habere possunt, 315, 14; si non ferantur ut decet, vincuntur vera ac justa, 318, 8, v. *Rhetorica judicialis*; ubi calumnia premitur orator, vel latum, vel futurum est, vel ad id rem deferre nolunt accusatores, 440, 10; si latum sit ejus falsitatem invocare debet orator, 440, 12; latum si falsitatis insimulare nequeat orator, quænam ei dicenda sint, 440, 14; quænam, ubi accusatores rem in id deferre nolunt, 440, 20; quænam, ubi futurum est, 440, 17.

Judicium rectum; fit in rebus quæ longo tempore et difficulter efficiuntur II, 223, 16.

Judicium (δίκη); societatis civilis ordo est, 484, 20; juris et injuriæ disceptatio est, 484, 21; II, 60, 4; nonnusquam non datur iis qui bona fide loco beneficii præstiti rependenda pacti sunt II, 102, 34; II, 105, 12; instituit Aristoteles Rhodius, quo omnes lites ante præscriptum tempus dirimendæ essent, 643, 33, cf. *Lis.*

Judicium fide digni; quomodo ex eo enthymemata petantur, 373, 46.

Judicio exploratum (τὸ κεκριμένον); stabile est II, 223, 15.

Judicia; species sunt probationum non adscititiarum, 424, 28; undenam petenda sint, 427, 45; de rebus quæ in controversiam veniunt, ubi antea audieris, magis fide dignæ erant res dicendæ II, 383, 15 s.; sine iis societas consistere nequit, 598, 50; inutilia sunt, nisi ad finem perducantur, 598, 48; nova a juvenum magistratibus ad finem perduci præstat, 599, 3; eorum periti se pœnam effugere posse sperant, 338, 10; ea qui depellere, vel in longum tempus differre possunt, injuriam facere solent, 338, 33.

Judicia (δικαστήρια); eorum participes esse decet omnes, 593, 26; aliorum judicia ab aliis magistratibus ad finem perduci debent, 598, 52; magistratus est, non vero unusquisque judex, 532, 14; eorum differentia tribus finibus continetur, 563, 36; creantur vel ex omnibus, vel e quibusdam, 563, 38; vel sorte vel suffragiis, 563, 39; eorum octo sunt genera, idque quænam, 563, 41; 564, 3; qualia Athenis in Phreattone dijudicantur, vel in magnis civitatibus raro occurrunt, 563, 52; quæ exigua pacta spectant in judicum multitudinem non cadunt, 564, 2, 5; si non rite dijudicentur civilia, seditiones fieri solent, 564, 8; quot modis constitui possint si tres eorum differentiæ vicissim inter se conjungantur, 564, 10 ss.; quinam modi cuique reipublicæ formæ congruant, 564, 25; vix recte administrari possunt in civitate admodum populosa, 606, 45; eorum sententiæ apud tabelliones perscribuntur, 598, 35; si paria sint eorum suffragia quidnam faciendum sit, 592, 42; quomodo constituantur in oligarchia, 553, 18; 558, 5, 8; 560, 27; in democratia, 553, 20; 558, 21; 560, 28; 591, 35, 46, 47; quomodo constituenda sint in politia vulgo sic dicta, 553, 17; 558, 24; propter ea in oligarchiis quoque fiunt seditiones, 573, 4; quænam in oligarchiis commenti sint ut ab iis arcerent pauperes, 553, 18; 558, 5, 8; 560, 27; ubi non cooptantur ex iis qui regimen tenent in oligarchiis plebi assentantur proceres, idque quare, 572, 14; propter sententiam ab iis latam cum Thebis tum Heracleæ exarsit seditio, 573, 8; eorum in ultimo democratiæ genere multa bona publicant demagogi, 595, 25; in ultimo democratiæ genere ea paucis quidem diebus, sed multis de rebus cogere oportet, idque quare, 595, 44; prava jam multas democratias perdiderunt, 595, 42; Athenis democraticum erant institutum, 518, 44; eorum genera apud Athenienses fr. 247, b; eorum corrumpendorum auctor fuit Anytus fr. 233, a; maximorum Lacedæmone arbitri sunt ephori, 513, 24; 521, 30; item senatores, 513, 38; 521, 31, v. *Lites*; omnia Carthagine agunt idem magistratus, non alia alii, 517, 29; 521, 33; tria tantummodo recipiebat Hippodamus Milesius, idque qualia, 508, 27; in id itur ad disceptandam causam III, 641, 2; injuria in eo facta major est, 342, 47.

Juglandes (καρύαι); cur eas inprimis in sepulchris serant IV, 326, 19 ss.

Jugulatus (σφαττόμενος); per se moritur, 125, 32.

Jugulum (σφαγή); pars pectoris et colli communis III, 11, 16; cur detrahatur obstructa jecoris superficie concava IV, 295, 23 ss.; quænam ea percurrant venæ secundum Diogenem Apolloniatem III, 38, 39; III, 39, 9, 17.

Jugum; partes quibus imponitur eorum pili albescunt idque quare III, 652, 44 s.

Jugum libræ; cur pondere carens facilius moveatur quam pondere imposito IV, 62, 10 ss.; ligneum, cur citius ab eodem pondere moveretur quam ferreum IV, 62, 16 s.

Jumentum (ὑποζύγιον); quomodo id, sic etiam viri vel mulieris mentem experiri oportet II, 223, 21; si quis vinctum in lacum Asphaltitem injecerit supernatat, idque quare III, 582, 24 ss.

Jumenta; genus est quadrupedum vivipararum III, 7, 47; quænam animalia ad hoc genus pertineant III, 7, 47 ss.; maxillas longas et caput parvum habent III, 13, 43; adulta partes superiores inferioribus majores habent, in juventute vero minores III, 22, 13 ss., cf. III, 289, 33 ss.; III, 292, 31 s.; dentes abjiciunt IV, 318, 26; contrario modo apud ea exit atque intrat pudendum virile ac apud hominem III, 11, 25 s.; a reliquorum utero diversus est mularum III, 380, 25; homine majora sunt, sed nihilo minus eorum vita brevior est, etiamsi diutius uterum ferant III, 413, 14 s., 22 s.; quantum temporis uterum ferant III, 413, 24 s; eodem modo circa aquæ potum quo ad pabulo fruendum afficiuntur III, 155, 5 ss.; quomodo iis pilos læves vel densos conciliet farrago III, 155, 8; quando iis noceat eadem III, 155, 8 s.; quando iis noceat medica herba III, 135, 9 ss.; omnibus gravis est muris aranei morsus III, 167, 17 s.; omnia moriuntur sumpta sandaraca III, 167, 27 s.; cur non ructent IV, 168, 32 ss.; maxime crepitum ventris reddunt, idque quare IV, 168, 37 s.; quamobrem minime famem ferre valeant IV, 324, 11 ss.; inclusa omne lignum rodunt, idque quare IV, 324, 12 s.; animalcula porricidis similia in superiori ventre habent IV, 324, 14 s.; vesica meatus amplos obtinent IV, 168, 17; ubi mingunt, quare sistant ea equisones IV, 315, 50 s.; femina facilius mingunt maribus IV, 316, 1 s.; cur mingant ubi mingentia alia videant IV, 153, 48 ss.; IV, 300, 25 ss.; cur in eundem locum omnia mingant IV, 154, 5 s.; IV, 300, 34 s.; ubi attrita sunt eorum corporum partes morbo affectæ replentur sed debiliores IV, 165, 35 ss; eorum pili albescunt, idque quinam et quare III, 652, 44 ss.; communis eorum affectus insolentia IV, 7, 5 s.; iis nonnulli comparant pravos, utpote voluptatibus deditos II, 123, 21; quomodo ea Samiorum gratia unum diem jejunare coegerint Lacedæmonii, 642, 14.

Junco; v. *Schœnilus.*

Juncus; v. *Schœnio.*

Juncus (κάλαμος); ab ejus flore apes vel sui ipsarum vel fucorum fœturam afferre asserunt quidam III, 96, 15 ss., cf. III, 385, 52; iis combustis salem gignunt in quodam loco Umbricorum III, 582, 42 ss.

Juncus odoratus (σχοίνου ἄνθος); ad Rhodiacos ollulas adhibetur fr. 66, a.

Junior; eo ad principatum aptior est natu grandior, 494, 20; natura a juniori differt, sed genere idem est, 494, 34.

Juniores; eorum partes debiliores sunt III, 416, 19 s.; partes superiores magnas, inferiores vero parvas habent III, 22, 8 s.; III, 289, 29 s., cf. III, 312, 45 s.; III, 505, 3 ss.; apud eos magis pulsat cor quam apud seniores, idque quare III, 550, 58 ss.; cerebrum humidius habent III, 417, 14 s.; ideoque lusciositati obnoxii sunt III, 417, 14; semine carent III, 335, 26 s.; idque quare III, 335, 29 s.; eorum nuptiæ liberis procreandis non conferunt, 621, 20; 622, 20; quidam in tenebris, etiamsi recte cernentes, imagines vident quarum præ timore oculos obtegunt III, 512, 1 ss.

Juniora animalia; eorum calor nondum perfectus est III, 397, 3 s., cf. 6 s.; igitur sæpius feminas pariunt III, 397, 2; eorum proles minor et debilior III, 84, 39 ss.; eorum nervi nondum intenti sunt III, 428, 2 s.; hinc debilia sunt et invalide se movent III, 428, 4; item nervos imbecillos habent et articulos nondum compactos III, 428, 1 s.; omnino sanguinolentam habent medullam III, 53, 1 s.; iis magis pinguescunt seniora II, 51, 29 s.; cur vocem acutiorem emittant quam adulta IV, 176, 21 ss.; exceptis vitulis acutiorem vocem habent quam adulta III, 426, 36 ss., cf. III, 427, 32 ss.; idque quare III, 427, 37 ss.; aerem facile dispensant III, 427, 48; postea graviorem acquirunt vocem, idque quare III, 427, 49 ss.

Juno; de ejus cum Jove nuptiis Hermione fr. 256, a, b; ejus metu lupæ speciem induit Latona, idque quando III, 133, 14 s.; ei ovem consecravit Mandrobulus Samius, idque quare fr. 286, a; præsertim apud Argivos colitur fr. 256, b; quomodo apud eos repræsentetur *ibid.*; ejus imago expressa erat in veste Alcimenis IV, 90, 41.

Junonis orbis; ita nonnulli Luciferi orbem appellant III, 628, 50 s.

Junonis solemnia Lacinii IV, 90, 33; ad ea omnes Italiotæ confluere solent IV, 90, 33; in iis exponebatur vestis Alcimenis Sybaritæ IV, 90, 35 s.

Juno pronuba; ejus templum apud Hermionenses fr. 256, b.

Jupiter; in Creta natus est, ideoque nullæ in ea feræ nasci dicuntur IV, 88, 15 ss.; eum recte Homerus deum hominumque patrem appellavit, 494, 30; quare eum patrem appellet Homerus II, 99, 34; eum regnare censent antiqui poetæ II, 634, 40; de ejus cum Junone nuptiis Hermione fr. 256, a, b; quomodo Minervam pepererit fr. 349, a; ei Ganymedes (Il. ν, 234) vinum infundere dicitur, etiamsi dii vinum non bibant, 480, 8; ei non omnia immolanda sunt nec omnes honores tribuendi II, 106, 1; II, 234, 6; eum, teste Homero, de cælo detrahere nequeunt omnes dei deæque III, 620, 3 ss.; ridiculum foret si quis diceret se eum amare II, 175, 23; non pluit, ut frumentum augeat II, 270, 19; quare ei non commemoret beneficia quæ in eum contulerat Thetis II, 45, 45; dierum alcedoniorum auctor secundum Simonidem III, 81, 40; ab eo leges accepit Minos fr. 269, b; ei votum fecerat Cypselus, se ei omnia bona Corinthiorum consecraturum esse, si civitate potitus esset, 640, 24; quomodo hoc votum solverit, 640, 26; secundum sophistas Agamemnoni non dedit ut voti compos fieret, sed somnium jussit ut hoc ei mandaret, 279, 19; 479, 53 (Il. β, 15, φ, 297); apud poetas nunquam ipse cantat aut citharam pulsat, 628, 41; ejus filii esse jactantur nescio qui apud tragicum anonymum II, 231, 22; postulari jussit ut imperio pareret, si idem postularetur a viris reliquos virtute longe antecellentibus, 536, 54; in ejus templo Agathocles Siculus torquem æneam dedicavit IV, 95, 6 s.: ejus templum Pedasis in Caria IV, 101, 29 ss.; ejus imago expressa erat in Alcimenis veste IV, 90, 41, cf. *Deus.*

Jupiter Ἀμμοῦς· fr. 268, b.

Jupiter hoplosmius; ejus sacerdotis caput præcisum occisorem prodidisse fertur III, 269, 21 ss.

Jupiter hospitalis; fr. 334, a.

Jupiter jurisjurandi vindex; aqua ei sacra prope Tyanam IV, 104, 17 ss.

Jupiter Olympius; cur ei ædem exstruxerint Pisistratidæ, 584, 50.

Jupiter Oromasdes; bonus dæmon secundum Magos fr. 31, a.

Jupiter Servator; ei statuam Stagiris dedicari jussit Aristoteles fr. 332, b.

Jovis custodia; ita vocant ignem in medio collocatum Pythagorei II, 403, 25; fr. 75, b.

Jovis barba (χρυσοκόμη ἢ χρυσῖτις); IV, 39, 2.

Jovis circus; idem et Phaethontis III, 628, 47, 1.

Jupiter planeta; sex annis cursum suum peragit III, 638, 39 s.; infra Saturni stellam orbem perficit III, 638, 39 s.; eum bis cum aliqua Geminorum stella convenire vidimus III, 559, 53 ss.

Jupiter et Saturnus; iis eundem sphærarum numerum tribuunt Callippus et Eudoxus II, 607, 35 s.; cuique eorum præterea tribuendæ sunt tres sphæræ revolventes II, 607, 49.

Jura medicaminum (χυλοί); cur magis alvum cieant quam una cum radicibus et foliis et fructibus, aut una cum foliis IV, 314, 34 ss., v. *Succus.*

Jurisconsulti (οἱ ἐν τοῖς νόμοις); quidam rogationis contra leges latas accusant jusque victor sibi vindicat bello parta, 486, 51.

Jus (τὸ δίκαιον); multis modis dicitur II, 152, 27; bonum est in qualitatis categoria II, 190, 24; alii idem esse quod benevolentiam putant 487, 8; aliis eo constare videtur ut viribus superior imperet, 487, 9; difficillimum est de eo verum invenire, 592, 44; facilius tamen id assequimur quam persuademus iis qui superiores esse possunt, 592, 45; id semper quærunt inferiores, 592, 46; potentes parum de eo solliciti sunt, 592, 47; inter principem et imperio subditum non numero æquale, sed pro portione æquale II, 225, 7; inter principem et imperio subditum non idem quod inter amicos *ibid.*; II, 230, 29; id qui quærunt, medium quærunt, 541, 22; verum quid atque utile est, non autem quod videtur, 343, 24; et legitimum est et æquum II, 52, 44; II, 54, 32; bonum est, sed eo melius æquum II, 64, 42; in eo primum locum occupat æqualitas pro dignitate, secundum vero æqualitas pro quantitate II, 96, 39; æquale quidpiam esse videtur II, 230, 1; duplex vel secundum numerum vel secundum analogiam II, 230, 24; tot ejus species quod communionum vel amicitiarum II, 230, 4, 25; est quibus lex est II, 60, 3; ejus custos magistratus est II, 60, 10; id magis inter uxorem et maritum quam inter patrem et liberos aut dominum et servos intercedit II, 60, 26; non bonorum gratia exstat II, 232, 25; distinguitur in jus quod nobiscum servare possumus et quod erga alterum tueri debemus II, 150, 37 ss.; partim res, partim homines spectat, 529, 4; 533, 19; æqualitas est æqualibus, inæqualitas vero inæqualibus, 528, 51; 533, 20; 540, 38, cf. 564, 39; 565, 35; aliquod allegant, sed non omne cum oligarchiæ tum democratiæ defensores, 528, 50, cf. 564, 39, 47; 565, 42; quatenus res spectat allegant, quatenus homines, tacent, 528, 54; 529, 6; spectat etiam res inter se vel cum pecunia commutandas II, 152, 8; ad id quoque pertinet talio II, 152, 11; similibus vicissitudine constat, 604, 45; id quod maxime jus est, amicitiæ cognatum est II, 91, 19; circa eadem versari videtur ac amicitia, e. gr. circa societatem vel communionem II, 98, 8, 13, 27; non idem est in omnibus amicitiis II, 98, 21; intenditur simul cum amicitiæ vinculo II, 98, 26; inter quos intercedit, inter eosdem etiam intercedere videtur amicitia II, 178, 51; amicos vel socios spectat II, 231, 3 s.; amico non idem est erga amicum vel sodalem vel condiscipulum II, 101, 52; exstaret, etiamsi civitas non fuisset II, 231, 10; ejus fons et principium in familia residet II, 231, 24; singulis corporibus partibus erga totum nullum competit II, 152, 37 s.; eodem modo distingui debet quo justitia II, 54, 44; similibus eo constat quod idem est, 617, 17; persistere vix potest respublica quæ præter id constituta est, 617, 18; respublicas continere dicitur II, 151, 53; unicuique reipublicæ inest II, 100, 3; parum inest in rebus publicis quæ a recto tramite aberrarunt II, 100, 25; minimum in tyrannide II, 100, 26, 39; plurimum in democratia II, 100, 40; non competit rebus inanimatis, nec equo aut bovi II, 100, 32; nec servo quatenus servus est, sed quatenus homo II, 100, 33, 35; homini cum omni est quocum legis vel pacti communitas esse potest II, 100, 37; est bonum publicum, i. e. utilitas communis, 533, 16; quatenus de eo cum philosophia consentiant omnes, 533, 18; cujusmodi æqualitas et inæqualitas in eo spectanda sit, difficultatem habet in philosophia politica, 533, 21; id legumlatores esse dicunt quod rei publicæ utile est II, 98, 33; fieri non potest ut civitatem perdat, 530, 41; id præ se ferunt qui respublicas condunt, 542, 33; de mutuo qui disceptent, carere nequit civitas, 610, 11; cuique reipublicæ peculiare est, 577, 54; peculiare convenit cum herili imperio, tum regno et politiæ, 542, 8; non vero tyrannidi nec aliis rebus publicis quæ a recto tramite aberrarunt, *ibid.*; quonam constet in democratia, 528, 48 ss.; 565, 35 ss.; 591, 11 ss.; 592, 3; in democratia æqualitate constare videtur, 579, 24; ubi in ipsa republica administranda violatur, everti solent aristocratiæ et politiæ, 574, 8; perverti non potest, nec fraude, nec vi, 345, 17; secundum dignitatem datur II, 241, 50; II, 243, 27; II, 244, 44; suum quidam obtinent nolentes II, 62, 43; suum nemo obtinere potest, nisi sit aliquis qui juste agat II, 63, 1; alicubi non datur iis qui pactum non inierunt, idque recte II, 232, 23; id se alio modo consequi non posse dicere debet qui odiosum crimen infert, 449, 37; in id vocationibus præpositi magistratus ad forum necessarium convictus celebrare debent, 615, 8; in id vocatus, vel ut in id voces aliquem, ad forum ire licet II, 267, 50; aliud scriptum est vel legale, aliud non scriptum II, 102, 26; distinguitur in jus legale et jus civile II, 153, 3.

Jura; apud deos forsan omnia immota sunt II, 60, 41; se habent ut universalia ad singularia II, 61, 2; competunt iis qui rerum absolute bonarum participes sunt quibusque eorum nimium vel parum esse potest II, 64, 20; non vero iis quibus nimium horum bonorum esse nequit, i. e. diis II, 64, 22; nec quibus nulla horum bonorum particula utilis est, id est insanabiliter malis II, 64, 23; humana igitur sunt II, 64, 24; amicorum penes nos sunt II, 218, 35; aliorum lege constituta II, 218, 37; multa qui transgressus est, majorem injuriam fecit, 342, 43.

Jus absolutum (τὸ ἁπλῶς δίκαιον); eo constant reipublicæ rectæ, 527, 25; Lib. V *Moralium* argumentum II, 59, 49.

Jus civile (τὸ πολιτικόν); partim naturale, partim legitimum II, 60, 29, 42; jus legale non naturale est II, 153, 22; jus secundum æqualitatem esse videtur idque quare II, 152, 33 ss., 48; si ad id respiciatur, tantummodo æquivoce dicitur jus familiare II, 152, 30; proxime ad id accedit jus quod inter maritum et uxorem exstat II, 152, 49 s.; respectu ad id habito dicitur justitia et justus II, 153, 3; Lib. V *Moralium* argumentum II, 59, 50; quibusnam competat II, 59, 50; II, 60, 24; quibus non est, iis tantummodo jus aliquod ad hujus similitudinem est II, 60, 3; nemini adversus se ipsum est II, 60, 23; quomodo differat a jure herili et a jure paterno II, 60, 18; differt etiam a jure domestico II, 60, 27; ad id non pertinent injuriæ quas nobis ipsi infligimus, id est quas alia pars animæ alii II, 155, 17; id est quod in amicitia utilitatis causa contracta obtinet II, 230, 44.

Jus correctivum (τὸ διωρθωτικόν); circa pacta versatur tam voluntaria quam involuntaria II, 56, 19; æquum est secundum proportionem arithmeticam II, 56, 28 s.; medium est inter damnum et lucrum II, 56, 48; II, 57, 34; tantumdem habere facit post, quantum prius II, 57, 35.

Jus democraticum (τὸ δημοκρατικόν); ex eo prodit ea democratia quæ maxime democratia esse videtur, 592, 2; quæritur quænam respublica secundum id justissima sit, 592, 16; inæqualitati et injustitiæ ansam dat, 592, 20; quomodo cum jure oligarchico conciliari debeat, 592, 27.

Jus erga alterum (τὸ πρὸς ἕτερον); quomodo differat a jure quod nobiscum observare licet II, 151, 8; æquale est II, 151, 12, 25, 30; idque æquale inter plus et minus medium II, 151, 20 ss., 25; contractum æqualitate consistit II, 151, 17; aliquibus et in aliquibus jus est II, 151, 29; eo comprehenditur jus pro portione II, 151, 31 ss.

Jus familiare (τὸ οἰκονομικόν); quidnam II, 60, 27; differt a jure civili II, 60, 28; aliquatenus intercedit inter varias animæ partes II, 66, 13; ad id pertinet jus inter dominum et servum obtinens, si certe inter eos revera exstet jus II, 152, 45; item jus quod inter patrem et filium exstat, donec filius nondum virilem ætatem attigerit II, 152, 29 ss.; item jus quod inter maritum et uxorem exstat II, 152, 49 s.; si jus civile respicias tantummodo æquivoce jus dicitur II, 152, 30; ad id pertinent injuriæ quas nobis ipsi infligimus, id est quod alia pars animæ alii II, 155, 18, 21.

Jus herile (τὸ δεσποτικόν); non idem quod jus civile, sed ei simile II, 60, 18; aliquatenus intercedit inter varias animæ partes II, 66, 12.

Jus in distributione positum (τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς); id omnes fatentur in distributione esse oportere II, 55, 34; geometrica proportione constare probatur II, 55, 49 ss.

Jus legale (κατὰ νόμον); quidnam II, 153, 17 ss.; eo melius jus naturale II, 153, 19 s.; jus civile est II, 153, 22; duplex est II, 151, 7 ss.; alterum comprehendit omnia quæ lex præscribit II, 150, 38, 42; alterum jus est erga alterum observandum II, 151, 7; id spectat æquitas II, 159, 12, 19.

Jus legitimum (τὸ νομικόν); quidnam II, 60, 31; idem ac humanum ac id quid consensu et propter utilitatem constat II, 60, 48, 52; mensuris simile est II, 60, 49; non ubique idem est II, 60, 52; quænam ad id pertineant, eorum quæ et alio modo se habere possunt, manifestum est II, 60, 43; ejus correctio æquum est II, 64, 44.

Jus naturale (τὸ φυσικόν); quidnam II, 60, 30; II, 153, 16 s.; id quidam exstare negant, idque quare II, 60, 36; revera exstare affirmatur II, 340, 24; inter homines exstat revera, etiamsi non prorsus immotum sit II, 60, 41, 45, 52; quænam ad id pertineant eorum quæ et alio modo se habere possunt manifestum est II, 60, 43; id non spectat æquitas II, 159, 18; exponitur quatenus mutationi obnoxium sit II, 153, 4 ss.; non est jus civile II, 153, 22.

Jus oligarchicum (τὸ ὀλιγαρχικόν); quonam constet, 529, 10; 592, 19; inæqualitati et injustitiæ ansam dat, 592, 21; secundum id, si quis plus possideret quam reliqui divites, jure solus regnare deberet, 592, 22; quomodo cum jure democratico conciliari debeat, 592, 27 ss.

Jus paternum (τὸ πατρικόν); non idem quod jus civile, sed ei simile II, 60, 18.

Jus pro dignitate (τὸ κατ' ἀξίαν); competit patri erga filios et regi erga subditos II, 100, 15 item marito erga uxorem II, 100, 19; obtinet in aristocratia II, 100, 19; ei opposita est hominum frequentia, 597, 3.

Jus pro portione (τὸ ἀνάλογον); obtinet in amicitia secundum excellentiam II, 179, 47, cf. II, 231, 31, 40; quando in societatibus obtineat II, 232, 38, 40, cf. II, 179, 46 ss.; competit aristocratiæ et regno II, 230, 27; item necessitudini quæ inter patrem et filium intercedit II, 230, 30; comprehenditur jure erga alterum II, 151, 31; eo uti videtur Plato in *Republica* II, 151, 40; ejus exempla citantur II, 151, 35 ss., 42 ss.

Jus quod nobiscum observare licet (τὸ καθ' αὑτόν); quomodo differat a jure erga alterum II, 151, 8 s.

Jus secundum æqualitatem (τὸ ἐν ἰσότητι); jus civile est II, 152, 33 ss., 48; obtinet inter sodales et fratres II, 230, 26, 36; II, 231, 20; item in amicitia civili II, 231, 47; II, 232, 3; quando obtineat in societatibus II, 231, 37 ss.

Jus secundum numerum; convenit sodalium amicitiæ II, 230, 19.

Juscula (οἱ ζωμοί); quænam concrescant, quænam non III, 50, 40 ss.; III, 236, 24.

Jusjurandum (ὅρκος); ejus vindex Jupiter IV, 104, 17; maximo in honore habetur II, 472, 36; id partim jurabant reges ætatis heroicæ, partim non, idque quomodo, 538, 8; eo, teste Empedocle, adstricta erat discordia ut exacto fatali tempore, amori cederet II, 496, 25; quale apud fontem in Palicis Siciliæ sanctum habeatur IV, 83, 29 ss.; quale in nonnullis oligarchiis jurent, 579, 1; quale contra jurandum esset, 578, 53; 579, 3; quidnam sit, 435, 43; pertinet ad probationes adscititias, 343, 9; 424, 31; ejus tractatio quadripartita, 345, 40; præterea considerandum est, an antea jam juratum sit vel a nobis, vel ab adversario, 345, 43; quidnam dicendum sit ubi id adversario non deferimus, 345, 45; quidnam ubi id ipsi detrectemus, 345, 49; id ubi detrectamus, invocanda est Xenophanis de eo sententia, 345, 53; quidnam dicendum sit, ubi accipimus, 346, 2; id ubi accipimus, invertendum est Xenophanis effatum, 346, 3; quidnam dicendum sit, ubi id adversario deferimus, 346, 6; si antea jam dedimus, contrarium quidnam dicendum sit, 346, 17; si antea jam contrarium juraverit adversarius, quidnam dicendum sit, 346, 21; quænam dicenda sint ad id confirmandum, 431, 45; quænam ubi adversarii ad id confugerunt, 431, 49, cf. 451, 19.

Justa; quæ sic appellabatur equa Pharsalica partus parentibus simillimos edebat, 498, 53; ita vocabatur equa quæ pullos habuit patri similes III, 141, 49 ss.

Justitia; pulcherrimum est secundum Deliacum epigramma II, 8, 45; II, 184, 5; eam perperam habuit Pythagoras numerum æqualem æqualibus vicibus per se ipsum multiplicatum II, 131, 27; ei certum quendam numerum tribuerunt Pythagorei II, 475, 19; secundum idearum assertores ordo et numerus est II, 190, 54; ejus bonitatem numerorum bonitate demonstrant iidem, *ibid.*; quidnam sit quærebat Socrates senex II, 188, 9; simulac eam novimus justi sumus secundum eundem II, 188, 15; non scire volumus quidnam sit, sed justi esse volumus II, 188 30; non justus est quicunque scit, quidnam sit II, 134, 8; si scientia est, juste est scienter, et justus est sciens, 211, 23; ea tanquam injustitia uti liceret, si virtutes scientiæ essent II, 237, 38, cf. 44, II, 238, 7; male definitur temperantia et fortitudo, 252, 14; dici non potest lucri continentia, 214, 9; non rite definitur legum servatrix, 252, 3; non rite definitur habitus æquitatis effectivus vel æqui distributivus, 241, 37; 245, 44; eam lege quidem pulchram, secundum naturam vero non pulchram esse perhibebant sophistæ, 290, 15; eam parvum bonum esse dicunt et quare, 328, 17; ab ea denominatur justus, 15, 29; injustitiæ contrarium, 15, 46; 21, 9; fr. 120, b; dubitatur an magis et minus recipiat, 16, 14; magis ac minus recipit, nec ideo indefinita, vel non bona est II, 118, 6, 9; magis et minus recipere debet, quia et virtus, 217, 25; ad genus *virtus* pertinet, 21, 34; ejus genus, non accidens virtus, 187, 8, disceptatur, utrum ad genus *virtus*, an ad genus *scientia*, an ad ambo pertineat, 207, 31; exemplum virtutis, 13, 16; virtus est II, 133, 1; ejus definitio II, 59, 22; II, 243, 26; fr. 342, b; ejus species fr. 94, a; medietas est, sed non eodem modo quo reliquæ virtutes morales II, 59, 20; medietas est quia ad medietatem pertinet II, 59, 21; pertinet ad totam animam II, 243, 10, 26; quænam ejus opera II, 244, 44 ss.; ejus vel pars vel sequela est pietas II, 244, 50; quænam ejus aliæ sequelæ II, 245, 2; optima virtutum esse videtur II, 53, 25; Hespero Luciferoque admirabilior II, 53, 26; quare pulchra sit, 330, 50; ea pro verbio omnis virtus contineri dicitur II, 53, 27; sola inter virtutes alienum bonum esse videtur II, 53, 26; II, 60, 14; ad alium refertur II, 53, 25, 30, 36, 47; II, 54, 46; duæ exstant, quarum altera universa virtus est, altera pars virtutis II, 54, 1, 28; II, 65, 35; altera alterius pars est II, 54, 39; secundum neutram sibi injuriam inferre potest aliquis II, 65, 23, 33 ss.; perfecta virtus est, quatenus jus comprehendit omnia quæ lex præscribit II, 150, 45 s.; in anima est, 253, 40; animæ virtus est, 257, 50; virtus moralis est ideoque animæ irrationali inest II, 137, 19; est virtus societati congruens 534, 32; eam necessario sequuntur omnes aliæ virtutes, 534, 33; ei de honoribus civilibus certare licet, 534, 11; sine ea rite incoli nequit civitas, 534, 12; pars virtutis, 329, 41; quidnam sit, 329, 49; quare eam maximo honore prosequantur, 329, 45; ejus opera honesta sunt, non vero omnes ejus affectus, 330, 22;

bona, 181, 19; ostendendum eam bonam esse progredimur inducendo ad probandum magnanimitatem bonum esse II, 133, 1 ss.; justo præstat et quare, 198, 16, 43; item robore, 199, 20; nihilo magis vel minus bonum est quam fortitudo II, 190, 44; cur præstet fortitudini, 200, 8, 11; 201, 21; si fortitudine præstet, juste etiam τοῦ fortiter præstat ac vice versa, 201, 43; si idem est quod fortitudo, justus idem erit quod fortis et juste idem quod fortiter, 255, 12; omnium consensu habitus est quo justa agere valemus quoque justa agimus et volumus II, 52, 15; multis modis dici videtur, etiamsi propter significatuum propinquitatem lateat homonymia II, 52, 35, cf. II, 53, 42; II, 54, 28; ejus conjugata *justus*, *justum*, *justa*, *juste*, 195, 5, 16; ejus casus *juste*, 195, 12; si laudabilis est etiam justus cet., 195, 19; si scientia est, injustitia ignorantia est, 195, 27; laudabilis est II, 158, 26 s.; honesta peragit *ibid.*; ea fungimur inter nos II, 125, 23, 25; ejus munera pactis, necessitatibus, actionibus et affectibus implicita sunt II, 125, 24; aliquid ad immutandos mores facit, 334, 6; contractuum æqualitate consistit II, 151, 16 s.; jure consistit II, 151, 26; mediocritas est inter excessum et defectum, inter multum et paucum, inter plus et minus II, 151, 18, 21, 22, 27; erga aliquos et in aliquibus justitia est II, 151, 29; respicit jus civile II, 153, 2; res civilis est, 484, 20; res est amicitiæ cognata II, 232, 50, cf. II, 178, 50; ea non opus est, ubi cives sibi mutuo amici sunt II, 91, 18; ei minorem operam dant legumlatores quam amicitiæ, i. e. concordiæ II, 91, 14; cuique reipublicæ est peculiaris, 578, 1; necessaria est summos magistratus gesturo, 577, 52; quæritur an in magistratibus eligendis ejus major ratio habenda sit, an peritiæ vel amoris reipublicæ, 578, 2; alia imperantis, alia hominis liberi, sed subditi, 524, 53; mulieris differt a viri, 495, 32; eadem civitatis ac uniuscujusque hominis, 601, 53; ea magis opus est in pace ac otio quam in negotiis, 619, 41; multa opus est iis qui maxime felices esse videntur, 619, 46; felicitatis pars, 320, 41; semper insequitur deum III, 642, 29; ejus participem esse oportet inde ab initio qui ad vitam beatam evasurus est III, 642, 31 ss.; tollitur, si pro fine ponatur voluptas fr. 21, b; bonum est, 323, 38; ea qui omnino caret, felix esse nequit, 601, 2; nimia nocere non posse probatur II, 161, 28; ei proprium non est, ut optimum sit, 229, 32; cum ipsa tum ejus actiones laudabiles sunt ac propterea honestæ II, 241, 22; perperam rem facilem esse putant homines II, 63, 50; imperfectum quid est, idque quare II, 134, 45; bonum est semper et omnino præferendum II, 134, 33; quæ res vel inter se vel cum pecunia commutandas spectat, habitus est inclinationem consilio conjunctam ad hæc negotia habens II, 152, 10; propter eam laudantur qui pecuniam non capiunt II, 39, 26; animæ affectus est inter lucri cupidinem et damnositatem medius II, 195, 30; eam qui amat, huic gratæ sunt res justæ II, 8, 27; ad eam aliquid confert indignatio justa II, 217, 43; quare eam maxime in pauperibus probemus IV, 259, 38 ss.; animo utilis est, 414, 9; 456, 39; diis non competit II, 126, 9; eam si quis consequatur, nemo indignabitur, nec miserabitur si abjiciat, 360, 34; musica melior, 361, 9; seorsim laudanda est in narratione orationis demonstrativæ, 405, 27; pertinet ad bona quæ virtute consistunt, 446, 16; primo loco laudibus celebranda est, ubi ad virilem ætatem pervenimus ejus quem laudamus, 447, 35; de ea problemata IV, 260, 36 ss.

Justitia quæ legitimo constat; virtus perfecta est, non absolute tamen, sed alius ratione, II, 53, 24; II, 54, 43; perfectus virtutis usus est II, 53, 29; II, 54, 43; quamobrem perfecta sit II, 53, 30; non pars virtutis est, sed virtus universa II, 53, 43; II, 54, 42; eadem quidem est ac virtus, sed essentia aliud quid II, 53, 46.

Justitia quæ pars virtutis est; duabus partibus constat, altera quæ distributionem bonorum, pecuniæ et omnium rerum inter cives distribuendarum spectat, altera quæ pacta II, 55, 3 ss.; ejus ratione sibi injuriam inferre non licet II, 65, 23.

Justitia et injustitia; animæ humanæ insunt, 21, 28; ad contraria genera pertinent, 21, 33; intermedium habent, utpote virtus et vitium, idque ejusdem naturæ ac intermedium virtutis ac vitii, 210, 38, 44; sibi mutuo contraria, quia virtus et vitium, 211, 4; eorum intermedium κατ' ἀπόφασιν, 210, 44.

Justus; a justitia denominatur, 15, 29; injusto contrarius, 15, 48; recipit magis ac minus, 16, 21; quisnam II, 588, 1 ss.; et legi obediens erit et æquus II, 52, 43; II, 53, 8; perfecte honestus est si jus ita interpretamur ut omnia comprehendat quæ lex præscribit II, 150, 44 ss.; is est qui æquale habere vult II, 151, 23; is est qui erga alterum æqualis est II, 151, 25 s.; non is est qui justa facit, sed qui ita facit ut justi facere solent II, 18, 4; magis is est qui consulto vult æquum distribuere quam qui posset maximum æquum distribuere, 245, 44; justis actionibus delectatur II, 8, 25; eum laudamus propter opera et actiones II, 12, 17; dicitur respectu habito ad jus civile II, 153, 2; facit quæ vel magistratui, vel civi conferunt, II, 53, 38; ad eum quoque pertinet in hominum congressu cuique suum tribuere II, 159, 41; II, 160, 1; cum aliena uxore rem habere vel alium verberare possit II, 64, 13; ei nihilo minus, sed etiam magis congruere putant injuriam inferendam II, 64, 10; eum ingenuum vocamus II, 173, 29; eum musicum esse dicimus II, 520, 45 s.; nemo esse dicitur propter fortunam II, 172, 33; ei opus est pecunia ad beneficia rependenda II, 125. 43; præter res ad vitam necessarias eget hominibus erga quos justas faciat actiones II, 124, 22; ei non conveniunt arma pulchra, 360, 54; cum eo si contendat musicus, indignationem movet, 361, 9; ejus voluptatem nemo percipit nisi qui ipse justus est II, 119, 6; quamobrem qui cum eo versatus fuerit justior reddatur IV, 262, 4 ss.

Justus et injustus; inter eos exstat intermedius II, 530, 4.

Justi; fimus justa facientes II, 15, 6; II, 18, 7; non omnes sunt qui justa faciunt II, 74, 36, cf. II, 59, 41, 45; non sumus nisi consulto agamus II, 62, 22; statim inde ex ortu sumus II, 75, 13; non propter habitus agunt, sed propter rationem vel affectum, idque per mores vel affectus bonos, 333, 48; eorum actiones multarum rerum honestarum finem propositum sibi habent, 604, 28; laudantur II, 193, 53; quare in honore sint, 351, 50.

Justissimi; in rebus civilibus multitudini præesse debent, 415, 27.

Justum; vocis Græcæ origo II, 57, 11; id definierunt Pythagorei II, 615, 18; est quod lege definitum est II, 150, 38, 42; II, 153, 27; II, 154, 43; quomodo differat a justo facinore (δικαιοπράγημα) II, 153, 26 ss.; ejus definitio, 413, 45; unde de eo argumenta sint petenda, 414, 29 ss.; laudabile est, 420, 36; laude dignum est, nec ea superius II, 12, 31; quænam sint, 413, 47; 456, 35; bonum est, 324, 5; aliquid malum erit, si injustum aliquid bonum, 203, 40; honestum est II, 241, 50; si ei proprium non est pulchrum, τῷ juste non proprium erit τὸ pulchre, 231, 16; multis modis dicitur, 182, 39; si multis modis dicatur, injustum quoque multis modis dicetur II, 52, 34; justumne ac injustum simul idem esse possit, 303, 25; quomodo solvatur hoc sophisma, 303, 31; non omne bonum est, si non omne quod juste fit, bene fiat, 375, 39; id vel sine ratiocinatione omnibus æquum esse videtur II, 55, 21; medium est atque πρός τι, qua medium est aliquorum; nempe ejus quod nimium et ejus quod parum est, qua æquum est duorum, et qua jus aliquibus II, 55, 24; ad minimum in quattuor necessario erit, scilicet duobus quibus jus est et in duabus rebus circa quas II, 55, 27, 48 cf. II, 65, 39; semper eodem modo se habet ad eos quibus jus est et ad res circa quas II, 55, 29, 49; undenam oriantur conflictiones et crimina circa id II, 55, 32; proportio quædam est II, 55, 39; II, 56, 5, 10; id facit tantummodo qui sponte et consulto et sciens agit II, 153, 30; inprimis amicos respicere confitentur omnes II, 218, 23; quomodo idem dicatur cum musico II, 518, 42 s.; si de eo disceptatur, ignorantia erroris causa esse potest, 407, 9; est si scelesti puniantur, vel si prospera fortuna utantur qui ea digni sunt, 360, 19; id esse dicunt democratiæ defensores quod majori numero placuerit, 592, 18, 24; oligarchiæ vero defensores quod majori rei familiari, 592, 19, cf. 529, 10; ei repugnare tumultuantes ostendendum est oratori, 433, 22; ejus usus ad captandam judicis benevolentiam, 448, 38; eo sese excusare debet orator qui in res publicas inquirit, 454, 10; ei repugnare res adversarii ostendendum est in oratione inquisitoria, 454, 15; ex eo quando accusatori facienda sit confirmatio, 449, 47; 450, 2; in omnes orationum species quadrat, sed inprimis in suasiones, 424, 5; eo in orationi concionali conformanda quæ dixeris, ubi per se fide digna sunt, 443, 27; id primo loco ponendum est in confirmatione non connexa, 443, 30; ei comprehendendum est cum quod justo simile est, tum quod contrarium, tum quod justo contrarium, 443, 31; ejus exempla afferenda sunt e justo singulis civitatibus proprio, 443, 33; in fine confirmationis repetendum est ita se habere ea ad quæ exhortaris, 444, 5; exemplum citatur, 30, 51; 37, 6; 186, 35.

Justa; ea dicuntur quæ talia sunt qualia justus faceret II, 18, 2; eorum peractio medium tenet inter injuriam inferendam et subeundam II, 59, 18; altero significatu ea sunt quæ felicitatem ejusque partes societate civili efficere ac conservare valent II, 53, 14; ea per accidens facere et pati possumus II, 61, 37; II, 62, 47; ad ea cognoscenda sapientia non opus esse putant II, 64, 2; non ea sunt de quibus leges loquuntur, nonnisi per accidens, sed eadem certo aliquo modo facta ac distributa II, 64, 4; vel difficilius cognoscuntur quam salubria II, 64, 6; ad ea tendentem impulsum naturalem habemus II, 157, 53 ss.; ea facere licet sine consilio et sine rerum honestarum cognitione II, 158, 16 s.; ea perpetrare non juvat, teste Socrate, nisi ea noverimus et ratione præferamus II, 158, 12; quærunt sophistæ utrum ea potius an utilia sint facienda, 290, 26; ea facere convenit viro bono II, 74, 5 s.; ea volunt ac in communem rem cupiunt viri boni II, 109, 29; ea ipsi facere recusant improbi, dum alios cogant ut faciant II, 109, 36; ea quoque facere simulant qui justi non sunt II, 125, 45; ea facere possumus sponte II, 154, 8; ea si quis faciat invitus, justus non est nisi per accidens, vel potius facit actiones quibus evenit ut justæ sint II, 61, 17; ea laudant palam, 378, 28; exponitur quatenus fieri possit ut fortia facinora perpetrare impediant II, 161, 7 ss; ad eorum pertractationem remittitur quæstio de variis affectuum generibus II, 205, 29, v. *Honesta ac justa*; ea se dicturum esse polliceri debet orator auditoribus infensus, 440, 30; item ut auditores animum in eum convertant, 439, 19; ex iis probare debet defensor suas res justiores, ubi crimen negare non potest, 451, 40; si ex his defensionem facturi sint adversarii, quomodo eos prævenire debeat accusator 450, 41; considerandum an iis repugnent adversarii actiones, 428, 5.

Justane dicens, an injusta condemnandus est, 303, 26; quomodo solvatur hoc sophisma, 303, 35.

Justum ac injustum; inter ea est medium, 18, 28; scopus est rhetoricæ judicialis, 317, 31; exemplum citatur, 187, 30.

Justa et injusta; distinguuntur vel secundum duas leges (sc. scriptam et non scriptam), vel ratione eorum ad quos referuntur, 340, 19; vel commune spectant, vel unum, 340, 37; vel scripta sunt, vel non scripta, 341, 29; partim ab eximia virtute vel vitio pendent, partim a legis scriptæ defectu, 341, 32 ss.

Justum facinus (δικαίωμα vel δικαιοπράγημα); quidnam II, 153, 28; quomodo a justo differat II, 61, 6; II, 153, 26 ss.; quomodo ab eo pendeat utrum sponte an invite fiant actiones II, 61, 15, 19; II, 62, 23; omne voluntarium est II, 62, 39.

Juste; eodem casu dicitur ac laudabiliter, 195, 21; est scite et perite, 195, 28; significat cum ex sua sententia, tum ut oportet, 182, 41; quod aliquis fecerit, alter juste passus est itemque vice versa, 375, 42; quod aliquis mandaverit, juste alter exsecutus fuerit, 375, 43, ut passus sit aliquis fieri potest, sed non a quovis, 375, 49; si ei non proprium est τὸ pulchre, justo non proprium erit pulchrum, 231, 16; si ei non proprium est τὸ bene, τῷ injuste non proprium erit male, 231, 27.

Juste agere (δικαιοπραγεῖν); aliquid si malum, injuste aliquid erit bonum, 203, 41; melius quam juste agere videri, 201 6; voluntarium est II, 200, 5.

Juste mori; optandum non est, 375, 41.

Juvenci (οἱ δαμάλαι); quomodo exsecentur III, 208, 26 ss.; quomodo facta castratione curetur eorum vulnus III, 208, 30 ss.

Juvenis; juvene gaudet, 337, 27; eum cum sene conjungit amicitia secundum excellentiam II, 96, 19; lectum appetit secundum Homerum II, 37, 4; voluptate indiget IV, 259, 32; ei convenit purpura, 387, 31; qui ætate vel moribus est bonus politicæ auditor esse nequit II, 2, 30, 35; affectibus obedit II, 2, 33; ætatis vigore florenti, sed pulchritudine carenti poetarum metra comparabat Plato, 390, 19; si nimis ornate loquatur, vel in poesi indecorum est, 386, 43; si concionari velit, auditoribus infensus est, idque quare, 440, 30; quomodo apud auditores excusare debeat ætatem, 440, 44 ss.; pro alio crimen inferens displicet, 448, 48; quidnam dicere debeat ad judicis animum sibi conciliandum, si propriam causam dicat, 449, 21; quænam ubi alienam, 449, 24; si accusetur, dicendum est accusatori, cum fecisse quæ juvenes facere solent 425, 31; si pro alio crimen inferat displicet, 448, 48.

Juvenes minus sapientes sunt quam senes idque quare IV, 192, 47 s.; vinolentis sunt similes IV, 192, 50; fortes bonaque spe freti IV, 192, 51; contumeliosi et quare, 348, 14; affectu vivunt, ideoque multa peccant II, 51, 41; iis inprimis competit pudor, idque quare II, 51, 40 ss.; in æmulationem proclives, 362, 38; iracundi sunt et cupidinibus obnoxii, non tamen propter juventutem injusti sunt, sed propter iram vel cupidinem, 333, 41; eos nemo duces eliget, 200, 2; senioribus magis cupidinibus perturbantur, 200,

5 ; cur in iis maxime continentiam et temperantiam probemus IV, 259, 38 ss.; propter voluptatem amicitias contrahunt II, 221, 23 ; eorum amicitia valde mutabilis II, 221, 24, cf. 46 ; difficulter recta ad virtutem sibi conciliandam sortiuntur educatione, nisi sub hujusmodi legibus adoleverint II, 128, 3; iis non placet vita temperans et tolerans II, 128, 6 ; cur ocius discant IV, 269, 38 ss.; eorum cibus ac studia lege determinari debent II, 128, 7 ; eorum magistratibus potius committendum est exsecutoris vel carceris præfecti munus, 599, 3, 20 ; liberales excitare ac adhortari valent ut constantes maneant II, 127, 30 ; e senibus fieri videntur convalescentes III, 424, 2 ; quænam sint eorum corporis virtutes, 321, 9 ; quænam animi, 321, 10 ; quonam consistat eorum pulchritudo 322, 3 ; cur se potius permingant quam seniores IV, 135, 26 ss.; cur quum concumbere incipiant quibuscum congressi fuerint odio habeant IV, 137, 47 ss.; in eos quadrant hyperbolæ, 400, 9.
Juvenes admodum ; parum memores sunt III, 495, 33 s.; III, 499, 23 s.; idque quia propter accretionem in fluxu sunt III, 495, 34 s.; III, 499, 25 ; insomnia non habent III, 74, 46 s.; idque quare III, 510, 38 s.; copiosum et saniosum sanguinem habent III, 52, 43 s.; iis sanguis in corporis superficie non coit III, 52, 46 s.; citius inebriantur, idque quare fr. 65, a.
Juventus ; quidnam III, 549, 18 s.; res jucunda est II, 90, 13 ; ei opposita est senectus III, 427, 37 ; non dicere solemus tempus eam inducere II, 303, 44 ; spe bona plena est IV, 268, 38 ; indicium est imbecillitatis IV, 285 ; 8 ; aliquid ad mores immutandos facit, 334, 6 ; eam quomodo veri comparaverit Pericles, 328. 4 ; 396, 36.
Juventus ac senectus ; pertinent ad munera corpori et animæ communia, quæ partim omnibus vivis communia, partim quibusdam propria sunt III, 476, 15 s.; quare iis accensenda sint III, 476, 24 ss.
Juventute ac senectute (de), de vita ac morte ; quidnam ejus argumentum III, 532, 1 ss.; insequitur L. *de Longitudine ac brevitate vitæ* III, 531, 15 ss.; eo absoluto finem assecuta erit animalium doctrina III, 531, 18 s.

K

Kalendæ ; v. *Calendæ*.
Kirhus (*in antiqua versione legitur pro vitioso nomine græco* III, 104, 14) ; v. *Cuculus*.

L

Labeo (χελών) ; mugilis species III, 119, 20 s.; eodem anni tempore et æquale temporis spatium uterum gerit quo sargus idque quonam et quantum III, 119, 20 ss.; capetonis species littoralis est III, 149, 11 s., v. *Chelo*.
Labia (χείλη) ; numero duo III, 10, 34 ; carne bene mobili constant III, 10, 34 s.; post nasum sita sunt III, 10, 34 ; iis et lingua circumdatur et constat os III, 252, 2 s.; iis proximi sunt dentes III, 252, 1 s.; naribus subjacent III, 249, 20 ; quænam animalia iis prædita sint III, 249, 20 s.; dentibus tuendis inserviunt III, 249, 28 ss.; eorum locum apud aves tenet rostrum III, 249, 23 ss.; eo melius articulata quo meliores et acutiores dentes habent animalia III, 249, 29 ss.; apud homines mollia et carnea sunt atque separari possunt III, 249, 32 s.; apud homines et sermoni serendo inserviunt III, 249, 34 s., 39 s.; ideoque carnea et mollia sunt III, 249, 41 ss., 46 ss.; partim eorum commissura enuntiantur literæ III, 249, 44 ; partim consonantes effingunt III, 71, 47 ; cur in iis maxime titillemur IV, 286, 28 ss.; iis carent aves III, 27, 17 ; eorum regio durescit senescentibus passeribus feminis III, 179, 33 s.; iis caret delphis III, 72, 34 ; ex iis et lingua quasi compositus est insectorum stimulus III, 282, 44 s.; qui tenuia et in extremis commissuris laxa habent magnanimi sunt, ad leones referuntur IV, 10, 39 ss.; tenuia et dura generosi (εὐγενεῖς *leg. vid.* ἀγενεῖς *ignobiles*) : ad sues referuntur IV, 10, 44 ss.; crassa et superius ante inferius eminens, fatui : ad asinos et simias referuntur IV, 10, 46 ss.
Labium inferius ; in ira pendet IV, 257, 35 ; cur eo inprimis metuentes tremant IV, 257, 26 ss.; 38 ss.; apud iratos animo non regitur IV, 146, 6.
Labium superius ; id et gingivæ prominentia obtrectatorem indicant, ad canes referuntur IV, 10, 49 ; fluitans, contumeliarum amantis signum est IV, 6, 13 ; quibusdam magis in eo quam in malis barba oritur, apud alios contrarium obtinet III, 48, 36 ss.
Labor ; omne eo partum amare solemus II, 110, 31 ; qui multum facit, multa accipere, qui paucum pauca pro portione justum est II, 151, 35 ; boni habitus causa est, itemque vice versa, sed non eodem modo II, 264, 34 ; II, 515, 24 s.; præcavere potest ne propter necessaria injurias faciant, 507, 5 ; exsiccat III, 530, 2 ; residua consumit III, 410, 5 s.; spiritum exercet ita ut retineri possit III, 410, 8 s.; cur eum augere salubre sit IV, 149, 11 ss.; cur eum imminuere salubre sit IV, 117, 9 ss.; cur qui eo lassescant, iis genitura in somnis profluere soleat IV, 148, 43 ss.; cur ex eo nonnullis ulcera progignantur IV, 148, 23 ss.; ab eo cessantes cur magis sudemus quam inter laborandum IV, 122, 25 ss.; IV, 123, 12 ss , cf. 19 ss.; quare humidi cito eo suffocentur IV, 147, 3 ss.; mediocris optimam affert corporis dispositionem IV, 276, 4 ; circa eos versatur mollities, idque quosnam II, 165, 51 ss.; eorum mediocritatem dijudicat gymnastica II, 4, 34 ; in eos minus proclives sumus quam in voluptates II, 197, 49 ; necessarii ante quintum annum puerorum incrementum inhibent, 623, 7 ; quos invalidiores ferunt, ferre non posse pudori est, 356, 2 ; eos qui amant in ægritudinem incidunt, 420, 47 ; eos subeunt coronarum gratia, 420, 51 ; ita distribuere debet paterfamilias, ne universa simul periclitentur, 638, 8 ; oves extenuant III, 155, 45 s.
Laboris studium (τὸ φιλοπονεῖν) ; eo præstare putamus ingenium, 201, 27.
Labores e lege (πρὸς ἀνάγκην) præscripti ; iis usque ad pubertatem abstinere debent pueri, 627, 40.
Laborum vacationes (ἀπονίαι) ; jucundæ sunt, 335, 19.
Laborare ; melius est quam non laborare IV, 124, 17.
Laborans ; ei opus est requie, 625, 48.
Laborantes ; cur tibia canant IV, 205, 28 ss.; eorum voces tenues III, 661, 3.
Labraces ; v. *Lupi*.
Labrusca (οἰνάνθη) ; ejus cirrhis similia sunt polypi ova III, 91, 48.
Lac ; humor postumus est III, 53, 12 ; III, 239, 48 ss.; id non omnia habent animalia III, 2, 13 ; III, 230, 50 s.; est pars similaris humida et mollis III, 2, 13 ; III, 230, 50 ; III, 243, 10 s.; generationis gratia exstat III, 240, 2 ; animalium nascentium alimentum est III, 243, 53 ; igitur de eo disserendum est ubi de generatione

sermo fit III, 240, 1; III, 243, 11 s.; propemodum sanguis est naturæ vi albescens IV, 292, 1; in eo aqua insita est III, 615, 26; cui caseus ademptus aqua est III, 617, 52 s.; aquæ et terræ commune est, sed plus terræ continet III, 617, 36 s.; III, 623, 23; plurimum terræ continet III, 349, 45; ideo consistit ac crassescit ubi coquitur, *ibid.*; III, 616, 23; in serum et coagulum distinguitur III, 613, 19 s.; crudum vocatur, idque quare III, 612, 36 s.; e redundantiis consistit IV, 161, 45 s.; quomodo efficiatur IV, 291, 14; id animalia eo prædita in mammis habent omnia III, 53, 15 s.; III, 291, 45 s.; III, 297, 5 s.; III, 376, 7; id sola habent vivipara intra se III, 297, 6 s.; eo igitur carent aves piscesque et animalia squarrosa omnia III, 297, 6; plurimum hauriunt mammæ primæ, id est axillæ suppositæ III, 292 14; in feminis per papillam mammarum percolatur III, 11, 6; quænam causa sit cur sursum versus in mammis colligatur III, 411, 37 ss.; parcum ac araneosum tricesimo plerumque vel quadragesimo post conceptionem die in mammis apparet, prouti marem vel feminam conceperit mulier III, 137, 40 ss.; viviparorum prolis alimentum est III, 291, 45 s.; III, 376, 6; ei perperam et vulgus et Alcmæo comparant albumen ovorum III, 376, 8 ss; idque quare III, 376, 12; ei potius comparari debet vitellus III, 376, 10; sanguis concoctus est, non vero corruptus III, 412, 29 s.; igitur id perperam puri comparavit Empedocles III, 412, 30 ss.; id decimo octavi mensis die albescere contendit idem III, 412, 32; ejusdem est naturæ ac menstrua purgatio III, 356, 27; III, 412, 37 s.; igitur exstinguitur si concipiat femina mammas præbens III, 412, 36 s.; post purgationem abundanter fluere incipit III, 144, 19 s.; atque nonnullis mulieribus non solum per papillas, sed etiam passim per mammas fluit III, 144, 20 s.; immo et interdum per maxillas III, 144, 21 s.; quando nec coctionem subiit, nec egreditur grumi oriuntur in mammis III, 144, 22 ss.; id cum mulieres tum reliqui vivipara habent, donec iterum concipiant III, 144, 28 s.; eo fluente plerumque non fit purgatio III, 144, 31 ss.; fit feminis animalium viviparorum intra se III, 411, 11 s.; id paravit natura ut post exitum eo aleretur proles III, 411, 13 s., cf. 36 s.; III, 412, 47 s.; partus demum tempore utile evadit III, 411, 12; ante septimum mensem inutile et salsum est III, 140, 37 ss.; eodem tempore utile evadit quo fœtus vitalis fit III, 140, 38 s.; signum partus prægressi, 119, 1; 315, 44; quadrupedibus ubi coire incipiunt, puri simile provenit III, 123, 13 s.; ubi pepererint, utile evadit III, 123, 14 s.; curam gessit natura ut debitum tempus nec anteverteret, nec transgrederetur III, 411, 14 s.; quodsi contrarium fit, præter naturam est III, 411, 15 s.; excepto homine, apud reliqua animalia ejus maturitas graviditatis termino respondet III, 411, 18; apud mulieres septimo mense utile redditur III, 411, 21; idque quare III, 411, 16 s., 19 s.; quænam causa sit necessaria cur in finem graviditatis incidat ejus maturitas III, 411, 22 s., cf. III, 412, 20 ss.; eo carent cum ovipara, tum quæ tantummodo foras vivum animal pariunt III, 53, 19 ss.; continet serum, id est saniem aquosam, et caseum id est corpoream partem III, 53, 21 s.; quodnam plus casei contineat III, 53, 22; III, 54, 6 s.; animalium non utrinque dentes habentium coagulatur atque ex eo apud mansueta fit caseus III, 53, 24 s.; utrinque vero dentes habentium non coagulatur, sed tenue et dulce est III, 53, 25 ss.; quænam animalia tenuissimum habeant, quænam crassissimum III, 53, 29 s.; igne concrescit et crassescit III, 53, 30 s.; plerumque non fit nisi in animalibus quæ prius conceperint III, 53, 31 s.; cum primum tum ultimum inutile est III, 53, 33; non prægnantibus certa quædam alimenta paucum conciliant III, 53, 33 s.; quin et senioribus feminis, quum sugerentur, provenit sat magna copia II, 53, 35 s.; quomodo in Œta tritis cum urtica uberibus, capris non prægnantibus id concilient III, 53, 37 ss.; maribus in universum non gignitur III, 53, 41 ss.; hirco tantum in Lemno subtraxerunt ut inde caseolus fieri posset III, 53, 44 ss.; viris quibusdam post pubertatem exprimitur III, 53, 50, cf. III, 11, 8; quin nonnullis, quum sugerentur, multum prodiit III, 53, 50 s.; ei inest quædam pinguedo III, 53, 51 ss.; ubinam ovillum caprino admisceant III, 53, 53 s.; quodnam facillime coaguletur III, 53, 54 ss.; quænam animalia plus habeant quam ad sobolem alendam requiritur, idque ad caseum faciendum et ad conservandum utile III, 54, 2 ss.; ubinam ex equino et asinino caseum faciant III, 54, 6 s.; quænam animalia tantum solummodo habeant quantum proli sufficit, idque ad caseum faciendum inutile III, 54, 10 ss.; cogitur coagulo vel succo ficulneo, idque quomodo III, 54, 13 ss.; concrementi quod ex eo fit nulla pars est ficulneus succus III, 352, 26 s.; ejus coagulationi comparatur fœtus formatio III, 340, 27 ss.; III, 352, 25 ss.; III, 356, 23 ss.; III, 404, 30; quo modo cui coagulum injectum non est, eodem modo etiam coit sanguis cervinus vel leporinus III, 44, 34 s.; quantacunque sit ejus copia, semper coagulum vel ficulneus succus unicum efficit concrementum III, 404, 32 ss.; atque eatenus ejus coagulatio a fœtus formatione differt III, 404, 31 s.; III, 405, 15 ss.; quænam e coacto constent III, 625, 50; ejus copia differt pro animalium magnitudine et alimentorum discrimine III, 54, 24 ss.; quænam alimenta id resiccent III, 54, 39 ss.; quænam ejus copiam augeant III, 54, 40 ss.; ejus copiam auget pabuli abundantia III, 54, 44; id diu habere pergunt omnia, si non coeant ac bene tractentur III, 54, 50 s.; ejus copiam prænuntiant uberes ante partum deorsum spectantes III, 54, 48 s.; quantum tempus perstet apud oves III, 54, 54; quantum apud boves Toronenses III, 55, 2 ss.; in universum ruminantia copiosum, idque ad caseum faciendum utile habent III, 55, 1 s.; de muliebri v. *Mulieres*; crassum habent animalia multis ventriculis prædita III, 273, 35 s.; tenue vero quibus unicus est ventriculus III, 273, 36; cornigerorum coagulatur III, 273, 37; non vero cornibus carentium III, 273, 48; id in fœtuum leporinorum ventriculo coagulat herba succo lacteo referta qua vescuntur matres III, 273, 39 ss.; nigrarum mulierum crassius IV, 329, 33; caprinum et ovillum IV, 329, 39 s.; cur nigrarum ovium dulcius IV, 329, 30; an etiam crassius IV, 329, 33; cur plurimum capris et ovibus demulgeatur homini vero et bovi minus ad corporis proportionem IV, 161, 37 ss.; ejus facile sesquicongium præbent pecudes apud Illyrios IV, 98, 39 s.; ejus copiam auget ovibus cucurbita, si autumno sale adspersa præbeatur III, 155, 36 s.; ovillum salsum est III, 140, 39 s.; primum sanguineum, deinde suppurulentum prodit, caprarum uberibus urtica verberatis, idque quare III, 53, 39 s.; eo ante partum carent vaccæ III, 126, 30; vaccinum post partum statim utile est III, 126, 29 s.; vaccarum primum coagulatur aqua non admixta III, 126, 32 s.; atque tunc lapidem duritie æquat III, 126, 31 s.; inde a decimo graviditatis mense habent asinæ III, 128, 18; cameli suavissimum est III, 130, 6; id habet camelus, donec iterum concipiat III, 130, 5; camelino quantum aquæ admiscendum sit ad bibendum III, 130, 6 s.; id ante partum habent lepores III, 132, 41; quando habere incipiant canes III, 125, 2 ss.; quando utile fiat caninum III, 125, 5 s.; caninum initio crassum est, procedente vero tempore tenuius fit III, 125, 7 s.; caninum post suillum et leporinum crassissimum est III. 125, 8 ss., cf. III, 132, 43; id per triginta dies post partum habent canes Laconicæ III, 125, 6 s.; parum habet leo, idque quare III, 292, 6 s.; scrofæ haud facile excernitur, idque quare IV, 319, 15 s.; post partum minus habent scrofæ, si prægnantes admodum pingues factæ fuerint III, 86, 40 s.; parum aut nihil casei habens ad aquam potius pertinet et nullo modo alit III, 617, 45 s.; vini expers optimum infantum alimentum est, 622, 39; alimentum est quod recens natorum in gratiam intra se habent vivipara 489, 31; nimium vel crassius infantibus convulsiones infligit III, 144, 41 s.; eo animalia non augerentur nisi carnosum esset IV, 314, 43 s.; nutricis si calidum sit celerius dentiunt infantes III, 144, 16 ss.; III, 429, 52 s.; idque quare III, 430, 1 ss.; post ejus usum opus est instrumentis ad alimentum elaborandum III, 429, 33 ss.; cur frigidum sit, atque etiam si ejusmodi sit, facile subigatur beneque nutriat IV, 291, 50; difficulter concoquitur IV, 312, 13 s.; eo solo vescebatur Philinus quidam fr. 308, b; certa si copia datur purgat IV, 116, 22; IV, 117, 22; ejus serum eodem modo purgat quo lac ipsum IV, 314, 41 s.; nihil in mores efficit quale vinum IV, 265, 45; contra quænam venena potum valeat fr. 217, b; quamobrem dulcius videatur quoties cum polenta bibitur IV, 225, 10 ss.; eo saginatorum gallorum gallinacearum testes amplissimi et coctu faciles efficiuntur IV, 291, 1; id elixari dicimus, idque quando III, 613, 9 s.; ubi mulgetur quadamtenus adhuc calidum est et virtutem suam servat ut semen IV, 292, 2 ss.; album et aliquatenus frigidum est, idque quare IV, 292, 4 s.; coagulo non cogendum est, sed potius succo ficulneo aut echino gallinæ loto aut cnico IV, 292, 6 ss.; quare in eo imagines non appareant IV, 329, 27; ejus ope interdum album reminiscimur III, 497, 42 s.; in poesi album dici potest, non in oratione soluta, 389, 5.

Lac papaveris (τῆς μήκωνος ὁ ὀπός); plures in se habet colores III, 650, 16.

Lac plantarum IV, 42, 29 ss.; quare quidam fructus faciant, quidam non IV, 30, 2 s.

Lacænæ; tragœdia e parva Iliade desumpta, 477, 4.

Lacedæmon; serpentum ibi copiam quondam provenisse tradunt IV, 78, 32 ss.; quæritur cur eo veniens non apud Icarium deverterit Telemachus, 480, 20; ibi Cnacion et Babyca fr. 270, a; ibi Charilai tyrannis abiit in aristocratiam, 589, 17; ibi Partheniæ sic dicti reipublicæ insidiabantur, 573, 42; ibi sub bellum Messeniacum quidam bonorum æquationem postularunt, 573, 52 ss.; ibi Pausanias solus rerum potiri conatus est, 574, 5; ibi patrimonia in paucorum possessionem rediguntur, 574, 39; quatenus ibi communia sint bona, 500, 48; 501, 46; ibi quæ rem familiarem spectant male ordinata erant, 512, 22, 40, cf. 574, 40; ibi efficere conantur ut agros non colant custodes, 502, 3; ibi educatio et leges pleræque bellum spectant, 603, 8; ibi honestum est comas alere, 331, 9; ibi choragus quidam tibia choro succinit, 631, 49; paucis exceptis sola est civitas in qua cibus et studia lege ordinata sunt II, 128, 35.

Lacedæmonii; eorum agros colunt Helotes, 515, 24; contra eos sæpe insurrexerunt Helotes, idque quare, 511, 11 ss.; cum omnibus finitimis bellum gerebant, 511, 17; non optimo modo sibi compararunt vacationem a necessariorum cura, 511, 26; apud eos magni æstimantur divitiæ, 511, 39; 512, 20; 514, 48; uxorum imperio parent, 511, 40; dum Græciæ imperium obtinebant, multa a mulieribus administrabantur, 511, 48; olim consentaneum erat eos erga mulieres indulgentes esse, 512, 5; quæ convictus spectant non æque bene apud eos ordinata sunt ac apud Cretenses, 514, 14; 515, 38; 516, 1; eorum vitæ ratio ultra modum in asperitatem vergit, 515, 31; clam a legibus desciscentes corporis voluptatibus indulgent, 515, 33; olim jus civitatis aliis impertiebant, 512, 43; donec bellum gerebant salvi fuerunt, 514, 34; imperium adepti interierunt, 514, 35; recte bona quam maxime exoptata magis virtute quam vitio parari putabant, 514, 38; perperam bona bello parta pluris æstimant quam ipsam virtutem, 514, 40; ubique dum Græciæ principatum tenebant, democratias dissolvebant, 556, 39; 575, 16; plurimas tyrannidas sustulerunt, 583, 1; apud eos male se habent omnia quæ mulieres spectant, 321, 17; eorum educatio laude digna est, cum quia publica tum quia magna ei cura impenditur, 624, 44; etiamsi musicam non discant, tamen de cantilenarum præstantia rite judicare valent, 628, 36; eorum præcepta utilia sunt ad rem familiarem conservandam, 638, 11; quidnam de supellectilibus præcipiant, 639, 5; cur iis peregrinari non liceat fr. 272, a; cur vestibus rubris in præliis utantur fr 272, a; instituerunt morem prælia ad tibiæ modos ingrediendi fr. 209, b; eorum moræ fr. 271, b; lochi fr. 271, b; eorum res bellicas primus ordinavit Timomachus fr. 269, a; quomodo Hyacinthia celebrent fr. 348, b; minores quam par est Lycurgo honores tribuerunt fr. 269, b; avaritia perierunt fr. 272, a; triginta apud eos fr. 270, b; cryptia fr. 270, b; ephori fr. 271, a; de mystace fr. 271, a; quatenus vituperanda sit eorum gymnastica, 627, 10, 29; dum soli laborum amori sedulo operam dabant, ceteris superiores fuerunt, idque quare, 627, 20, 24; nunc aliis et gymnicis et bellicis certaminibus inferiores sunt, 627, 22; nunc disciplinæ æmulos habent, antea non habebant, 627, 35; quum in periculis exercitati essent, multorum imperio sunt potiti, 618, 47; quoniam hodie imperare desiverunt, non amplius felices sunt, 618, 48; ridiculum est, eos, etiamsi iisdem legibus usos, tamen vitam pulchram amisisse, 618, 50; non recto modo colunt virtutem, 620, 4; quomodo a ceteris hominibus differant, quod ad opinionem de summo bono attinet, 620, 5; civili habitu præditi sunt II, 241, 40; boni viri sunt II, 241, 42; sed non ingenui, idque quare II, 241, 44 ss.; eorum legislator cives bonos ac legibus obedientes reddere conatur II, 13, 7; eorum vestitus arrogantiam præ se fert II, 50, 28; alimentorum vice quondam serpentibus usi sunt IV, 78, 33 s.; inde eos Pythia ὀφιοδείρους vocavit IV, 78, 34 ss.; viros divinos appellare solent quos magnopere admirantur II, 76, 23; Chilonem in senatorum ordinem cooptarunt, etiamsi eruditionem parum curent, 377, 28; Lycurgi legibus usi beate vixerunt, 377, 23; in bello contra Amyclæenses oraculo edocti sunt Ægidas sibi socios adsciscendos esse fr. 269, a; eos Thebis invenerunt *ibid.*; a Pythia jussi sunt Pisistratidarum tyranniam evertere fr. 229, a; primum Anchimolium, deinde Cleomenem miserant in Atticam fr. 229, a; in fœdere eorum cum Arcadibus quidnam scriptum sit de Tegeatis fr. 291, a; Decelia excedere volebant post prælium ad Arginusas fr. 232, b; adversus eos Mantineæ certarunt Argivi, 569, 33; in eos incidentes Argivi terga dederunt, quippe qui eos Sicyonios esse putaverant II, 35, 12; quomodo Samiis subsidia ad patriam recuperandam suppeditaverint, 642, 11; adversus eos regem pecuniam suppeditaturum esse perhibebant tempore quadringentorum virorum, 570, 9;

Atheniensibus quare non commemorarint beneficia quæ in eos contulerant, sed quæ ab iis acceperant II, 45, 46; eos si quis multis adscitis sociis victoriam reportasse demonstret, utitur exemplo secundum rationem, 426, 35; Phylæ ab exsulibus Atheniensibus victi sunt, 426, 47; quum una cum Peloponnesiis plerisque Bœotiam invasissent, Leuctris a Thebanis victi sunt, 427, 48; hostes puniendos esse censent, 414, 43; una cum iis Thebanis bellum inferre utile est, 415, 38; Athenas devictas in servitutem redigere noluerunt, 415, 42; eos Spartam diruere quum possent, superesse maluerunt Athenienses, 415, 44; quo tempore cum iis bellum gerebamus, nos adorti sunt, 434, 27; agrum nostrum devastantes sæpe propulsarunt, 434, 33; eorum coloni erant Lyctii, 515, 10; eos alterum Græciæ oculum vocavit Leptines, 396, 39; eos accusat Isocrates in *Panegyrico*, 408, 3; apud eos difficile est Athenienses laudare secundum Socratem in Platonis *Epitaphio* vel *Menexeno*, 404, 7, cf. 331, 25; memoratur quem eorum aliquis irrisit quum ei tempestate vigente suaderet Dioscuros invocare II, 236, 44; eorum magistratus rationes reddens quidnam responderit rogantibus an morte dignus esset, 409, 35, cf. 513, 7; ad eos refertur Icarius, sed perperam secundum Cephalenenses, 480, 20; ad eos pertinet Lysander, eorum vero possessio non est, 296, 14; non iidem sunt qui Peloponnesii, etiamsi utrique Græcorum sint fortissimi, 255, 31; de optima Scytharum reipublicæ administrandæ ratione nullus deliberat II, 27, 44; de iis ubi disserendum est, argumenta ex iis petenda sunt quæ ipsis insunt, 374, 21; quando omnibus placet cum iis societatem inire, concors est civitas II, 109, 16; tanquam exemplum citatur, 331, 28.

Lacedæmoniæ; earum curam neglexit legislator, 511, 37; reipublicæ detrimento fuit quod earum res male ordinatæ erant, 511, 27; 512, 18; intemperanter et luxuriose vivunt, 511, 38; ex quinque totius agri partibus duas possidebant, 512, 30; earum imperio parebant mariti, 511, 40; causæ fuerunt cur Lacedæmone magni æstimarentur divitiæ, 511, 39; 512, 20; earum audacia in rebus quotidianis inutilis, in rebus bellicis forsan utilis esse possit, 511, 51; nihilominus in Thebanorum incursione majori tumultui ansam dederunt quam hostes ipsi, 512, 2; circa eas Lacedæmoniorum indulgentia olim aliquatenus e rerum natura orta est, 512, 5; ferunt Lycurgum eas sub legum jugum adducere voluisse, sed postmodum ab incepto destitisse, 512, 12.

Lacedæmonius ager; quot equites quotque gravis armaturæ milites alere possit, 512, 37; ad paucos dominos redactus est, 512, 24, cf. 574, 40; ejus maximam partem possident Spartiatæ, 514, 45; quantam ejus partem possideant mulieres, 512, 30.

Lacedæmonius legumlator; v. *Legumlator Lacedæmonius.*

Lacedæmoniorum reges; urbi conditæ aut propagatis imperii finibus dignitatem regiam debuerunt, 580, 25; cur diu incolumis eorum auctoritas manserit, 584, 8; eorum auctoritas in duas partes divisa erat, 584, 9.

Lacedæmoniorum respublica; ad quodnam genus pertineat fr. 93, b; fr. 98, a; eam tanquam communem laudarunt nonnulli eorum qui de republica verba fecerunt, 543, 46; eam laudant omnes qui de republica conscripserunt, 618, 38; eam aliquis præferre possit reipublicæ a Platone in *Legibus* delineatæ, utpote magis aristocraticam, 505, 3; eam laudant quod e monarchia, ex oligarchia et democratia mixta sit, 505, 6, cf. 551, 54; eam ab aristocratia ad democratiam deflexit ephororum institutum, 513, 13; parum abfuit quin eam nuper perdiderint ephori, 513, 9, cf. 409, 35; ei valde noxia fuit senatorum vilitas, 517, 9, cf. 513, 43; in ea apparet utrumque extremum, 553, 42; multi probare conantur eam democratiam esse, 553, 43; alii eam oligarchiam esse, 554, 4; quænam ejus instituta ad democratiam referenda sint, 553, 45 ss.; quænam ad oligarchiam, 554, 5; vel ad optimam reipublicæ formam vel ad sui ipsius propositum exigi potest, 511, 1; pertinet ad aristocratias vulgo sic dictas, 551, 53; videtur plerisque in rebus Cretensium imitata esse, 515, 3, 23; merito laudatur, 516, 48; 518, 27; totam legislator ad labores tolerandos validam esse voluit, 511, 35; ejus proposito et beatitudini nocet circa mulieres indulgentia, 511, 27; 512, 18; ei multis in rebus similes sunt Carthaginiensium et Cretensium respublicæ, 516, 45; a reliquis multum differt, *ibid.*; quibusnam rebus Carthaginiensium reipublicæ similis sit, quibusnam ab ea differat, 516, 52 ss.; 517, 29; ei quoque objici possunt quæ Carthaginiensium reipublicæ objiciuntur, 517, 12; non constat cur secundum Platonem a politia proprie sic dicta in eam fiant mutatio, 588, 52; nec cur ab ea in oligarchiam, 589, 4; in eam quoque quadrant quæ de oligarchiæ commutatione retulit Plato, 589, 33; unica clade ei illata, confestim corruit, propter virorum penuriam, 512, 41.

Laceratio (ῥῆγμα); ubi propter eam de loco migraverit matrix, affectus in utramque partem vergit III, 211, 17 ss.

Lacerationes (σπάσματα); cur iis maxime corripiantur concitate currentes si quis inter currendum eorum impetum sistat IV, 150, 27 ss.

Laceratio matricis (σπάσμα); duobus modis fieri potest, idque quibusnam III, 213, 28 ss.; unde constet hujus morbi absentia III, 213, 32 ss.; fœcunditatis impedimentum est III, 213, 27.

Lacertæ (σαύρα); quadrupedes oviparæ sunt III, 18, 18 s.; III, 30, 16; III, 32, 51; III, 33, 1 s.; III, 35, 10; III, 37, 11; III, 263, 34 s.; III, 273, 45 ss.; III, 295, 33 s.; III, 321, 38, 42; III, 345, 29 s., 46 ss.; igitur perfecta ova pariunt III, 345, 28 ss.; item parvum lienem habent III, 30, 15 s.; item testes intus sitos lumbisque applicitos habent III, 35, 9 s.; III, 321, 40 ss.; item earum uterus eodem modo se habet ac apud aves III, 37, 9 ss.; item eodem modo se habet earum ventriculus et intestina quo apud quadrupedes utrinque dentatas III, 32, 48 ss.; simplicem unicumque ventriculum habent III, 32, 52 s.; quadrupedes oviparæ sunt et cavernas incolunt III, 316, 23 s.; III, 317, 10, cf. *Quadrupedes oviparæ* et *Quadrupedes oviparæ cavernas incolentes*; cavernas subeunt III, 3, 54; animalibus squarrosis et quadrupedibus (oviparis) accensendæ sunt III, 152, 26 s.; squarrosis animalibus accensendæ sunt III, 27, 25; III, 33, 3; III, 321, 42; animalibus squarrosis accensendæ sunt ideoque pulmonem habent et respirant III, 321, 39 ss.; item rarius respirant III, 544, 9 ss.; squarrosa atque ideo sanguine prædita animalia sunt III, 160, 1 s.; idque molli cute prædita III, 161, 46 ss.; senectam exuunt III, 161, 46 ss.; quattuor pedes habent III, 6, 11; parvæ et pedibus carenti similis est serpens III, 273, 47 s.; quomodo crura flectant III, 18, 19 ss.; eorum supina et prona eodem modo se habent quo apud serpentes III, 33, 3 s.; igitur longioribus quibus pedes dempti sunt similes sunt serpentes III, 33, 1 ss.; quod ad interiores partes attinet iis similes sunt serpentes, præterquam quod viscera longiora et angustiora habent III, 33, 7 ss.; æque ac serpentes lienem parvum et rotundum habent III, 33, 29 s.; qualem linguam habeant III, 250, 30 ss.; linguam duplicem habent ejusque apicem plane pilo similem III, 295, 34 ss.; hinc gracilis est III, 295, 37 s.; quatenus earum lingua serpentum similis sit, quatenus ab ea differat III, 33, 17 ss., ab iis differunt serpentes eo quod testibus carent III, 33, 4 s.; earum caudæ resectæ renascuntur III, 33, 38 s.; inferiori palpebra connivent, non vero nictitant III, 27, 25 ss.; earum color pallidus III, 26, 13; quibus in rebus iis similis sit chamæleo III, 25, 35, 42; III, 26, 21, 39; iis excelsior est chamæleo, si distantiam a terra spectas III, 26, 41; parvis similis est chalcis III, 167, 23; hieme latent III, 26, 39; quattuor gelidissimis mensibus latent, et tunc nihil esitant III, 160, 3 s.; frigidæ sunt ideoque in calidis regionibus magnitudine excellunt III, 530, 9; in terra pariunt III, 103, 1 ss.; non ultra sex menses vivere dicuntur III, 103, 4 s.; igitur ex earum ovis sponte excluduntur pulli III, 103, 3; eas venantur aves nocturnæ III, 189, 17; parvas interdum filis obvolvunt ac necant araneæ idque quomodo III, 194, 40; exsiccata in viperam mutatur fr. 186, b.

Lacertæ Arabicæ; reliquis multo majores III, 169, 33 s.

Lacerti (σαῦροι) (pisces); gregales sunt III, 175, 9.

Lacertus (ὠλέκρανον); pars brachii est III, 12, 10; unum esse dicitur II, 519, 14; quænam eos venæ trajiciant secundum Polybum III, 40, 6 s.; si iis comparentur, breves sunt simiarum cubiti III, 24, 42 s.; quibus breves iis plerumque et femora brevia III, 12, 6 s.; cur rotundi sint IV, 201, 15 ss.; de eorum motu eadem referuntur quæ de passibus IV, 13, 33 ss.; inanem jactasse cur laboriosius sit quam cum lapide IV, 144, 23 ss.; minus in cadavere superesse videtur quam os aut caro II, 443, 34.

Lachesis; una e Parcis III, 642, 21; nominis etymologia *ibid.*

Laciadæ; curiales Cimonis quibus cœnam parabat fr. 231, a.

Lacinium; ibi per Junonis solemnia ad quæ confluere solebat tota Italia exponebatur Alcimenis Sybaritæ vestis IV, 90, 33 ss.

Laconica apophthegmata; quibusnam conveniant, 372, 25.

Laconici canes; v. *Canes Laconici.*

Laconicum bellum; versus illud nobiles Athenienses e delectu militare coacti sunt, 567, 38.

Lacrimæ; eas fundimus res splendidas intuentes, vel vehementi frigore aut calore III, 212, 29 s.; iis comparandus est humor quem coeuntes subinde emittunt mulieres III, 212, 25 ss.; eas sol et calidum movent IV, 145, 23; item frigus IV, 145, 21 s.; IV, 150, 4; sudor quidam IV, 150, 4; quod movet quale esse debeat IV, 218, 38 s.; quando concoctæ dicantur III, 611, 35 s.; cur flentium calidæ sint, oculis vero laborantium frigidæ IV, 276, 35 ss.; eas fundunt infantes dormientes, non vero vigilantes III, 415, 35 s.; iis vigilantes carent infantes, usque ad quadragesimum post partum diem III, 144, 4 s.; cur mœrentes fundant IV, 296, 4; item et gaudentes IV, 296, 4; item cur qui nudo corpore currunt IV, 145, 21; item cur eo magis equo vehentes quo citius equus cucurrerit et pedites quo citius ipsi IV, 145, 17 ss.; IV, 150, 1 ss.; in iis quæ ciliis incumbunt colores perspiciuntur IV, 118, 15, v. *Fletus.*

Lacrimæ quæ vocantur; ad terram pertinent III, 623, 46; III, 624, 24 ss.; refrigeratione constant III, 623, 46 ss.; ex arborum melliginem colligunt apes idque e quibusnam III, 97, 8 s.; III, 194, 20 ss.

Lactantes mulieres (αἱ θηλαζόμεναι); iis non fit menstrua purgatio secundum naturam III, 412, 34 s.; nec conceptio III, 412, 35 s.; quodsi concipiant exstinguitur lac, idque quare III, 412, 36 ss., cf. *Mammas præbentia.*

Lactantia; in eorum ventriculo fit coagulum, idque quomodo III, 54, 17 ss.

Lactes; v. *Mesenterium.*

Lactatio (τὸ θηλάζειν); competit animalibus viviparis et foras et intra se III, 347, 24 ss.

Lactuca; de ejus cultura fr. 166, a.

Lacus (λίμναι); omnes candidiores sunt mari IV, 230, 18; item magis eo et fluviis albo interstincti IV, 230, 20 s.; in iis saxa pura non æque inveniuntur, neque eodem modo comminuuntur, idque quare IV, 235, 1 s.; cur in iis nulla fiat arena vel paucior quam in mari et in fluviis IV, 234, 47 ss.; ubi vel defecit vel exsiccatur quamobrem frumentum in campo acrius deuratur IV, 235, 5 ss.; in iis vix inveniri solent mollusca, crustata et testacea III, 389, 7 ss.; in Caucaso magni esse dicuntur III, 569, 42; salsus et amarus in Palæstina, v. *Asphaltites lacus*; in finibus Massiliensium circa Liguriam, ebulliens magnam piscium copiam ejicit IV, 89, 26 ss.; Etesiis flantibus exaggeratur et ejus superficies consolidatur IV, 89, 29 ss.; in Siphis vicino invenitur peculiare mugilum genus, idque quale III, 301, 23 s.; III, 309, 17; aquam calidam continens juxta Eridanum IV, 87, 25 s.; odorem gravem exhalat IV, 87, 28; nullum animal ex eo bibit IV, 87, 29; neque eum avis supervolat quin moriatur, *ibid.*; ejus ambitus et latitudo IV, 87, 30 s.; in eum accolæ narrant Phaethonta decidisse IV, 87, 32 s.; apud eum frequentes sunt populi nigræ unde electrum decidit IV, 87, 34 ss., v. *Stagna.*

Lacus Caucaso monti subditus; v. *Caucaso monti subditus lacus.*

Lacus præparatorii (προλάκκια); ita vocantur piscium appendices intestinales III, 272, 11.

Lacus subterranei; nequaquam absurdum est hujusmodi lacus exstare III, 570, 23 s., cf. III, 568, 40 s.; immo eos exstare probant flumina quæ a terra absorbentur III, 570, 29 s.; nonnulli ex iis omnia flumina originem petere putant III, 568, 21 s., cf. *Flumina*; si repleantur, nec effluxum habeant, ipsi sibi transitum in imum inveniunt, vim inferente aqua quæ semper affluit III, 570, 34 ss.

Laedus (λαεδός); quænam loca incolat III, 174, 30 s.; diligit loca quæ incolit III, 174, 31; celeo amicus est III, 174, 29.

Lælaps (λαίλαψ); turbo quoque vocatur qui inferne sursum versus convolvitur III, 632, 47 s.

Laertiadæ; certis illis temporibus parentare dicuntur Tarentini IV, 93, 43 s.

Lætari; v. *Delectari* et *Gaudere.*

Læte se habens; cupienti similis est IV, 131, 49 s.

Lætitia; in ea clementes sumus, 350, 42.

Lævæ (λαιαί); ita vocantur lapilli quos a stamine suspendunt textrices III, 322, 40; III, 428, 17.

Lævis (λεῖος); iis magis in venerem proclives sunt hirsuti III, 408, 33 s.; circa pectus esse iracundi signum est IV, 6, 1 s.

Læve; unicam habet superficiem III, 455, 1; non ad quale, sed potius ad positionem pertinet, 15, 14, 16; ejus definitio 15, 19; qualemcunque contactum maxime sentit III, 509, 26 s.; in id quoquoversus dispergantur maculæ III, 509, 33 s.; in eo unus fit aer III, 475, 5.

Lævia; in tenebris lucent III, 477, 39, cf. *Ignea appa-*

rentia ac splendentia; ab iis repercutitur lumen, ita ut umbram faciat atque cernatur III, 454, 46 ss ; iis accensenda aqua et æs III, 454, 47, cf. 28 s.; ea vitat polypus in terram egressus III, 193, 14.

Lævia solida; sonum habent III, 454, 19 s., 28, cf. 52; III, 455, 23.

Læve et asperum; corporis affectus sunt nec ex iis compositum est corpus II, 625, 14 s.; magnitudinis potius affectus et accidentia quam subjecta sunt II, 629, 43.

Lævigatio (τὸ λεαίνειν); necessario fieri debet, ubi aliquis lævigat II, 464, 28; sectione posterior est apud animalia III, 429, 43 s.

Læviraja (λειόβατος); piscis cartilagineus latus est III, 114, 2 s.; igitur vivum animal edit, primum intra se edito ovo III, 114, 3 s.; fel in jecore habet III, 30. 40 s.

Lævitas (λειότης); superficiei per se affectus est II, 523, 44; ea prius rectitudo II, 523, 43; ex ea signa petuntur physiognomonica IV, 3, 11.

Lævitas et asperitudo; iis quædam sensibilia esse videntur II, 559, 29; ad rectum et curvum reduci possunt II, 559, 29 s.

Lævum; v. *Sinistrum*.

Lagena (κεράμιον); vinum habere dicitur, 24, 9.

λάγυνος· mensuræ nomen feminino genere Thessali dicunt fr. 259, a.

Laïus; absurdum est Œdipodem ignorare quomodo mortuus sit, 478, 29, cf. 469, 16.

Laïus (λαιός); merulæ nigræ similis sed paulo minor est III, 185, 13 s.; ubinam degat III, 185, 14 s.; rostro merulæ dissimilis est III, 185, 16.

Lambda; ei comparatur scissura venæ magnæ et aortæ III, 42, 35.

Lamentantes (αἰάζοντες); si quis eorum modo emissum spiritum tibiis immittat, gravius sonant III, 428, 48 ss.

Lamentatio (σχετλιασμός); eam comitatur quædam voluptas, 336, 17; in ea non universalia tanquam universalia proponenda sunt, idque in qua parte orationis, 372, 34.

Lameticus sinus; ab eo dimidiati diei itinere distat sinus Scylleticus, 611, 42; ora maritima inde ab ea ad Scylleticum sinum usque olim sola Italiæ nomine designabatur, 611, 45.

Lamia (λάμια); piscis cartilagineus est III, 79, 3; interdum ab amiis vulneribus conficitur III, 191, 32 s.

Lampadarchia; pertinet ad munera sumptuosa, sed inutilia 577, 35; curandum ne iis nimium impendant divites, etiamsi velint, 577, 33; ejus non minima pars juvenis interest, 440, 45.

Lampadophoria; est latio ex successione cohærens II, 313, 44.

Lampo; quidnam responderit Pericle de deæ salutaris sacris interroganti, 409, 3.

Lamprocles; Socratis et Xanthippes filius fr. 58, a.

Lamprus; ejus grammatica eadem ac Ilei II, 169, 29.

Lampsaceni; quomodo aucto mercium pretio pecuniam sibi paraverint, 641, 44 ss.; Anaxagoram sepulcro honoraverunt, etiamsi peregrinus esset, 377, 30.

Lampsacus; ibi mures terrestres in fonte nasci et vivere dicuntur IV, 98, 15 s.; ea potitus est Memno Rhodius, 647, 44.

Lana; pilorum multitudo est III, 421, 15; quadrupedibus senescentibus crassior et durior fit III, 48, 51 s.; ei subtus similes sunt bonasi pili III, 204, 39; non formatilis est, sed pressatilis III, 620, 39; pressatilis simul et tractilis est III, 621, 8; humectatilis est III, 619, 40; combustilis est III, 621, 47; inductilis III, 621, 18; sono caret III, 454, 19, 27 ss.; aqua quæ se in illam insinuat adventitia est III, 615, 26; ejus magna moles parva aeris mole levior est II, 425, 16; ea calidius plumbum IV, 157, 30 s.; ex eā fieri nequit serra II, 561, 40; quomodo ea utantur lac coagulantes III, 54, 14 ss.; oleo rigatæ quamobrem rigescant, pili vero eorum qui unguntur nigriores fiant IV, 305, 23 ss.; textori materia sunt, 488, 33; eas facere artis textoriæ officium non est, 492, 17; in iis atque in rebus quæ ex iis fiunt gignuntur tineæ III, 102, 2 s.; idque quando præcipue III, 102, 3 ss.; ovis a lupo commorsæ pediculis maxime obnoxiæ sunt III, 156, 7 s.; quæ in iis sponte nascuntur insecta, eodem modo consistunt ac reliqua sponte orta III, 385, 1 ss.; ea ligare solent umbilicum obstetrices III, 143, 25; ea involvunt fœtus septimestres III, 139, 23.

Lanæ nigræ; in iis tenebricosus color floridior fit quam in albis, idque quare III, 647, 42 ss.

Lancea (λόγχη); ea dividi non potest ædificium quod fœturæ construunt bombyces III, 98, 40 s.; ei similis herba IV, 107, 1.

Lances æquilibres (ἰσάζοντα ζυγά); si alterutri aliquid additur notabile efficit momentum IV, 247, 50.

Languentes (ἀσθενοῦντες); cur apud eos reliquum quidem corpus tabescat, ungues vero et pili crescant IV, 304, 42 ss.

Laomedon; ejus epitaphium fr. 316, a.

λαφύκτης· v. *Heluo*.

Lapidea animalia; eodem modo quo illa fierent animalia genuina, si Democriti sententia vera esset III, 357, 3.

Lapilli (λαιαί); eos telis appendunt textrices III, 322, 40 s.; III, 428, 15; his comparandi sunt viviparorum animalium testes III, 322, 40; III, 428, 17, cf. 29 s.; iis injectis aqua refrigeratur et duratur fr. 198, b.

Lapis; masculinam habet appellationem, 306, 6; uniusmodi semper sunt IV, 30, 34 s.; corpus similare, naturale vero III, 618, 51; III, 623, 6; in similares partes dividi potest II, 416, 23; ad terram potius quam ad aquam pertinet, idque quare III, 617, 3; eorum genera quæ neque frigore constant neque liquabilia sunt ad terram pertinent III, 624, 28 s.; multi nomine carentes ad aquam pertinent, idque quare III, 624, 18 s.; inflexibilis est III, 620, 4; impressatilis est III, 621, 2; intractilis III, 621, 7; inductilis III, 621, 11 s.; incombustilis III, 621, 47; formatilis est, sed difficulter III, 620, 38; non mollescit III, 618, 6 s.; in mola ubi frangitur facit ut inhorrescamus IV, 153, 15 s.; immollificabilis et illiquabilis est III, 624, 1; fragilis sed non ruptilis est III, 620, 20; ejus nullus est articulus IV, 53, 18; puncta vero habet IV, 53, 18; elixari non potest, idque quare III, 613, 2, s.; ex iis percussione elicitur igni III, 242, 13 s.; eodem modo quo ex iis, e leonis ossibus elici potest ignis III, 45, 33; calidissimus et frigidissimus reddi potest IV, 109, 21; tardius incalescunt quam aqua, sed calefacti magis urunt III, 232, 45 ss.; III, 624, 14; motu incandescit II, 397, 13; ubi incanduit carbone fit calidior IV, 267, 13 s.; qui comburi possunt in Ponto fluvio deferuntur IV, 96, 10 ss.; quidam aquæ supernatant IV, 32, 25 s.; eorum nonnulla genera diversos colores faciunt III, 646, 2 s.; qui sunt in aqua cur nigri fiant III, 644, 15 s.; odore carent quia et sapore III, 484, 52; non implent IV, 242, 11; fieri non potest ut nutriantur II, 136, 37; quomodo fiant IV, 32, 40 ss.; defectu humoris consistunt IV, 238, 18 s.; ex aqua potulenta siccata et concreta fieri nonnullis Heracliti sectatoribus placet IV, 234, 32 ss.; ex humoribus quibusdam constituuntur unde sal et nitrum fiunt III, 617, 39; etiam frigore fiunt IV, 238, 23 s.; eorum genera non liquabilia sicca exhalatione in terra fiunt III, 609, 19; genera quæ terra igni deusta fiunt solutionem non admittunt III, 616, 48 s.; cur concrescant potius in aquis calidis quam in frigidis IV, 238, 17 ss.; in mari cur rotunda fiant IV, 235, 22 ss.; ex iis umbilici qui vocantur exstant in littoribus IV, 65, 34 s.; in Tmolo monte nascitur pumici similis qui colorem quater quotidie mutat et qui a puellulis cernitur IV, 107, 10 ss.; fabæ similis in Nilo nascitur, quem si canes ederint non latrant IV, 106, 14 ss.; salutaris est iis qui a dæmone vexantur IV, 106, 16 ss.; cylindri forma circa Sipylum montem nascuntur IV, 105, 24 ss.; eorum usus IV, 105, 25 ss.; vento sublatus apud Ægos potamos ex aere decidit III, 561, 28 ss.; ex antiquorum regum sepulcris sumitur quo curari dicuntur morsus serpentis minuti in lasere nascentis III, 170, 29 ss.; plaustrali magnitudine circa Iapygium promontorium exstat quem Hercules transtulisse fertur et qui uno digito movetur IV, 91, 11 ss.; eorum quædam genera arborum radicibus apponunt ad sphacelismum prævertendum III, 536, 16; in fissuram radicis arborum immissi illas rursus fructiferas reddunt IV, 28, 17 ss.; eos ore corrodere et confringere valent testudines marinæ III, 148, 12; iis vescuntur crustata III, 148, 18; ad quos accedit polypus, iis colorem suum assimilat, idque quare III, 192, 41 ss.; idem facere perhibetur sepia III, 192, 43 ss.; idem quoque facit squatina III, 192, 46 s.; iis strepitum cient delphini venati, idque quare III, 69, 32 ss., cf. III, 69, 45 ss.; III, 70, 42 s.; item cotti venati idque quando et quare III, 70, 4 ss.; item piscatores ubi pisces jam circumdatos in unum locum congregare volunt III, 69, 46 s.; iis occultant piscatores fossam quam hieme ad capiendos pisces e fluvio deducunt III, 165, 1; iis quovis anni tempore fluvium circumvallant ad capiendos pisces III, 165, 5 s.; eos interdum devorant elephantes III, 168, 7; eum ferunt apes, flante vento magno III, 199, 27 s.; eum iter facientes pro libramento ferre dicuntur grues, sed falso III, 157, 18 s.; hunc ad auri probationem utilem esse ferunt, ubi a gruibus rejectus fuerit III, 157, 19 s.; iis sæpe referti inveniuntur renes aut alia viscera, excepto corde III, 260, 49 ss.; pisces quidam eum in capite habent III, 163, 25 ss.; iis comparari nequeunt ova subventanea III, 358, 39; eum cavat aqua guttatim decidens II, 346, 33; nec ideo mollior aut durior fit II, 346, 50; eum dirimit planta pullulans, non tamen pedetentim sed confestim II, 346, 34; a plantis sublati IV, 179, 42; natura sua inferiora petit II, 138, 8 s.; II, 415, 6; assuefieri non potest ut sursum feratur II, 14, 39; etiamsi sexcenties sursum mittatur, idem denuo non faciet nisi vi coactus II, 194, 39; II, 138, 9 ss.; vi sursum ferri dicitur II, 200, 52; et potest II, 142, 19; ex necessitate et sursum et deorsum fertur, sed non propter eandem, 162, 29; mirum foret si nos, dum fertur lateret inferiora petens vel in terra manens II, 346, 52 ss.; potest esse id quod eo ipso momento fertur II, 301, 24; movetur a baculo II, 350, 12; qui eum ab utre removet in aquas aliquatenus non movet, aliquatenus vero movet, nimirum per accidens II, 349, 49; eum qui jaculatur, sponte eum emisit, etiamsi eum postea retrahere nequeat II, 30, 28; eum casu cecidisse dicimus, quia fieri potuisset, ut ab aliquo ferendi causa projectus caderet II, 269, 4; nequaquam movetur, si ei immergere coneris aliquid, atque hinc sensuum e longinquo percipientium intermedium esse nequit III, 474, 52; eum pellens movere potest ventus II, 350, 33; eos diffringit tonitru II, 399, 37; non de iis loquimur de domo disserentes III, 227, 38 s.; ex iis fiunt fundamenta ædium III. 261, 49 s.; cuique fundamenti lineamento in ædibus exstruendis apponuntur III, 261, 47 s.; igitur iis comparatur sanguis qui in corpus distribuitur III, 261, 47 ss.; nonnisi ab alio ita moveri possunt ut domum constituant II, 546, 50 s.; si paries necessitate facta esset, inferiora petiissent II, 272, 14; domus causa exstant, non eorum causa domus III, 229, 4 s.; quomodo ex domo esse dicantur II, 530, 33; causa materialis domus sunt II, 545, 6 s.; nisi sint, vel suppetant, vel facti sint, domus non erit II, 272, 39, 44; eorum compositio differt cum a columnæ striatione, tum a templi constructione II, 119, 36; ex eo fit Mercurius vel domus II, 257, 45; ei inesse dicitur Mercurius II, 521, 30; ei non inest Mercurius II, 498, 32; qualis in statua est, tale quid etiam in circulo et triangulo esse debere statuunt nonnulli II, 550, 23; circuli substantiæ pars esse nequit II, 550, 8 ss.; eum nemo animæ inesse dicet III, 441, 48 s.; ei comparatur insensibilis II, 195, 49; fortis esset, si fortitudo timoris absentia constaret II, 146, 47; eum pumicem habens qui salutis gratia verberare volens ferit invite agit II, 26, 3; e quibus aræ exstructæ sunt, eos fortunatos esse dixit Protarchus II, 268, 32; in eos mutata esse animalia quædam eorumve partes fabula fingit III, 221, 26.

Lapidem; non quod, sed quem, non hoc, sed hunc significat, 305, 47.

Lapidem esse aliquid; solœcismus apparens quo hoc concluditur, quomodo solvatur, 305, 44.

Lapidem te esse dicis; unde hæc conclusio sophistice per amphiboliam eliciatur, 278, 31 ss.

Lapis; apparens solœcismus de eo, cujus conclusio : scis ergo lapis, 306, 25; quomodo solvatur, 306, 27; alius de eo solœcismus apparens quo concluditur : scit ergo lapidis, 306, 29; quomodo solvatur, 306, 31.

Lapis gladius appellatus (μάχαιρα); hunc in Berecynthio monte nascentem, si quis invenerit, teste Eudoxo, quum Hecates mysteria celebrantur, in furorem vertitur IV, 107, 6 ss.

Lapis Heracleensis; ferrum attrahit III, 435, 15; igitur ei animam tribuit Thales III, 435, 14; eo probat Thales inanimatis quoque inesse animam fr. 215, a; rem quam movit, ea rursus movet II, 365, 39.

Lapis Lydius; eorum color III, 646, 19 ss.

Lapis Sophron; a contrario dictus in Mæandro reperitur IV, 106, 19 s.; ejus vis IV, 106, 20 ss.

Lapis spinus; in Thracia invenitur IV, 81, 7 ss.; quale mirum de eo narretur IV, 81, 7 ss.

Lapides et lateres; e quibus paries composita est, iis necessario assimilant Empedoclis sectatores elementa e quibus caro et medulla componuntur II, 461, 48; ut e pariete fiunt, sic e carne fieri censent aquam et ignem qui elementa immutabilia esse censent II, 462, 7 s.

Lapides et terra; causa materialis domus sunt II, 490, 31.

Largitiones; iis quinam utantur, 456, 23.

Larissa; patria Hellanocratis qui una cum Cratæo in Archelaum conspiravit, 581, 34; ibi plebi assentabantur politophylaces quia ab ea eligebantur, 572, 8; quomodo ibi eversa fuerit Aleuadarum imperium, 572, 54.

Larissæi; de eorum civitatis jure Gorgiæ jocus, 521, 50.

Larus (λάρος); est avis fissipes circa fluvios ac lacus degens III, 151, 48; ingluvie carens totam gulam amplam habet III, 34, 19 s.; quinam sit ejus color III, 151, 48; e mari victum petit, ideoque brentho et harpæ inimica est III, 173, 22 s.; quonam anni tempore, quibusnam locis et quot ova pariat III, 82, 1 ss.; hieme non latet III, 82, 5.

Larus albus; avis fissipes est circa mare degens III, 152, 6.

Laser; v. *Silphium*.

Lascivi; v. *Salaces.*

Lascivia (λαγνεία); cur morbis a pituita oriundis nonnullis prosit IV, 139, 34 ss.

Lassitudo (κόπος); unde oriantur fr. 210, b; somnum affert idque quare III, 504, 48 s.; somni defectu orta quomodo apud elephantes sanetur III, 168, 11 s.; febris causa esse potest III, 513, 21; cur melius cessent ubi quis aqua oleo permixta se perfricuerit IV, 143, 30 ss.; cur æstivis balneo, hibernis autem unctione mederi oporteat IV, 115, 19 ss.; IV, 150, 17 ss.; cur ea affectis evomendum præcipiatur IV, 143, 39 ss., v. *Fatigatio.*

Lasus Hermionensis; ejus dictum fr. 336, a.

Latax (λάταξ); pedestre est animal sed e terra victum petit III, 2, 32; quadrupes est fera circa fluvios et lacus victum quærens III, 153, 43 s.; quatenus lutræ similis sit III, 153, 44 s.; validos dentes habet III, 153, 45; quales habeat pilos III, 153, 49 s.; noctu populos fluvio proximas dentibus exscindit III, 153, 45 ss.

Lateralis morbus (πλευρῖτις); quidnam fr. 218, b; artis ratione habita semper gravior est pedis offensione, sed per accidens levior esse potest, idque quomodo II, 66, 7; cur eo cito vinolenti affligantur IV, 127, 5 ss.; IV, 128, 32 ss.

Lateres (πλίνθοι); domus causa exstant non vero eorum causa domus III, 229, 4 s.; quomodo ex iis fit domus et vice versa, sic aqua et aer ex se invicem sunt et gignuntur II, 253, 48; non quo modo e domo fiunt et domus ex ipsis, lutum in luta dividi potest II, 253, 47; quo modo e pariete fiunt, sic ex unaquaque re elementa extrahi posse putant nonnulli II, 461, 39; eos spectat architectus, utpote domus materiem II, 263, 21; non de iis loquimur, de domo disserentes III, 227, 38 s.; ut sit domus vel facti esse, vel suppetere, vel esse debent II, 272, 41; sale oblitis simile est ædificium quod fœturæ construunt bombyces III, 98, 39.

Lateres et lapides; quæri potest cur domus sint II, 557, 11; quid ad hanc quæstionem respondere oporteat II, 557, 25.

Laternæ (λαμπτῆρες); e nigro corio factæ translucere nequeunt III, 417, 29 s.; ventos arcet III, 478, 17; ei oculum assimilant Empedocles et Plato III, 478, 1, 15; eam teste Empedocle parat qui noctu domo exire vult III, 478, 15 s.; cui obducta nulla membrana est comparantur erinacei marini III, 66, 4 s.

Latibulum (θαλάμη); in id omnia congerit polypus III, 192, 37; inutilia vero ejicit III, 192, 39 ss.; facile ab eo abstrahuntur polypi post partum senio confecti, non vero parvi III, 193, 8 s.

Latio (φορά); motus genus est III, 436, 24; eam primum motum esse censent omnes qui motus mentionem fecerunt II, 363, 48; ei motus origines tribuerunt iidem II, 363, 50; eam solam proprie motum appellamus II, 364, 17 s.; omnium motuum primus est II, 306, 48; II, 335, 10; II, 356, 24 ss.; primus motus esse probatur quatenus sine eo alii esse nequeunt II, 356, 54 ss.; item tempore primus II, 357, 11 ss.; item essentia primus II, 357, 30 ss.; quum primus motus sit, semper esse debebit II, 356, 36; si alia prior, alia posterior sit, prima semper esse debebit II, 356, 37 s.; mutationum prima est; idque quare II, 464, 38 ss.; II, 605, 29 s.; II, 606, 20 s.; igitur generatione prior est II, 464, 41 s.; generatione motuum ultimus est, ideoque essentia primus II, 428, 6 s.; motus secundum locum est II, 630, 2; species motus localis II, 284, 46; II, 292, 37; mutatio secundum locum est II, 600, 39; ea latius patet loci mutatio, 209, 21, 34; semper in loco est II, 328, 42; II, 436, 27 s.; eo quod movetur corpus, per se in loco est II, 291, 14; maxime communis et maxime propria est motus species II, 284, 45; est motus alicunde aliquo II, 119, 44; ejus species sunt ambulatio, volatus et saltus II, 119, 45; ejus oppositiones locorum oppositionibus respondent II, 371, 49; fit, ubi loci contrarietatem continet materies III, 522, 47 s.; una est quia id quod fertur unum est II, 301, 47 s.; eam comitatur momentum II, 301, 46; ad res absolutas pertinet II, 428, 5 s.; omni lationi genere eadem est II, 312, 32; probatur unicus motus esse qui continuus esse possit II, 357, 51 ss., cf. 6; fit propter id quod fertur II, 301, 36; II, 608, 14 s.; semper simul exstat cum eo quod fertur II, 301, 41; ejus numerus tempus est II, 301, 43; ut fiat necessario adesse debent res quæ locum mutare possunt II, 342, 40; nec ferri, nec alterari potest II, 310, 36 s.; proprie dicitur de rebus penes quas non est consistendi facultas quæque non per se ipsæ moventur II, 311, 1; per extensionem tamen ita vocari potest omnis motus localis II, 310, 53 s., cf. II, 335, 7; II, 356, 24; II, 368, 14; II, 440, 40; alterationi æqualis esse nequit II, 339, 5, 8; II, 340, 4 s.; prius ad intermedium pervenit (quam ad finem) III, 489, 46 s.; igitur eatenus ab alteratione differt III, 489, 45 s.; contraria e contrario ad contrarium fit II, 371, 42, cf. II, 315, 36; rei unius et simplicis una et simplex est, non vero contraria II, 408, 22 s.; si unica esset, generatio tolleretur II, 464, 45, cf. 48; generatio aliquo inde aliquo versus est II, 429, 30; in ea celere non idem est quod in alteratione II, 339, 30; æqualis vel inæqualis esse potest II, 314, 16; æqualis est II, 307, 4; non omnis in contrariis cernitur II, 332, 44; igitur non eodem modo finitur quo reliqua motus genera II, 332, 43 s.; probatur nihilominus infinita esse non posse, quod ad terminos attinet II, 332, 44 ss.; ejus termini sunt supra et infra II, 379, 54 s.; semper finem aliquem habet, nec in infinitum fieri potest II, 380, 5; ejus causæ sunt densum et rarum secundum gravis et levis oppositionem II, 298, 38 s.; ejus causa inane vocari potest, si omnino asserere velis, inane revera exstare II, 298, 35 s.; ejus exstant species, ideoque et motus II, 340, 7, 39; distingui potest secundum instrumenta quibus peragitur II, 340, 12, s.; sed veræ ejus species pendent a figuris vel lineis per quas fit II, 340, 11 ss.; ejus quattuor species, excepta ea qua res quæ movetur in se ipsa principium motus habet II, 335, 15 ss.; hæ species rursus ad duos reducuntur II, 335, 39; ejus prima species est circularis conversio II, 306, 49; II, 605, 30; omnis vel circulo fit, vel linea recta, vel ex duabus hisce mixta est II, 358, 35 s.; II, 363, 6 s.; II 368, 13 ss.; II, 368, 14; non semper circulo fit, sed etiam recta II, 297, 46; quæ sursum fit longitudine contraria ei quæ deorsum II, 315, 20 cf. II, 316, 44; quæ in dextram partem fit latitudine contraria ei quæ in sinistram II, 315, 21; quæ in anteriorem ei quæ in posteriorem II, 315, 22; aliud in sursum est, aliud deorsum, aliud leve, aliud grave II, 273, 43; II, 594, 40 s.; nulla continua esse potest, nisi quæ circulo fit II, 604, 4; II, 605, 4; nulla, excepta circulari, æterna esse potest II, 363, 20; sine ea fieri nequit ictus III, 454, 26; ad eam pertinere adstruitur ambulatio, 208, 20; quomodo eam definierit Plato, 209, 15; unicus motus est qui æternis competat II, 357, 11 s.; in singulis generationi obnoxiis ultimus motuum est II, 357, 13 s., 32; adultis, ubi perficiuntur inest II, 357, 15 s., 35 s.; minime omnium motuum ab essentia dejicit id quod movetur II, 357, 39 s.; quibusnam de causis fiat apud animalia III, 521, 35 ss.; probatur alterationi posterior esse apud animalia, *ibid.*; igitur ultimum munus est quod animalibus nascentibus obveniat III, 521, 34 s.; etiam aliis animalibus competit quam homini III, 221, 50 s.; igitur ei non præest mens, sed alia animæ pars III, 221, 49 s.; ea carent plantæ et multa genera animalium II, 357, 35; III, 442, 43 s.; ea fiunt nonnulli animæ qui dicuntur affectus vel munera III, 439, 47; ea inprimis movetur id quod se ipsum movet II, 357, 43; eadem pelleret et ferretur unum et individuum specie, si se ipsum movens per totum se ipsum moveret II, 352, 17.

Latio cælestis; nulla esse potest quæ non ad stellæ lationem aliquid conferat II, 608, 5 s., 15 s.; eas plures numero esse patet vel mediocriter stellarum scientiæ peritis II, 607, 6 ss.; iis numero æquales esse debent substantiæ æternæ immobiles per se et magnitudine carentes II, 606, 48 ss.; earum numerus e stellarum scientia peti debet II, 607, 1.

Latio circularis; v. *Circularis latio*.

Lationes contrariæ (ἐναντίαι); contraria loca petunt II, 374, 13.

Latio mixta (μικτή), quæ partim per circulum, partim per lineam rectam fit; probatur continua esse non posse II, 358, 36 s.; posterior est duabus reliquis, utpote ex iis composita II, 363, 7 ss.

Latio per circulum obliquum (ἡ κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον); ei inest continuitas et duplex motus II, 464, 52; igitur ortus et interitus causa est II, 464, 51; ejus obliquitas causa, cur aliquid ad nostrum locum accedat et ab eo abeat II, 465, 5; modo propior, modo remotior est II, 465, 6; accedendo et proximitate generat II, 465, 8; abeundo et longinquitate interitus causa fit II, 465, 9; sæpe accedendo sæpe generat, sæpe recedendo sæpe interitus fit causa II, 465, 10; sensibus patet eam accedendo generationi, recedendo vero interitui ansam dare II, 465, 18 s.; ejus motus inæqualis est II, 464, 52 s.

Latio prima; ortus et interitus causa non est II, 464, 50 s.

Latio recta (εὐθεῖα); ea prior est latio circularis II, 369, 3; corporibus simplicibus propria est II, 369, 4, 49; vel deorsum fit vel sursum II, 368, 18; II, 371, 14 s.; quatenus circularem imitetur II, 465, 45.

Lationes rectæ; sibi invicem opponuntur propter loca II, 371, 23; earum præstabilior quæ superiora petit II, 395, 18; item quæ anteriora petit præstat ea quæ retro it II, 395, 20.

Latio simplex (ἁπλῆ); vel medium petit, vel circum id fit II, 368, 20; duæ tantum modo exstant II, 417, 30.

Latitantia animalia (φωλεύοντα); minus calidam ac humidam habent naturam quam homo III, 422, 22; hinc hieme pilos amittunt III, 422, 21; quare post latitationem pilos recuperent III, 422, 48 ss.; in India magna sunt teste Ctesia III, 169, 8 s.

Latitatio (φωλεῖαι); ea utrumque tempestatis excessum a sese defendunt animalia III, 159, 26 ss., cf. 38 s.; migrationi igitur pro portione respondet III, 159, 23; eam faciunt animalia in locis tepidis et ubi antea abscondi consuevere III, 159, 48 s.; hieme fit III, 422, 21; eam hieme inchoant terrestria animalia, calidiori vero tempestate ei finem imponunt III, 159, 24 ss.; in aliis animalium generibus omnia ea utuntur, in aliis partim utuntur, partim non III, 159, 28 s.; ea utuntur testacea omnia III, 159, 29 s.; item insecta fere omnia III, 159, 40 ss.; ea utuntur animalia squarrosa III, 160, 1 s.; quinam pisces ea utantur III, 160, 6 ss.; item quænam aves III, 161, 1 ss.; item quænam quadrupedes (viviparæ) III, 161, 20 ss.; ignoratur causa cur ea utantur ursi III, 161, 22 s., 44; animalium quæ ea utuntur nonnulla senectutem exuunt III, 161, 41 s.; quatenus competat crabronibus III, 202, 46 s.; ea non utuntur corvus et cornix III, 186, 2 s.; competit lusciniæ III, 207, 1; item vespis feris III, 201, 1 s.; item matricibus vesparum mitiorum III, 201, 13 s.

Latitudo (πλάτος); quid II, 525, 28 s.; ejus mensura latitudo II, 575, 23 s.; ea prior longitudo II, 391, 19; longitudini posterior, sed altitudine prior est II, 613, 8 s.; ejus principium dextrum II, 390, 38; II, 391, 20; quidnam forsan ejus æquali respondeat in longitudine, in numero et in colore II, 637, 53 s.; nulla major efficitur lineis duobus superpositis IV, 51, 12 s.; propter eam terram in loco manere putant Anaximenes, Anaxagoras et Democritus II, 405, 12, 49; hujus opinionis refutatio II, 405, 19 ss.; II, 406, 2 ss.; in animalibus et plantis bis augetur IV, 202, 36.

Latitudo prima; secundum Platonem ideæ animalis et reliquarum idearum elementum est III, 434, 33 s.

Latitudine prædita corpora; aerem non secant, sed quasi operculo operiunt aerem II, 405, 10 s.; difficulter a vento moventur propter resistendi facultatem II, 405, 12.

Latium; Opicæ locus fr. 298, b; ibi Achæi sedes locaverunt fr. 298, b.

Latius se extendere (ἐπὶ πλέον ὑπάρχειν); quidnam significet, ubi de terminis fit sermo, 164, 40.

Latmos Cariæ mons; quales in eo scorpiones nascantur fr. 297; b.

Latona; nominis græci (Λητώ) etymologia fr. 150, b; duodecim diebus lupæ specie ex Hyperboreis a lupis Delum deducta est, idque quare III, 133, 14 ss.; quænam in ejus templi vestibulo Deli inscripta essent II 184, 3.

Latrones (λησταί); non omnes sunt qui latrocinium faciunt II, 59, 42; iis gravius delinquere videntur fures, 428, 35; illiberales sunt II, 42, 1, 8; unde non decet quæstum sectantur II, 42, 7; turpis quæstus gratia dedecora tolerant II, 42, 4; propter quæstum maxima pericula subeunt II, 42, 5; quæritur an semper ab iis redimendus sit qui antea ab iis nos redemit, itemque an ei semper pretium redemptionis restituendum sit II, 105, 45; ab iis captus qui Æginam venit per accidens illuc venit II, 533, 39.

Latum (τὸ φερόμενον); eo motum cognoscimus ac prius et posterius in eo II, 301, 22; eodem modo punctum sequitur quo motus magnitudinem et tempus motum II, 301, 21, cf. 50; quod eo ipso momento fertur, idem est, definitione vero aliud, idque quia semper alibi atque alibi est II, 301, 23 s.; 27, cf. 39; id sequitur momentum, quo modo tempus motum II, 301, 28; eo cognoscimus prius et posterius in motu II, 301, 29, cf. 49; quod eo ipso momento fertur lapis vel punctum vel aliud hujusmodi est II, 301, 24; res determinata (τόδε τι) est II, 301, 36 ss.; ejus gratia fit latio II, 301, 36; unum est, nec solum id quod eo ipso momento fertur, sed definitione unum II, 301, 48; propter id una est motio et latio II, 301, 47; id comitatur momentum II, 301, 46; quasi unitas numeri est II, 301, 44; semper simul cum latione exstat II, 301, 41; ejus numerus est momentum II, 301, 42 s.; quia in quiescente movetur, difficile perspectu est quidnam sit locus II, 290, 28; id prius ad dimidium quam ad finem pervenire asserebat Zeno II, 330, 9, v. *Corpora* et Δι᾽οῦ.

Lata (πλατέα); multum aeris propellunt, ideoque difficilius moventur III, 298, 42; multum aerem trahunt III, 312, 34.

Latum et angustum; et seorsum et conjunctim de plano prædicantur II, 630, 13 s.; si idem sit quod longum et breve, planum linea et corpus planum erit II, 625, 9 s.; quantitatis substantiæ affectus vel habitus sunt II, 525, 38 s.; alti et humilis genus non sunt II, 484, 20, 23 s.; magni et parvi species sunt II, 625, 2; relationis species sunt II, 631, 48 ss.; ex iis planum composuit Plato II, 484, 17; ex iis plana construunt Platonici quidam II, 625, 1; ex iis plana generant idearum assertores III, 631, 47 s.

Latus (πλευρά); ei incommensurabilis est diametrus III, 361, 13 s.; idque demonstrari potest, etiamsi æternum sit III, 361, 14 s.; II, 304, 31, cf. 18; id duobus metiuntur II, 575, 14 s; cur quod super eo fertur minorem ipso latere lineam percurrat IV, 67, 12 ss.; cæli quid II, 391, 48 ss.

Latus (τὸ πλάγιον, τὰ πλευρά); eo potius principium est anterius III, 246, 17 s.; cum iis connexum est septum transversum III, 16, 9; quænam ad ea deveniant venæ secundum Diogenem Apolloniatem III, 39, 7; quænam ea superne deorsum percurrant secundum Polybum III, 40, 10; si felle redundante adspergantur teste Anaxagora oritur morbus acutus III, 275, 7 s.; maribus firmiora sunt III, 75, 49 s.; quicunque tumida habent loquaces et stultiloqui sunt IV, 9, 46 s.; ad boves vel ranas referuntur IV, 9, 47.

Laudabilia; quænam, 420, 35; II, 243, 3; semper laudantur quod aliquo modo se habent et aliqua ratione ad aliquid referuntur II, 12, 16; ad eorum mediocritatem vergunt boni animæ habitus, ad excessum vero defectumve mali II, 138, 38; quomodo de iis dicendum sit, 392, 24.

Laudabiliora; meliora sunt, 327, 29.

Laudans; quænam ei dicenda sint, 420, 40.

Lauria (?); v. *Tyria*.

Laurus; in ea flos a fructu colore differt III, 650, 33; flos ejus flavus, fructus puniceus est III, 650, 34 s.

Laus (ἔπαινος); quidnam sit, et quomodo ab encomio et a beati prædicatione differat, 331, 45; II, 12, 27; II, 193, 12 ss.; quomodo a macarismo vel eudæmonismo, 331, 53; semper ad aliquid refertur II, 12, 16, 24; non cadit in res præstantissimas II, 12, 26; nec in deos II, 12, 28; nec in homines divinissimos II, 12, 29; nec in bona præstantissima ac divinissima II, 12, 30; nec in principia et causas II, 12, 44; non cadit in res naturales, vel fortuitas, vel necessarias II, 199, 9; semper spectat eum qui alicujus rei causa est II, 199, 11; cadit in ea quorum nos causa sumus II, 199, 10; virtuti eximiæ reservatur, 341, 33; virtuti competit II, 19, 52 s.; competit virtuti, non vero scientiæ II, 156, 40; tribui solet rebus spontaneis II, 140, 9; ideoque virtuti II, 140, 9 s.; quando tribuatur actionibus quæ sponte quidem fiunt, sed per se invite II, 24, 43; tribuitur actionibus a virtute profectis II, 134, 20; competit ei qui honesta facit II, 163, 19; magis tribuitur pecuniam danti quam non capienti II, 39, 21; eam curat vir magnanimus nec in eam proclivis est II, 46, 15, 16; ea compensant nonnulli quod minus acceperunt quam iis debitum erat II, 154; 18; quorum celebrant poetæ vel historici, æmulationem excitant, 363, 8; ex actionibus deducitur, 331, 39, 46, v. *Rhetorica demonstrativa*; species est orationum civilium, 413, 15; quonam constet, 420, 31; in eam inprimis quadrant amplificatio et extenuatio, 424, 11; cujusmodi in ea utendum sit prooemio, 446, 2 ss.; quænam in ea prooemium insequi debeant, 446, 12, 21, 25; in ea post generis enarrationem animi præclaræ dotes exponendæ sunt secundum ætates, 447, 3 ss.; in ea magnifica esse debet elocutio, 447, 44; deorum ridiculæ sunt, si ad nos referuntur II, 12, 23.

Laudes et vituperia; sequuntur res sponte factas II, 24, 16; unde tribuantur coactis vel non coactis in actionibus quæ sponte quidem fiunt, sed per se invite II, 25, 7.

Lavantes; in mari quamobrem ocius resiccentur IV, 231, 7 ss.

Lavatio; quænam ea gaudeant aves II, 207, 41 ss.; cænosa pinguescunt sues III, 154, 28.

Lazulus (σαπφείρινον χρῶμα *vers. gr.*); quid in planta ejus coloris sit IV, 42, 18.

Leæna; multifida est fœtusque cæcos ac pene inarticulatos edit III, 408, 47 ss.; quot et ubinam sitas habeat mammas III, 21, 18 s.; quoties et quot catulos pariant Syriacæ III, 132, 13 ss., cf. III, 372, 36 ss.; III, 388, 3 ss.; idque quare III, 372, 34, 38 ss.; quoties et quot et quonam anni tempore reliquæ III, 132, 2 ss., cf. III, 372, 36 ss.; III, 388, 3 ss.; fabulantur eas parientes matricem ejicere, idque quare III, 132, 5 ss.; juba carent III, 132, 16; quatenus iis quod ad generationem attinet similes sint reges apum III, 388, 1 ss.; propter nimiam purgationem steriles evadunt III, 372, 36; ex ejus cum cane coitu aliud quid procreari debet quam canis aut leo III, 368, 52 s.

Lebadiæ; Bœotiæ civitas Orchomeno vicina III, 168, 46 s.; in ejus agro desunt aspalaces III, 168, 47 s.

Lebadici fontes; homines accedentes fatidicos efficiunt III, 634, 3.

Lebes; eo demisso urinatoribus respirationem conciliant IV, 268, 36 ss.; ænei tres vacui miraculo quodam impleti sunt vino in Dionysiis apud Elidenses IV, 97, 37 ss.

Lechineon; IV, 21, 18 (*ubi interpres gr.*: Ἀναξαγόρας... ἔφη πρὸς Λεχίνεον, *de libro ad hunc scripto cogitans. Alii pro Lycophrone, alii pro Leucippo positum nomen arbitrati sunt. Epitheton ornans esse nec nomen, ostendit Meyer, ad Nicol. Damasc. de Plantis p. 57 s., quem vide*).

Lectio; quid efficiat IV, 203, 29; somnum prohibere videri possit IV, 205, 6.

Lectum (*promontorium Troadis in Mysia*); quales circa id capiantur purpuræ III, 87, 46 s.

Lectus; cur fiat ut alterum latus alterius duplex sit, alterum sex pedum, alterum vero trium IV, 70, 8 ss.; pravus IV, 169, 7; eum appetunt et juvenis et adultus Homero teste II, 37, 4; e ligno fit II, 561, 37; idque quomodo III, 333, 21 s.; eum non lignum, sed ligneum vocamus II, 337, 2 s.; ejus materies lignum vel æs sunt III, 220, 45; III, 221, 37 s.; idque quia potentia lectus sunt III, 221, 37 s.; ejus natura esse videtur lignum II, 261, 28; II, 262, 13; si quis eum terra obrueret, inquiebat Antiphon, atque putredo vim acquireret, lignum pullularet II, 261, 30; II, 262, 12; eum non facit lignum sed ars II, 464, 14 s.; de eo disserentes potius ejus formam quam materiem determinare conamur III, 220, 43 ss.; quod si fieri nequeat cuncti naturam III, 220, 45 s.; igitur de ejus figura et forma dicendum est III, 220, 47 ss.; III, 221, 22; ubi tantummodo potentia exstat, artem non adesse dicimus II, 261, 54 ss.; non componitur e fabro et ligno III, 341, 20 s., cf. III, 342, 40 s.; quatenus arte factus est et suo nomine vocatur, insitum motus principium intra se non habet II, 260, 43; quatenus vero materie constat, habet II, 260, 47; ejus naturam cognoscit aliquis, ubi pervidet e quibus partibus constet, et quomodo compositæ sint II, 493, 16; in eo ope causæ finalis respondetur quæstioni quapropter II, 557, 14 s.; instrumentum est agendo inserviens, idque quare, 485, 15; tanquam exemplum citatur, II, 59, 10.

Lecti croco instructi; eos verno tempore parant Græci Peloriadem incolentes IV, 95, 14 s.

Leda; ejus filii propter virtutem multa tulerunt fr. 333, b.

Legati; non sunt magistratus civiles, etiamsi eligantur, 561, 18; quo tempore haud pauci exspectabantur, decimam de mercibus quæ importarentur exigendam in usum revocavit Antimenes, 649, 51.

Legatio; ea fungi alter non potest, 436, 38; si eam spectet oratio, quomodo faciendæ sint narrationes, 441, 41; hujusmodi narratio sola renuntiatione (ἀπαγγελίᾳ) constare debet, nec aliam figuram orationis continere, idque quare, 441, 42 ss.

Legere (ἀναγινώσκειν); cur incipientes alios somnus obrepat etiam nolentes IV, 204, 36 ss.

Legitimum (νόμιμον); quod non est nec politico, nec legumlatori convenire potest, 603, 29; laudabilia sunt, 420, 36; omnia justa sunt II, 53, 8; ea sunt quæ legumlatorum scientia definiverit II, 53, 9; pleraque sunt quæ universa virtute peraguntur II, 54, 46; se habent ut universalia ad singularia II, 61, 2; de eo undenam petenda sint argumenta, 414, 47 ss.; in omnes orationum species quadrat sed inprimis in suasiones, 424, 5; ejus usus in confirmatione orationis concionalis, 444, 27, 51; ejus usus ad captandam judicum benevolentiam, 448, 39; si ex his defensionem facturi sint adversarii, quomodo eos prævenire debeat accusator, 450, 41; ex iis probare debet defensor suas res magis legitimas esse, ubi crimen negare non potest, 451, 40; eo sese excusare debet orator qui in res publicas inquirit, 454, 10; ei repugnare res adversarii ostendendum est in oratione inquisitoria, 454, 15.

λεγόμενα· vel per conjunctionem, vel sine ea dicuntur, 1, 17.

Legumina (χέδροπα); maximam partem terra constant III, 239, 24; idque quare III, 624, 25 ss.; inde eorum pulmenta, ubi coquuntur, dura et terrena evadunt III, 239, 23 ss.; plantæ annuæ sunt, ideoque semina multa proferunt III, 372, 26 ss.; cuinam parti in iis adhæreat seminis principium III, 375, 17 ss.; iis accensendæ sunt fabæ III, 375, 17 s.; e vermibus qui in iis gignuntur fiunt animalia alata, idque qualia III, 94, 51 ss.; fresa cur bullas attollant IV, 237, 39 ss.; iis vescitur ursus III, 153, 17.

Legumlatio (νομοθεσία); de ea fit deliberatio, 319, 10; quænam scire debeat qui de ea deliberare vult, 319, 50 ss.

Legumlator (νομοθέτης); alii patriæ suæ leges dederunt, alii et peregrinis quibusdam civitatibus, 518, 33; alii leges tantummodo condiderunt, alii et rempublicam instituerunt, 518, 35; quinam illustrissimi, 519, 16 ss.; quatenus vel hodiernis præstiterit Charondas, 519, 46; illustrissimi mediocrem rem familiarem possidebant, 556, 21; circa imperium quod sibi proponere debet, errarunt qui de republica scripserunt, 618, 54; universum ejus munus civitatem spectat, 520, 20; ei incumbit secundum Platonem ut felicem reddat civitatem, 503, 2; jubente Platone in legibus ferendis ad regionem et ad homines mentem advertere debet, 503, 48; debet præterea ad vicinam regionem mentem advertere, 503, 50; iis honesti argumento cives ad virtutem excitare præcipiunt nonnulli II, 128, 14; utile sectantur II, 98, 32; jus esse dicunt id quod rei publicæ utile est II, 98, 33; quæritur an meliorum vel multorum utilitatem spectare debeat, 535, 22; earum rerum publicarum quæ vulgo optimæ habentur inepte delapsi sunt ad virtutes utiles et ad vincendum accommodatiores, 618, 31; omnis cives assuescendo bonos reddere cupit II, 15, 10; cives ad virtutem colendam instituere nequit, nisi animo et intellectu præstent, 608, 50; ei convenire nequit quod legitimum non est, 603, 29; quæ eorum scientia definiverit, legitima sunt, ideoque justa II, 53, 9; prava fieri vetat, honesta jubet pœnasque illis factis, his non factis injungit II, 140, 2 ss.; considerare debet quomodo civitas et genus humanum optima vita, et quantum licet felicitate fruantur, 603, 54; item, si qui finitimi sint, quo quisque modo tractari debeant, 604, 5; non ideo laudandus est quia finitimis imperandi gratia cives ad victoriam exercuit, 619, 3; necessario easdem opiniones de summo bono privatim ac publice hominum animis inculcat, 619, 11; res civitati necessariæ partim ei subesse debent, partim eas ipse creare debet, 616, 22; considerare debet, quomodo inter cives partiri debeant imperium et obedientia, 617, 25; item quomodo probi fiant viri et quid sit finis vitæ optimæ, 617, 48; futura et universalia tractat, 311, 7; accurate omnia singulatim definire nequit, sed generaliter pronuntiat II, 159, 13; quam paucissima relinquere debet judici et quare, 310, 36; rempublicam administrare non dicuntur, idque quare II, 71, 6, 10; æquum partim inviti, partim sponte omittunt, 341, 39; eorum mentem magis quam legis verba respicere æquum est, 342, 6; inculpandus non est eo quod interdum correctione opus est legi II, 64, 50; quando corrigendum sit ejus peccatum II, 65, 2; ipse quod omiserat correxisset, si adfuisset II, 65, 4; quæ ipse omiserit in iis de jure suo cedit æquus II, 159, 15; eadem recte dijudicat modestus II, 159, 24; eorum nonnulla peccata intacta relinquenda sunt, ne magistratibus parere desuescant, 510, 35; leges cum quæ res bellicas, tum quæ cetera instituta spectant, ad pacem et otium referre debet, 619, 19; causa fuit interitus civitatum quæ imperium tanquam finem sibi proposuerant, quia eas scilicet otio frui non didicerat, 619, 25; necessario cujusque reipublicæ formas et numerum scire debet, 544, 21; cognoscere debet triplicem reipublicæ speciem, 543, 30 ss., cf. *Politica*; scire debet quænam democratias oligarchiasque evertant vel conservent, 578, 40, cf. 590, 49; 595, 21; amicitiæ, i. e. concordiæ majorem operam dant quam justitiæ II, 91, 14; quam maxime necessarium est eum statim ab initio curare ut optimi otiari possint sine dedecore, 517, 43, cf. 511, 6; si virorum qui frugi sunt indigentiam non curat, magistratuum saltem otio consulere debet, 518, 5; cavere debet, ne idem simul plures magistratus gerat, 518, 10; ejus cura a seditione tutæ esse debent respublicæ, 518, 23; opibus et ætate imperandi facultatem determinat II, 160, 44 ss.; ei incumbit munus, ut civium benevolentia temperet bonorum privam possessionem, 500, 52; semper in rempublicam assumere debet mediis opibus cives, 557, 29; Lacedæmone et in Creta convictibus quæ possessiones spectant communia reddidit, 501, 47; præstat si inde ab initio ita instituerit rempublicam ut ostracismo opus non sit, 536, 39; quamnam potestatem populo tribuerint nonnulli, 531, 50; qui honesta faciunt honorant, qui vero improba puniunt, nisi vi coacti aut propter inscientiam, cujus ipsi causa non sunt peccaverint II, 29, 46; eos qui imprudenter deliquerunt, pœnæ immunes esse noluerunt, 422, 35; quidam agnoscunt discrimen inter actiones spontaneas et consulto perpetratas II, 144, 1; iis ad pœnas et supplicia utilis est rerum sponte vel invite factarum cognitio II, 24, 20; plerique prohibere conantur, ne judices inter se colloquantur de judicio, 509, 35; quum legem de falsis legibus tulerint, absurdum esset si testibus crederet judex, 431, 7; jussit cuique adversariorum duas orationes concedi oportere, 432, 41; decrevit paribus sententiis reum absolvi, idque quare, 432, 50; 423, 2; ei inprimis cura matrimonio est adhibenda, 620, 38; quænam gravidis præcipere debeat, 622, 2; omnino puerorum educationi operam dare debet, 624, 23; quædam convicia fieri vetant II, 51, 17; efficere debet ut omnes sermones obscœni e civitate exulent, 623, 29; ostendendum est accusatori eum idem sensisse de lege ambigua quod ipse, 450, 35; si errantibus non ignoscunt, nec judices poterunt, 450, 53.

Legumlator Carthaginiensis; falsus est dum divitias quoque respicere jubet in eligendis magistratibus, 517, 42.

Legumlator Lacedæmonius; regibus diffisus est, 514, 11; eum admirantur omnes qui de republica scripserunt, idque quare, 618, 39, 46; omnes leges tulit bellum et victoriam tanquam finem sibi proponens, 618, 40; ejus finis et facile ratione coargui potest, et nuper re ipsa erroris convictus est, 618, 41, 49, cf. *Lycurgus*.

Leleges; ita vocati sunt Locri fr. 252, a; fr. 276, b; fr. 279, b; Bœotiam occupaverunt *ibid.*; partem Acarnaniæ occidentalem incolebant fr. 251, b.

Lelex; in Leucadia indigena fr. 274, a; ejus e filia nepos Telebœas fr. 274, a.

λειτουργία· v. *Munus publicum*.

Lembi (μονόξυλα); eos adhibent delphinos venantes III, 60, 32; ejus proræ comparatur avium uncunguium pectus III. 312, 29 s.

λήμη· v. *Gramia*.

Lemnus; ibi quondam ex hircino lacte caseolum fecerunt III, 53, 44 s.

Lendes (κονίδες); coitu procreantur a pediculis III, 77, 22 s.; eas coitu generant insecta quæ vivorum corporum succum depascuntur III, 101, 1 ss.; ex iis vero nihil aliud fit III, 77, 25 s.; III, 101, 4.

Lenis (πρᾶος); quisnam II, 21, 36; II, 47, 31; ejus actiones facere jubent leges II, 53, 20; interdum ita vocamus qui parum irascuntur eosque laudamus II, 24, 3; II, 48, 23; imperturbatus esse solet, nec ab affectu abripi, et in eos in quos et quamdiu ratio jubet irasci II, 47, 32; magis ad defectum vergere videtur, quia magis in veniam quam in ultionem pronus èst II, 47, 35.

Lenitas (πραότης); quidnam II, 21, 36; II, 47, 24, 26; ei magis opponitur iracundia quam asperitas, idque quare II, 48, 14; ejus fidelissimam imitationem continent numeri et cantilenæ, 629, 49; quatenus homini et reliquis animalibus communis III, 145, 7; III, 171, 38 ss., cf. III, 175, 28; III, 203, 24; ejus de delphino plurima narrantur exempla III, 205, 40 s.

Leniter (ἠρέμα); ei opponitur *vehementer* II, 213, 10.

Lenocinium (προαγωγεία); pactum invite factum et clandestinum est II, 55, 14.

Lenones (πορνοβοσκοί); capiunt unde non decet et quantum non decet II, 41, 47, 48; lucri causa, idque parvi, dedecora tolerant II, 41, 50.

Lentes (φακῆ); cur fresæ bullas attollant IV, 237, 39 ss.; iis unguentum admisceri vetat, ubi coquuntur, Strattis III, 485, 52 s.

Lenticularis figura (φακοειδές); si circulo versatur, nunquam idem occupat spatium II, 394, 14 s.

Lentitudo (ἀοργησία); quidnam II, 21, 39; II, 47, 37; vituperatur II, 47, 38.

Lentor ac fragilitas (γλίσχρα καὶ κραῦρα); eos partibus animalium tribuere possunt calor et frigus III, 348, 51 ss.

Lentus (ἀόργητος); quisnam II, 21, 38.

Leo; quadrupes est III, 247, 17; pertinet ad quadrupedes viviparas, nulla alia specie interjecta III, 7, 45; pedestre est animal III, 46, 48 s.; curvos ungues habet, *ibid.*; pedatim ambulat III, 18, 48 s.; III, 203, 32; multifidis accensendus est III, 20, 18 s.; III, 291, 22 ss.; III, 292, 7; in anterioribus membris quinque, in posterioribus quattuor digitos habet III, 291, 23 ss.; talum, ut fingunt, anfractuosum habet III, 20, 33 s.; multifidus est, ideoque cæcus nascitur III, 360, 4 ss.; animal est viviparum sanguine præditum, utrinque dentes habens ac multifidum, ideoque unicum ventriculum habet III, 271, 3 ss.; idque minorem III, 32, 29; serratis dentibus quadrupes fera est III, 153, 27 s.; serratos dentes habet III, 22, 27; III, 23, 41; III, 429, 26 ss.; item os hians III, 23, 41; jubam habet III, 19, 18; III, 132, 16; III, 247, 17; ejus collum unico osse constat, idque quare III, 17, 33 s.; III, 289, 4 ss.; ejus ossa ab equi et hominis differunt III, 670, 20 ss.; omnium animalium solidissima habet ossa III, 45, 32 ss.; in femoribus et lacertis solis medullam habet III, 45, 31, cf. III, 53, 6 s.; ideoque omnino ea carere videtur III, 45, 29 s., cf. III, 53, 7 s; III, 237, 21 ss.; ejus ossa adeo dura sunt ut percussa accendantur III, 242, 12 s.; omnes fulvi, ideoque unicolores sunt III, 425, 13 ss.; pilum durum habet IV, 3, 28 s.; apud eum cauda significandi vim habet IV, 321, 48 s.; se ipse verberat cauda IV, 322, 3 s.; ejus interiores partes caninis similes sunt III, 17, 34; a cane differt III, 368, 52; igitur ab eo cum cane femina aliud quid procreari debet quam canis aut leo III, 369, 1 s.; carnivorus est III, 153, 27 s.; III, 242, 11 s.; III, 292, 8; quoties, quomodo et quantum edat III, 153, 29 ss.; raro alimentum capit III, 292, 7; parum bibit III, 153, 31; quoties et qualia ventris excrementa emittat III. 153, 32 ss.; ventris flatum valde acrem emittit III, 153. 34 s.; qualem et quomodo urinam emittat III, 153, 35 ss.; quomodo ejus vestigia legant canes III, 153, 36; cibos suos gravi odore inficit afflans III, 153, 37 s.; ejus interiora gravem halitum emittunt III, 153, 38 s.; non multos fœtus parit IV, 163, 13; interdum duobus plures parit III, 292, 5; igitur animalibus parum fœcundis accensendus non est, *ibid.*; alimentum in corpus impendit III, 292, 6 s.; igitur parum lactis habet III, 292, 6; hinc duas mammas a ventris latere habet III. 292, 3 s.; retro mingit III, 21, 42 s.; III, 77, 35 s.; III. 132, 1 s.; III, 293, 25 s.; quomodo coeat III, 77, 35 s.; 132, 1; quotannis coit, sed non quovis anni tempore III, 132, 2 s.; coitus tempore accedentibus infensi sunt III, 121, 16 s.; vix tamen hoc tempore inter se pugnant quia gregales non sunt III, 121, 17 s.; eorum vox neque cadit neque augetur novilunio fr. 187, b; rarum est ejus genus III, 132, 9 s.; in quanam Europæ parte inveniatur III, 132, 10 s; III, 169, 44 s.; in Europa frequentiores sunt quam in Asia III, 169, 43 s.; eorum duo genera, idque quomodo habitu et moribus diversa III, 204, 4 ss.; nonnisi caninos dentes abjicit, idque quonam ætatis mense III, 132, 17 ss.; III, 429, 27 s.; ejus catuli secundo ætatis mense vix incedere possunt III, 132, 12 s.; soli e dentatis protinus atque nati sunt cernunt fr. 187, b; jam captus est claudus, cui multi dentes fracti erant III, 204, 1 s.; evenit alicui ut a sue perterritus et fugatus sit III, 204, 8 s.; gravem habet vocem IV, 4, 23; moriuntur animali ingesto quod leonicidam vocant IV, 103, 9; id non gustant IV, 103, 10; quomodo a venatoribus in Syria occidantur IV, 103, 12 ss.; eos quoque interficit pardalianches III, 177, 31 s.; thoes iis inimici sunt nec eodem loco inveniuntur III, 174, 34 s.;

III, 204, 17 ss.; ei magnitudine et hirsutia similis est martichoras secundum Ctesiam III, 20, 40; quales sint ejus mores III, 203, 25 ss.; idque tam esurienti quam saturi *ibid.*; feræ sunt III, 121, 15 s.; domestici non exstant IV, 168, 48; dum conspicitur, nunquam fugit aut pavescit III, 203, 30 s.; quomodo recedat, ubi nihilo minus sese subducere cogitur III, 203, 31, 35; in silvis cito fugit III, 203, 33 s.; quomodo currat, ubi et in locis patentibus fugere cogitur III, 203, 35 s.; eodem modo currit quo canes III, 203, 37 s.; III, 204, 8; interdum demissa cauda fugit III, 204, 7 s.; prædam persecutus, ubi prope est, in eam se injicit III, 203, 38 s.; ignem facesque metuit III, 203, 39 ss.; idque recte cecinit Homerus III, 203, 40 ss.; meminit atque impetit eum a quo ictus est III, 203, 43; perterret solummodo non vulnerat qui ei ictum non molestum inflixit III, 203, 43 ss.; multos annos vivit III, 204, 1 ss.; ictus ilibus difficulter tolerat, reliquo vero corpore facile III, 204, 10 ss., caput robustum habet III, 204, 11 s.; quænam peculiaria sint vulneribus ab eo inflictis III, 204, 12 ss.; vulnera ab eo inflicta eodem modo curantur ac canum morsus III, 204, 15; unguibus quoque vulnera infligit III, 203, 45; III, 204, 12; omnium animalium perfectissime videtur maris formam participare IV, 8, 15 ss.; ejus partium descriptio IV, 8, 15, cf IV, 2, 12; ejus mores IV, 8, 37 ss.; non solus fortis est IV, 2, 20; ad eos referuntur lumbosi IV, 9, 36; item qui collum vastum nec valde crassum habent IV, 10, 35 s.; item qui labia tenuia IV, 10, 39 ss.; item qui extremum nasum rotundum sed obtusum IV, 11, 1 s.; item quibus oculi paulo sunt concaviores IV, 11, 37 s.; item qui quadratam frontem habent IV, 11, 45 s.; item qui nubilam IV, 11, 47 s.; item qui flavi sunt IV, 12, 12 s.; item qui fulvis sunt oculis IV, 12, 42 s.; item qui collum retro hirsutum habent IV, 13, 7 s.; item qui capillos subcrispos habent IV, 13, 17 ss.; item qui frontis partem versus caput retro flexis capillis instructam habent IV, 13, 20 ss.; item qui inclinati humeros conquassant IV, 13, 36 s.; ei cum multis aliis animalibus communia sunt somnus, respiratio, incrementum, decrementum III, 218, 19 ss.; fortes et liberales sunt, 119, 44; 120, 6; magnos artus habent, 119, 46; 120, 6; magnos artus habent, 119, 46; 120, 15; liberalis et fortis et nobilis est III, 4, 28 s.; bovis esu non voce delectatur II, 36, 31; non gaudet viso aut reperto cervo aut capra silvestri, nisi quod escam habebit II, 36, 33; quidnam secundum Antisthenem responderint leporibus rerum æqualitatem poscentibus, 535, 46; eo plura mala faciunt homines impense pravi II, 166, 24 ss.

Leones seniores; dentibus laborant nec venari queunt III, 203, 48 ss.; ideo urbes adeunt atque homines lædunt III, 203, 46 ss.

Leodamas; modo dicebat qui consuluisset majorem injuriam intulisse quam qui fecisset, modo contra, 326, 15.

Leonicida (λεοντοφόνος); animal in Syria esse aiunt IV, 103, 9; eo ingesto leones moriuntur IV, 103, 10; hoc animal leones fugiunt IV, 103, 11; captum atque assatum quasi polentam candidam alii animali aspergunt venatores IV, 103, 12 ss.; urina quoque infestat leonem IV, 103, 15.

Leonidas Lacedæmonius; ejus uxor Gorgo fr. 336, b.

Leontinus ager; Siciliæ pars III, 51, 22 s.; quomodo ibi cavere conentur ne oves pinguedine renes circumdante obrutæ moriantur III, 51, 23 s.

Leontium; ejus tyrannus Panætius, 580, 14; ejus tyrannis ex oligarchia orta est, 589, 20; Gorgiæ patria, 521,

Leophanes; contendit, si coeuntis ligetur testis dexter feminam procreari, si vero sinister marem III, 394, 36; ejus opinio refutatur III, 394, 43 ss.

Lepas; v. *Patella.*

Leporaria aquila; v. *Aquila leporaria.*

Lepra (λέπρα); quonam modo corpus inficiat IV, 154, 30

λήψεις· v. *Acceptiones.*

ληπτικαὶ κινήσεις· v. *Assumptivi motus.*

Leptines; Lacedæmonios alterum Græciæ oculum vocavit, 396, 38.

λεπτομερές· v. *Subtile.*

Lepus (δασύπους); unicum animal est quod intra maxillam et sub pedibus pilos habeat III, 49, 26 s.; III, 408, 30 s.; id quod probat eum semine abundare III, 408, 39 s.; multifidum ideoque multiparum est III, 408, 27 s.; item non magnus est III, 408, 27; hinc inde ab ortu ita constitutus est ut naturaliter post conceptionem apertus maneat ejus uterus, et fluere pergat menstrua purgatio III, 408, 25 s.; ideoque superfœtat et fœtum superfœtatione conceptum perficere valet, etiamsi longo intervallo distent coitus III, 408, 26 s., cf. 10 ss.; superfœtat, ideoque sæpius quotannis parit, etiam si silvestre sit animal III, 82, 15 ss.; sæpe fœtus alios imperfectos gestat, alios jam perfectos catulos edidit III, 408, 34 ss.; retro mingit III, 21, 42 s.; III, 77, 35 s.; III, 132, 37; III, 293, 25 s.; quomodo coitum peragat III, 77, 35 ss.; III, 132, 36; coeunt ac pariunt quovis anni tempore III, 132, 38; superfœtant et quovis mense pariunt III, 132, 38 s.; III, 140, 11; non omnes catulos simul parit III, 132, 39 s.; ante partum lac habent III, 132, 41; eorum lac crassissimum est III, 125, 8 ss., cf. III, 132, 43; illico post partum coeunt et lactantes concipiunt III, 132, 42; cæcos pariunt catulos III, 132, 44; post conceptionem marem admittit fœmina III, 140, 11; multos fœtus parit IV, 163, 13; acetabula habet in utero prægnanti, etiamsi utrinque dentes habeat III, 37, 46; unicum animal est utrinque dentatum quod coagulum habeat III, 54, 21, cf. III, 273, 30; idque quare III, 273, 38 ss.; ejus coagulum maxime ventris fluxui confert III, 54, 23 s.; magnum cor habet, idque quare III, 260, 28 ss.; eorum sanguinis coagulatio non firma est sed fluitans III, 44, 32 s.; quatenus eorum sanguis coit, eatenus et cervinus III, 44, 31 s.; molles sed non valde tenues pilos habent, saltem si cum ovibus comparentur III, 421, 16 ss.; idque quia summæ cuti inseruntur III, 421, 18 s.; eorum pili longi non sunt, nec texi possunt III, 421, 19 ss.; igitur lineamentis carptis comparantur III, 421, 20; ignavissimi sunt ideoque pilos mollissimos habent IV, 3, 26 s.; albus factus III, 652, 53; niger conspectus est III, 652, 54; in ejus pelle parit avis quædam Scythica III, 189, 9; acutæ vocis sunt IV, 4, 25; carnivori non sunt atque nucibus et pomis vescuntur III, 169, 29 s.; eo mortuo quamobrem canes vestigia non odorentur IV, 310, 12 ss.; eos venantur aquilæ III, 189, 3; idque quomodo III, 188, 47 s.; jecinora duo habere dicuntur Crastoniæ prope Bisaltarum regionem IV, 97, 27 s.; eorum quoddam genus circa lacum Bolben et alibi inveniundum duo jecora habere videtur, idque quare III, 31, 22 ss.; III, 264, 28 s.; eos in Siciliam invexit Anaxilas Rheginus fr. 283, b; in Ithaca desunt III, 169, 1 ss.; Ægyptii minores quam Græci III, 169, 24; idque quare III, 169, 29 s.; prudens et meticulosus est III, 4, 26 s.; non solus timidus est IV, 2, 21; rerum æqualitatem poscentibus quidnam responderint leones secundum Antisthenem, 585, 46; non eorum odore, sed eorum esu delectantur canes II, 36, 29.

Lepus marinus; contra venenum ex eo datum valet lac fr. 217, b.

Lesbia ædificatio; in ea utuntur norma plumbea, idque quare II, 65, 12.

Lesbii; eos contra pacta humiles reddiderunt Athenienses, 536, 19; ab iis qui prope Asiam incolunt nomen habet Asias cithara fr. 273, a, b.

Lesbius cantor; ita vocatus est Terpander fr. 273, a.

Lesbos; ubinam sita III, 630, 8; ibi Auster imbrem affert IV, 254, 45; item Auster et Eurus IV, 255, 2 s.; ibi Thracias Olympias vocatur IV, 46, 2 s.; ibi Cæcias Thebanas vocatur, idque quare IV, 45, 9 s.; circa eam pariunt pisces et pelagici et qui euripo Pyrrhæo proprii sunt III, 192, 18 ss.; ejus oppidum Pyrrha III, 391, 52.

Lestadæ; vici nomen apud Naxios fr. 278, a.

Lethargici (ληθαργικοί); cur magnum pulsum habeant IV, 297, 38 ss.

Lethargus (λήθαργοι); ab excremento humido et calido pendet, ideoque somnum affert III, 504, 51 ss.

Λητώ· nominis etymologia fr. 150, b, v. *Latona*.

Leucadia; Lelex in ea indigena fr. 274, a; a Telebois inhabitabatur *ibid.*.

λευκά· v. *Fluor albus*.

λευκαὶ φωναί· III, 658, 11.

λεύκανσις· v. *Dealbatio*.

Leucadius; ut exemplum pusillanimi citatur IV, 6, 11.

Leucas; ibi violata lege de re familiari ordinanda, nimis popularis facta est respublica, 506, 29.

Leuce insula; ibi Achilles colitur fr. 312, a,

Leucarus; primus pancratium exercuit fr. 252, a.

Leucippus; ejus discipulus Democritus II, 474, 46; materiem multiplicem esse statuebat II, 432, 12 s.; igitur necessario ortum et interitum ab alteratione distinguit, *ibid.*, cf. II, 433, 4, 9; universum continuum esse negat II, 292, 30; alia argumenta quibus inane esse ostendit II, 292, 36 ss.; motum, ideoque actum semper fuisse censet II, 604, 27 s., 40; non vero dicit quisnam fuerit hic motus, nec quamobrem II, 604, 28 s.; nec quisnam primus II, 604, 32; se habere putabat rationes sensui consentaneas quæ neque ortum et interitum neque motum neque entium pluralitatem tollebant II, 448, 26; ejus placita cum rebus apparentibus consentire videntur II, 448, 29; II, 449, 2 s.; quibus in rebus cum unius assertoribus (id est Eleatis) consentiat II, 448, 30 ss.; ens proprie sic dictum plenum esse censet II, 448, 32; ens non unum esse censet sed innumeris molibus propter parvitatem invisibilibus constare II, 448, 33 s.; vacuum esse arbitratur II, 448, 35; in eo ferri has moles invisibiles censet, *ibid.*; quomodo ortum et interitum fieri censeat II, 448, 36, 38 s.; quomodo actionem et passionem II, 448, 37, cf. 43 s.; II, 450, 13 s.; II, 451, 13 ss.; quomodo alterationem II, 448, 43, cf. II, 451, 17; quomodo accretionem II, 448, 45 s., cf. II, 451, 23 s.; ex uno proprie sic dicto non fieri multa, nec ex multis proprie sic dictis unum putabat II, 448, 39 s.; secundum eum atomi figura tantum differunt II, 449, 6; eo teste ex atomis primis omnia constant et in eas omnis dissolvuntur II, 449, 7 s.; quomodo ejus de primis rerum principiis placita a Platonis de eadem re differant II, 449, 14 ss.; atomos figuris infinitis determinari censet II, 449, 16 s.; secundum eum duobus modis fieri possunt discretiones et generationes, nempe vacuo et tactu II, 449, 19 ss.; ejus placita de universi structura et de atomis refutantur II, 378, 7 ss.; eadem (de anima) sentit ac Democritus III, 433, 34, v. *Lechineon*.

Citantur libri qui illi tribuuntur; III, 681, 8.

Leucippus et Democritus; veritatem rebus apparentibus inesse censent II, 434, 29; de motu verba facere omiserunt II, 475, 7 ss.; modo maxime ordini et rationi consentaneo de actione et passione disseruerunt II, 448, 1; corpora prima et infinita semper in infinito et vacuo moveri putant II, 413, 24 s.; hujus opinionis refutatio II, 413, 26 ss., 50 ss.; eorum de elementis et de atomis placita, eorumque refutatio II, 416, 44-417, 31; aliquatenus entia omnia e numeris componunt, etiamsi id dilucide non dicant II, 416, 49 ss.; mathematicæ scientiæ repugnantia perhibent II, 417, 11; etiam multa asserunt quæ sensui patentibus vel omnium consensu stabilitis repugnant II, 417, 12 ss.; etiam sibi ipsi contradicunt II, 417, 15 ss.; corporibus indivisibilibus numero et figura infinitis ceteras res constare censent II, 432, 23 ss.; quibus rebus inter se differre putent atomos II, 432, 26 s.; coctione et dissolutione fieri putant ortum et interitum II, 433, 6; elementa innumera esse statuunt II, 432, 20; igitur sibi consentiunt dum ortum et interitum ab alteratione distinguunt II, 433, 9 ss.; probatur alteratio fieri non posse, si vera sint eorum placita II, 433, 13 ss.; eorum de interitu ac de alteratione placita exponuntur II, 434, 26 ss., cf. II, 435, 5; comœdias et tragœdias ex iisdem literis compositas esse inquiunt II, 434, 34 s.; primas magnitudines corpora indivisibilia esse censent II, 454, 51; eorum de atomis et de vacuo placita. II, 474, 46 ss.; II, 475, 1 ss.

λευκόϊα· v. *Violæ albæ*.

Leuconotus; unde nomen sortitus sit IV, 45, 38 s.; post brumalem solstitium oriuntur sed non constanter perflant III, 586, 36 ss.

Leucophyllum; ita vocatur virga quæ in Phaside flumine oritur IV, 105, 8; ejus usus IV, 105, 8 s.

Leucosia; ita olim appellata est Samothrace fr. 288, a.

Leucosia; una ex Sirenusis insulis IV, 92, 41.

Leucothea; ei sacra an facerent, Xenophanem rogarunt Eleatæ, 380, 14; ejus fanum compilavit Dionysius Syracusanus, 645, 29.

Leuctra; quomodo ibi Lacedæmonios vicerint Thebani, 426, 50.

Leve; (κοῦφον); quidnam II, 369, 39; rarum est II, 412, 2; raro affine II, 298, 31; qualis esse debeat ejus materies II, 430, 3, cf. II, 429, 52 s.; natura sursum movetur II, 272, 14; II, 281, 5; II, 285, 25; II, 290, 45; II, 348, 36 s.; II, 430, 3; a medio recedit II, 429, 27; supernatat II, 406, 22 s.; omne aliquo levius esse licet II, 411, 48; contrario tramite fertur ac grave II, 408, 4; petit ultimam partem ejus quod medium circumdat II, 408, 4 s.; e gravi fit II, 349, 29 s.; ejus essentia et actus est ut alicubi, nimirum supra sit II, 349, 32, 37 s.; statim agit, ubi nihil prohibet II, 349, 31, cf. 43; impeditur ubi in opposito loco est II, 349, 33; ubi e gravi fit, confestim leve est et non amplius fit II, 428, 8 ss.; igitur a potentia transit ad actum II, 428, 10 ss.; semper tanquam ens considerari debet si cum gravi comparetur II, 440, 3; ea attrahit pilus attactu, quum primum evulsus est III, 48, 33 s.

Leve simpliciter (ἁπλῶς κοῦφον); id est quod naturaliter sursum et ad ultimum fertur II, 424, 16; II, 425, 35 s., 53; II, 427, 46; II, 429, 9 s., cf. II, 428, 26 s.; igitur id est quod omnibus supernatat II, 428, 26; semper levius est omni re gravitate prædita II, 425, 54 s.; eo nihil levius esse potest II, 425, 52 s; sub graviori jacere nequit II, 404, 49; nonnisi tardando aut expressione exstare potest cum iis qui unicam naturam tribuunt corporibus magnitudine differentibus tum iis qui unicam esse materiam putant II, 426, 40 ss.; id nonnulli exstare negant qui tamen grave simpliciter agnoscunt II, 429, 12 s.

Leve et grave; quantitatis substantiæ affectus sunt II, 525, 39.

Levius; quidnam II, 424, 19 ss.; idem quod leve, alius rei respectu II, 424, 18; aliquam gravitatem habet II, 574, 43 s.; non necessario leve est, idque quare II, 411, 49 s.; II, 426, 1 s.; secundum Platonem id est quod ex paucioribus iisdem, nempe triangulis constat II, 424, 30, 40, 42, 46 s., 48; ejus causam nonnulli vacuum esse statuunt II, 425, 21 s.

Levissimum; quidnam II, 369, 41.

Levitas (κουφότης); species motus non est, sed motus ad eundem locum II, 314, 27 s.; ignis motus ad se ipsum est II, 314, 28; infinita non exstat II, 374, 30; II, 375, 41; II, 376, 14, 33, cf. II, 380, 19; ea prædita corpora a medio recedunt II, 413, 42; necessario non competit omnibus corporibus II, 378, 27 s., cf. II, 369, 34; eam omnia habent excepta terra II, 428, 50 s.; omni caret terra II, 429, 24.

Levitas (ῥαθυμία); sequela est intemperantiæ II, 245, 49.

Lex; quidnam sit, 411, 21; 414, 1; 417, 32; ejus species fr. 95, a, b; jus quoddam est, 487, 13; non recte definitur mensura vel imago eorum quæ natura justa sunt, 236, 37; item eorum imago qua natura pulchra et justa sunt, 238, 31; vulgi opinio est, 290, 35; quod secundum eam est sophistis id est quod vulgo placet, 290, 20; eam naturæ contrarium esse putabant cum Callicles in *Gorgia*, tum sophistæ antiqui, 290, 12; lege eget teste Androcle, 379, 31; sponsor mutui juris est secundum Lycophronem sophistam, 529, 41; nisi virtuti operam det civitas, nil nisi pactum est et cives bonos ac justos reddere nequit, 529, 40 ss.; eos civitatum reginas vocavit Alcidamas, 389, 15; earum bonitas scientiæ civilis finis est II, 188, 25; scientiæ civilis opera esse videntur II, 130, 5; earum collectiones quatenus utiles sint peritis II, 130, 14; quatenus imperitis II, 130, 16; quomodo eæ in civitate, sic paterna præcepta in domibus privatis habent auctoritatem II, 128, 51; nihil refert utrum scriptis an non scriptis ad virtutem excitentur II, 128, 49; multis hominibus exemplo est, 411, 37; ordo quidam est, 606, 11; quocum ejus communio obtinere potest, ei cum homine intercedit quoddam jus II, 100, 37; item amicitia, dummodo homo sit II, 100, 18; in iis salus civitatis residet, 319, 49; in iis quæ conferre dicimus, hæc rempublicam servant, 578, 18; bonis regi nequit civitas admodum populosa, 606, 8; præceptum est a prudentia et mente aliqua profectum II, 128, 32; spectant quod omnibus communiter prodest, vel quod optimis, vel quod iis penes quos summa potestas est, idque aut ratione virtutis aut alia II, 53, 12; de omnibus præscribunt II, 53, 11; omnibus virtutibus congruas actiones facere jubet, omnesque improbitates vetat, idque recte si recte latæ sunt, pejus vero si inconsiderate II, 53, 21; II, 54, 48; constringendi facultatem habet II, 128, 31; ea ad virtutem exercendam constringi debent homines II, 128, 31; odiosa non est, dum ordinat id quod æquum est II, 128, 34; jubet ad virtutum normam vitam dirigere II, 150, 43, cf. II, 154, 46 s.; jubet igitur temperantem esse II, 53, 19; II, 150, 40; II, 154, 47; item mitem II, 53, 20; item fortia facinora facere II, 53, 17; II, 150, 39; item patrimonium tueri II, 154, 47; item corporis curam gerere II, 154, 47; quæritur an rectissimæ meliorum vel multorum utilitatem spectare debeant, 535, 23; quæ præscribit justa esse videntur II, 150, 38, 42; II, 154, 43; ei qui parat, justa facit, 456, 36; mens sine appetitu est, 541, 8; eam qui præesse vult deum tantum et mentem præesse vult, 541, 4; affectibus caret, 539, 10; medium est, 541, 22; ad eam referendus est ordo, 540, 44; nonnisi universalia dat præcepta quæ ad eventa accommodari nequeunt, 539, 2; eorum custodes et ministri esse debent magistratus, 540, 47; alia comprehendere potest, alia non 541, 39; non ferri potest de rebus de quibus deliberant homines, 541, 42; omnis universalis est II, 64, 45; quatenus correctioni ei opus sit II, 64, 46 ss.; ejus culpa non evenit, si interdum ei correctione opus sit II, 64, 50; quando correctione ei opus sit et quomodo corrigatur ab æquo II, 65, 1 ss., 8; eam de omnibus rebus ferre non licet II, 65, 10; nemo ambigit quin eam præstet earum rerum arbitrum esse de quibus definire potest, 541, 37; quinam dijudicare debeant vel dijudicent res de quibus definire non potest, 539, 19; 541, 1, 35, 46; quæritur utrum ei parendum sit, an homini præstantissimo, 538, 51; 540, 45; 541, 41; item an quæ ea definire nequit, ab uno vel a pluribus disceptari debeant, 539, 17; 541, 44; corrigere sinit quidquid per experientiam melius visum fuerit quam scriptæ leges, 541, 2; quæcunque definire non potest, ea nec homo dijudicare possit, 540, 51; earum arbiter esse debet rex quatenus errant, ceteroquin iis parere debet, 539, 15; nihil contra eam faciunt homines liberi, nisi in quibus deficit, 539, 30; lata meliore, antiqua abrogatur in concione, 254, 43; earum custodes ac ministri debent esse magistratus, 540, 47; magistratus instituit, 540, 52; 541, 46; penes eas, non penes hominem esse oportere summam auctoritatem perhibent nonnulli, 531, 5; in rebus publicis rectis justæ erunt, in iis quæ a recta forma aberrarunt, injustæ, 533, 10; eorum quæ determinare non potuerint arbitrium penes magistratus esse debet, 533, 1; eam omnibus imperare oportet, 548, 40; ubi non regnant, respublica non est, 548, 39; quænam sint si distinguantur quæ rempublicam determinant, 544, 18; rebuspublicis accommodari debent, non vero vice versa, 544, 13; quænam cuique reipublicæ conveniant scire debet politicus, 544, 12; non eædem omni oligarchiæ vel omni democratiæ conveniunt, 544, 23; earum ferendarum peritus esse debet qui liberis vel amicis ad virtutem exercendam opem ferre vult II, 128, 45; II, 129, 20; earum latio necessario genere et facultates æquales respicit, 535, 41; in iis condendis omnium animæ partium rationem habere debet vir politicus, sed maxime earum quæ nobiliores et fines sunt, 618, 22; bonis qui student virtutem civilem et vitium considerare debent, 529, 34; ad eas ferendas optimos tantummodo eligendos esse putant sophistæ II, 129, 52; ad eas eligendas et dijudicandas intelligentia opus est II, 129, 53; earum præstantia duplex, quum vel receptis parent, vel bonæ receptæ sunt, 552, 32; earum præstantia altera species rursus duplex, prouti absolute optimis utuntur, aut optimis eorum quas ferre licuerit, 552, 35; ad earum præstantiam non pertinet, si receptis bonis legibus non parent, 552, 31; fieri non posse videtur ut in aristocratia bonæ non sint, 552, 29; nec ut civitas quæ malis utitur, aristocratia regatur, 552, 30; quibusnam sit II, 60, 24; iis est quibus et injustitia II, 60, 3; quibus est, iis etiam jus est II, 60, 3, 24; ei subjici non debet qui adeo virtute omnibus aliis civibus antecellit, ut cum iis conferri nequeat, 535, 43; ei obedientes reddere cives conatur politicus II, 13, 6; ei obedientiam denegare opus est injustitiæ II, 246, 16; aliquatenus majorem injuriam facit qui leges non scriptas transgressus est, aliquatenus qui scriptas, 342, 50; de quibus loquuntur, intellectu difficilia non sunt II, 64, 3; de quibus non loquuntur nonnisi per accidens justa sunt II, 64, 4; vel utilissimæ nihil prosunt, nisi cives iis assuefacti et educatione reipublicæ formæ accommodati sint, 579, 7; iis ut pareat vulgus, partim inventæ sunt fabulæ quæ de diis traduntur II, 608, 33; in iis fabulosa et puerilia propter consuetudinem magis valent quam cognitio earum II, 488, 12 s.; iis facile immutandis assuescere cives malum est, 510, 34; artibus assimilari nequeunt, 510, 38; nullam persuadendi vim habent, nisi quam consuetudini debent, 510, 40; si sæpe immutentur, infirmatur earum auctoritas, 510, 42; ea quæ jubent facientes vel inscii, vel inviti, vel in universum non propter actiones ipsas, justi non sunt II, 74, 37; iis obtemperantes faciunt quæ virum bonum decent II, 74, 39; earum ignorantia a pœna liberare nequit qui deliquit II, 30, 8; eam ratam non faciunt pacta, 345, 2; pacta ei consentientia rata facit, 345. 3; pactum quoddam est, 345, 4; videndum an ei contraria sint pacta, 345, 20; vetat quæ non jubet II, 65, 25; manus sibi inferre non sinit II, 61, 25, 29; qui contra eam nocet injuriam non rependens, injustus est II, 65, 26; alia propria, alia communis, 332, 51; 340, 20; quænam propria, 332, 51; 340, 21; quænam communis, 333, 1; 340, 23; quorum causa lex lata est, majorem injuriam fecerunt, 342, 39; sicubi finem aliquem habent, apud plerosque dominationem spectant, 603, 6; quæ imperium tanquam finem sibi proponunt, nec civiles, nec utiles, nec veræ sunt, 619, 9; solummodo virtutes utiles spectant et ad vincendum accommodatiores in rebuspublicis quæ optimæ habentur, 618, 34; earum tres tantummodo species esse oportere existimabat Hippodamus Milesius, 508, 26; iisdem sæpe indigent parvæ civitates quibus magnæ, 561, 46; earum rectæ institutioni nocet, si civitatem ingrediatur turba hominum aliis institutorum, 607, 32; sive democraticæ sint, sive oligarchicæ, mediorum opibus civium rationem habere debent, 557, 30; regnat in primo oligarchiæ genere, 551, 11; 560, 5; quatenus regnet in secundo et in tertio, 551, 17, 21; non amplius regnat in quarto, 550, 4; 551, 25; 560, 12; in quibusnam democratiæ generibus regnet, 549, 7, 8, 10; 550, 29, 39, 43; in quonam non, 549, 10; 551, 1, 560, 25; 571, 19; 578, 49; in democratiis ei parentibus optimi cives principem locum tenent, 549, 14; in quibus vero non regnant, oriuntur demagogi, 549, 15; ad eam referunt omnia quorum respublica democratia regitur, 411, 15; nisi bonis instituta sit civitas, ultimum democratiæ genus ferre nequit, 594, 32; qualesnam sint in pessima democratia, 456, 9; quales in ultimo democratiæ genere ferendæ sint, tam scriptæ quam non scriptæ, 595, 19; iis cavendum est ne e magistratibus lucrum referre liceat, 577, 5; ea cavendum est ne exsistat vir facultate vel divitiis vel amicis præpotens, 576, 43; quibusnam ad agriculturam adigenda sit plebs, 593, 45 ss.; quales esse debeant agricolarum non determinavit Plato, 502, 34; bonis temperari debet bonorum possessio, 500, 35; 505, 12; iis institui debent cives, ut cupiditates compescant, 506, 39; ea præcavendæ procerum contentiones ac seditiones, 576, 16; modum excedentes respublicas evertunt, 578, 46; cibum ac studia determinare debet non solum juvenibus, sed etiam adultis II, 128, 7, cf. 46; ea vetandum est ne alantur infantes manci, 622, 9; quæ de publica educatione feruntur, universam virtutem efficiunt II, 54, 50; ea tantum instituti sunt adolescentes, 364, 7; ea inhibendi non sunt puerorum ploratus et contentiones, 623, 18; nonnullis diis tribuit quandam irrisionem, 623, 42; ætate provectiores jubet pro sese et uxoribus liberique diis litare, 623, 43; vetant ne uxori injuria inferatur, 636, 39; secundum eas se sententiam dicturos jurant judices, 431, 8; 450, 18, 54; secundum eas si in judiciis sententiam ferrent ephori, melius esset, 513, 29, cf. 516, 13; non solum pecunia, sed etiam bonæ famæ et fidei jactura puniunt testes falsos, 430, 45; utilitatis gratia fertur, 450, 23; malæ reipublicæ nocent, 450, 24; nulla vetat quominus in rempublicam beneficium conferas, 450, 28; malam qui abolet reipublicæ beneficium confert, 450, 29; non in judiciis sed præstitutis diebus feruntur, 450, 19; scriptæ si facinus repugnare neget adversarius quænam dicenda sint accusatori, 450, 10; non de ea sed de re judicandum esse commonefaciendi sunt judices, 450, 16; si ea ex qua causa agitur, improba videtur accusatori quidnam ei dicendum sit, 450, 21; improbæ si contrariam sententiam ferant judices non legem violabunt, sed leges ferent, 450, 25; de ambigua si judices idem sentiant quod accusator, id ostendendum est, 450, 33; sin vero adversario consentiantur. quænam dicenda sint accusatori, 450, 34; non vetat, quominus orationes scriptæ vel non scriptæ proferantur, 452, 3; cujusmodi negationes eam declinent, 452, 41; interrogationibus et responsionibus utendum est, ubi altera jubet, altera vetat, 452, 43; pertinet ad probationes artis expertes, 343, 8; videndum an legi alicui probatæ, vel sibi ipsi adversetur, 343, 30; item an ambigua sit, 343, 33; an res, propter quam lata est, non maneat, 343, 36; eodem redit, sive non observatur, sive condita non est, 343, 43; vetat ne ea sapientior esse coneris, 343, 47; fundamentum est eloquentiæ judicialis, 407, 47; an crimini pœnam statuat, sedulo distinguendum est cum accusatori, tum defensori, 422, 17; 423, 16; juste ab auditoribus peti potest ut secundum eas nos juvent, nec quidquam præter eas decernant, 434, 5; postulata iis contraria injusta sunt, 434, 7; iis repugnare tumultuantes, ostendendum est oratori, 433, 22; considerandum est, an iis repugnent adversarii actiones, 428, 5; de iis deliberatur cum in senatu, tum coram populo, 416, 12; qualis esse debeat in democratia, 417, 35 ss.; 418, 22; 456, 7; qualis in oligarchia, 418, 10 ss., 24; eam si ferre velis, quænam dicenda sint, 418, 29; quænam si oppugnare, 418, 35; ubi de pactis jus dicendum est damni discrimen solum respicit, eos qui pactum inierint tanquam æquales considerat II, 56, 33; alicubi exstat quo jus dari vetatur iis qui pactum non inierunt, idque recte II, 232, 33; et cum scriptis, et cum non scriptis concordare debent pacta, 455, 22; quædam in Thessalia vetat ciconias occidere IV, 78, 28 s.; apud Agathyrsos ad hunc usque diem cantantur IV, 209, 26 s.; cur ita vocentur moduli quos canunt IV, 209, 24 ss.; an priusquam literas scirent eas cantaverint IV, 209, 25 s.; iis maximam partem constant *Leges* (Platonis), 503, 29; quænam optimæ sint, in *Politicis* investigare conatur Aristoteles II, 130, 30.

Leges adoptivæ; v. *Adoptivæ leges.*

Leges antiquæ; admodum simplices et barbaricæ erant, 510, 14, 17; sæpe perstant post reipublicæ mutationem, idque quare, 550, 19.

Lex civilis; ei comparatur deus III, 640, 41 s., 49 ss.; ipsa immobilis regit ea quæ ad rem publicam pertinent III, 640, 49 s.; idque quænam III, 640, 49 s.

Lex communis, (i. e. non scripta); quænam rata habeant, 413, 50; liberas civitates regit, 411, 19; suadet ne uxori injuriam inferas, 636, 41.

Leges divinæ; illis obtemperant quæcunque in terris vivunt III, 641, 29 ss.

Leges non scriptæ; scriptis præstant, 541, 23; iis tutior arbiter non est magistratus, 541, 26; necessitatem non imponunt, 343, 1; naturales sunt, 343, 18; manent, nec unquam mutantur, 343, 17; ea utendum est, ubi lex scripta nostræ causæ adversetur, 343, 13; ea uti melioris viri est quam scripta, 343, 29.

Leges patriæ; quæritur an eas immutare liceat, necne, 509, 54; 510, 7; exponuntur argumenta quibus earum immutatio suaderi possit, 510, 7 ss.; quænam argumenta eas mutare vetent, 510, 32 ss.; si eas immutare liceat, quæritur a quibusnam et quando immutandæ sint, 510, 49.

Leges scriptæ; iis præstant leges moribus insitæ, 541, 23; iis tutior arbiter est magistratus, 541, 25; eas servare justitiæ opus est II, 244, 46; necessitatem imponunt, 343, 1; sæpe mutantur, 343, 18; si nostræ causæ adversetur, quidnam dicendum sit, 343, 12 ss.; quidnam, si nostræ causæ faveat, 343, 39; eas immutatas relinquere non præstat, 510, 26; universaliter enim perscribuntur, dum actiones quas spectant, circa singularia versantur, 510, 29.

Legum custodes (νομοφύλακες); pertinent ad magistratus qui decoris curam gerunt, 600, 22; summus magistratus est in aristocratiis, 600, 29, 30, cf. 560, 39; quænam auctoritas iis tribuenda sit, 560, 40; iis respondent in democratia senatus, in oligarchia præconsultatores, 600, 31.

Legum ferendarum ars (νομοθετική); de ea nihil memoriæ tradiderunt antiqui II, 130, 20, cf. II, 129, 37; ita vocatur ea scientiæ civilis species quæ prudentiæ ædificatrici respondet II, 71, 6; vulgo a prudentia distingui solet II, 71, 14; civilis scientiæ pars est II, 129, 29; a viris politicis addisci deberet, si ipsi de arte sua præcepta dedissent II, 129, 28, 37; ejus præcepta non tradiderunt veteres II, 130, 29; eam perperam facilem esse perhibent sophistæ II, 129, 51.

Legum bona constitutio (εὐνομία); ejus divisio fr. 102, a.

Legum mala constitutio (ἀνομία); ejus divisio fr. 102, a.

Lex; Theodectis citatur, 377, 20; 378, 36.

Leges; Platonis citantur, 503, 12; eas post *Rempublicam* conscripsit Plato, 503, 13; maximam partem legibus constant, 503, 29.

Libanus mons; ubinam IV, 45, 16; in eo saccharo quid simile gignitur IV, 291, 29.

Liber; v. *Bacchus*.

Liber (βιβλίον); glutine esse dicitur II, 559, 10; sæpe eum petente domino, stilum dant servi ad subministrandum promptiores II, 165, 31; cur oleo uncti facilius a posteriori parte legantur IV, 329, 15; cur eorum sectio, etiamsi plana ac recta sit, si quis eam ubivis æque a basi distantem duxerit recta fiat ubi evolvuntur IV, 199, 33 ss.; qualia in iis inveniantur animalcula III, 67, 39, III, 102, 9 ss.

Liber (ἐλεύθερος); is est qui sui causa, non alius est II, 471, 9; ejus signum habetur coma prolixa apud Lacedæmonios, 331, 9; ei non convenit sordidam (βάναυσον) artem exercere, 331, 11; eum non decet certaminum gratia musicam exercere, 632, 19; recte apud eos tibiæ usum rejecerunt majores, 631, 42; plerique Athenis tibia canebant, 631, 50; quum choros agerent, difficile erat ut multi carmine certatorio fungi possent IV, 207, 23 s.; eos quidam natura nequaquam a servis differre putant, 434, 44; qualia eorum corpora creare voluerit natura, etiamsi non potuerit, 486, 31; eorum sæpe alii corpus habent, alii animum, 486, 35; non appellatur eo quod scientiam aliquam habet, sed quod talis est, 488, 4; eorum societas civitas est, 527, 28; eos spectat civile imperium, 524, 43, 51; 615, 39; nobilibus affines sunt, 534, 26; iis carere nequit civitas, 534, 9; jure ambiunt honores civiles, 534, 8; aliquatenus jure sibi vindicare videntur honores civiles, 534, 16; nullus ultro tolerat tyrannicum imperium, 554, 40; imperium in eos pulchrius et magis virtute conjunctum est quam imperium herile, 619, 1; ex iis creantur magistratus in democratia, 562, 17; omnibus in quonam democratiæ genere reipublicæ administrandæ participes esse liceat, 550, 41; in democratia imperium tenent, 546, 30, 49; per accidens multi sunt, 546, 32; ubi numero pauci pluribus non liberis imperant, democratia non est, 546, 40; nihil præter leges faciunt, nisi in quibus deficiunt, 539, 30; ne inter eos quidem secundum æqualitatem dare oportet jus talionis II, 152, 20; ei si alapas impegerit servus, huic non totidem, sed plures alapæ impingendæ sunt II, 152, 16 s.; si quis eum servitutis condemnet, longe gravius est quam liberum asseruisse qui servus est IV, 262, 47 ss.; multi quæstioni traditi contra semetipsos mentiti sunt ut cruciatum effugerent, 431, 33; eorum ratio habenda est in exstruendis ædibus; 638, 48; iis in domo omnia aut pleraque ordinata sunt, ac parum iis ut fors tulerit facere licet II, 609, 41 ss.; eos contumeliosos reddit vinum, 637, 16.

Libera (ἀπολελυμένα) animalia aquatilia; partim immobilia sunt, partim natatilia, partim gressilia III, 3, 7 s.

Liberalis (ἐλευθέριος); quis II, 148, 9; II, 213, 13; naturaliter honestus, 197, 18; actionibus liberalibus delectatur II, 8, 36; esse non potes, nisi liber sis II, 216, 31; esse non potest qui fere omni dignitate caret II, 216, 31; quare in honore sit, 351, 49; omnium virtute præditorum maxime diligitur II, 39, 28; recte dat et honesti causa II, 39, 31; dat atque impendit quæ, quibus, quando et quas in res dare et impendere oportet, æque in magnis ac in parvis II, 39, 31; II, 40, 15, 21; II, 42, 47; præcipue tamen in magnis et mediocribus II, 46, 51; libenter dat ac sine ægritudine II, 39, 33; II, 40, 21; non acquirit unde acquirere non oportet II, 39, 39; nec ad petendum proclivis est II, 39, 41; pecuniam parvi facit II, 39, 39; II, 40, 6, 31; acquirit unde acquiri licet, e. g. e bonis suis II, 39, 42; II, 40, 22; rem familiarem non negligit, idque quare II, 39, 44; non quibuslibet dat, idque quare II, 39, 45; quam maxime ei congruit in dando modum excedere, ita ut sibi pauciora relinquat II, 39, 47; dat quanta dari debeat II, 40, 22; non facile dives est, idque quare II, 40, 4; non dat quibus et quando dare non oportet, idque quare II, 40, 11; acquirit quanta oportet II, 40, 22; si ei eveniat ut plus quam decet impendat, ægre fert sed moderate et ut decet II, 40, 27; ad communicandam pecuniam facilis est, idque quare II, 40, 30; molestius fert si sumptum convenientem omiserit quam si inutilem fecerit II, 40, 32; ei non placet Simonidis ratio II, 40, 33; superflua largitur II, 213, 50; ejus officium non est pecuniam possidere et comparare II, 148, 18 ss.; ei opus est pecunia ad liberalia officia præstanda II, 125, 42; cum illiberali comparatus prodigus, cum prodigo illiberalis videtur II, 22, 35; II, 139, 11 ss; quomodo a magnifico differat II, 21, 13; II, 42, 16, 26, 45 ss.; interdum eadem sectator ac prodigus, idque quare II, 214, 16; opes nimis magnas despicit II, 214, 37; ei eodem modo similis esse videtur prodigus quo pertinax continenti II, 85, 34; exemplum citatur, 119, 15; leo talis appellatur, 129, 6.

Liberalis vir (ἐλεύθερος); eum ridicula partim decent, partim non decent, 409, 46; eum magis decet ironia quam scurrilitas, 409, 47; sunt quæ cum joco dicere deceat II, 51, 4; ejus jocus differt a servilis joco II, 51, 5; qui ei conveniunt joci, urbano quoque conveniunt II, 51, 3; ipse sibi lex est II, 51, 19; quare iis non delectetur tyrannus, 585, 25, 27.

Liberalitas (ἐλευθεριότης); quidnam 330, 6; II, 21, 4; II, 38, 38; II, 39, 11; II, 40, 14, 17, 23; II, 243, 27; virtus moralis est II, 14, 27; pertinet ad totam animam II, 243, 10, 27; diis non competit II, 126, 13; pars virtutis, 329, 42; quare eam post justitiam et fortitudinem maximo honore prosequantur 329, 47; animæ affectus est inter prodigalitatem et illiberalitatem medius II, 148, 1, 8; II, 195, 31; II, 213, 37; est mediocritas circa opum acquisitionem et amissionem II, 148, 2, 17; II, 213, 27, 38; ejus munus circa bonorum possessionem versatur, 501, 15; eam tollit bonorum communitas, 501, 13; rem familiarem spectat, 504, 16; nisi eam comitetur frugalitas, luxuriam parit, 504, 13; pecuniam spectat II, 148, 2; laudabilis est II, 148, 8; rei familiaris ratione habita dicitur II, 39, 49; non rerum datarum copia, sed dantis habitu consistit II, 39, 51; in eam magis proclives sunt qui bona a majoribus acceperunt ac qui ea sibi ipsi compararunt, idque quare II, 40, 1; magis spectat pecuniæ dationem quam acquisitionem II, 38, 4; II, 39, 14, 24; quomodo a vitiis ei oppositis differat elegantia, inscitia, operaria insolentia et parvificentia postea dicetur II, 21, 16; ei similior prodigalitas II, 22, 46; ab ea magis distare videtur illiberalitas quam prodigalitas II, 139, 21; II, 218, 6; quomodo se habet ad magnificentiam, sic ad magnanimitatem se habet alia virtus, honorem spectans, sed nomine carens II, 21, 20; II, 46, 47; potius inest amicitiæ jucundum spectanti ac ei quæ utilitatis gratia contrahitur II, 95, 39; quænam ejus opera II, 245, 3 ss.; quænam ejus sequelæ II, 245, 11 ss.

Liberi (τέκνα); eorum principium parentes sunt II, 514, 33; e parentibus gignuntur II, 530, 40; non quo modo horum, sic etiam actionum principium ac causam esse putant II, 29, 42; eorum procreatione perpetuitatem vitæ complet natura, idque specie quum numero nequeat, 636, 23 ss., cf. III, 344, 23 ss.; III, 448, 36 ss.; eorum procreandorum tantummodo causa apud pleraque animalia fit maris cum femina conjugatio, 636, 13; eos non tantum procreant homines ut naturæ legibus satisfaciant, sed etiam utilitatis gratia, 636, 19; eorum generatio viro ac mulieri peculiaris, utilitas vero communis, 636, 36; eos nutricat mater, instituit vero pater, 636, 37; ab alendorum generatione abstinendum est inde ab anno circiter quinquagesimo quarto, 622, 25; parentibus similes sunt, 492, 39; quatenus parentibus similes nascantur III, 329, 36 ss., cf. *Parentes*; modo parentibus modo majoribus, modo nemini similes sunt III, 141, 35 ss.; III, 398, 1 ss.; interdum parentum cicatrices et tubercula repræsentant III, 141, 29 s.; interdum partibus parentes referunt III, 141, 42 s.; III, 398, 3 s.; III, 399, 34 ss.; idque quare III, 399, 36 s; iisdem de causis parentibus modo similes, modo dissimiles sunt, cur modo mares, modo feminæ nascantur III, 398, 1 s.; item modo patri, modo matri III, 398, 2 s.; parentibus potius similes sunt quam majoribus, atque his potius quam quibuslibet III, 398, 4 s.; quidam nulli consanguineo similes sunt, sed tamen homini cuidam III, 398, 6 s.; III, 401, 11 s.; idque quando III, 399, 43 ss.; alii ne homini quidem, sed animali vel monstro III, 398, 7 s.; III, 401, 12 ss; idque quando III, 401, 16 ss.; parentibus dissimiles jam aliquatenus monstra sunt, idque quare III, 398, 8 ss; eorum cum parentibus similitudinem duobus modis explicant naturæ scrutatores, idque quibusnam III, 400, 27 ss.; non facile ab eadem causa repeti potest ac sexus discriminis origo III, 401, 7 ss.; de iis ubique matres verum determinant, 377, 14; ætatis intervallum quo a parentibus distant, nec nimis magnum nec nimis exiguum esse debet, 620, 47 50; inutilia sunt beneficia quæ parentibus ætate provectioribus rependere conantur, 620, 48; eos auxilio sustentare nequeunt parentes ætate nimis provecti, 620, 49; iis procreandis nocet juniorum conjunctio, 621, 10; quæ de iis procreandis dicunt medici et physici, eorum ratio habenda est, 621, 39; quinam venti iis procreandis prosint, 621, 43; item quinam corporis habitus, 621, 47; eos plerumque amant, 337, 37; in eos non idem est amor parentibus ac fratribus inter se II, 98, 19; pro iis mori non recusant feræ II, 219, 32; deserendi non sunt, 405, 44; eos ubique sibi fore, jactarunt Ægyptii qui a rege defecerant, 405, 46; dum parvuli sunt, quasi pars patris sunt II, 60, 20; minus inter eos et patrem quam inter maritum et uxorem intercedit jus II, 60, 26; patri curæ sunt II, 99, 33; eos vivere cupiunt patres II, 227, 47; eos adhuc impensius quam patres amant matres II, 229, 44, 46; iis dolentibus condolent matres, idque propter ipsos II, 228, 1; cum iis vitam transigimus II, 218, 35; pertinent ad res bonas II, 80, 50; laudantur qui iis operam dant II, 80, 50; eorum amore nihilominus modum excedere licet, id quod malum ac fugiendum est II, 80, 51; II, 81, 4; eorum amore vel contra deos pugnavit Niobe II, 80, 52; eorum amori tamen nulla improbitas vel incontinentia proprie sic dicta inesse potest II, 81, 2, 6; natura parentes diligunt atque ab iis diliguntur II, 91, 7; iis non eadem est amicitia erga parentes, ac subditis erga imperantes II, 96, 22; si parentibus tribuant quæ iis debentur, itemque parentes vice versa, stabilis et æqua est eorum amicitia II, 96, 28; eos matres nonnullæ alendos dant II, 97, 25; eos amant amareque gaudent matres, etiamsi propter inscientiam amorem rependere nequeant II, 96, 29; quare eos minus quam fratrem luxerit Antigone, 406, 21; parentes diligunt ut aliquid ab iis profectum II, 100, 50; II, 101, 12; quare minori cum parentibus necessitate conjungantur ac parentes cum ipsis II, 101, 1; II, 180, 3 ss.; II, 229, 43; nonnisi ætate provecti intelligentiamque et sensum nacti parentes diligunt II, 101, 7; parentibus tanquam alteri ipsi sunt II, 101, 11; eorum erga parentes amicitia tanquam erga bonum et superiorem est II, 101, 23; magis amant liberos suos quam parentes II, 229, 45; parentibus senescentibus gratiam rependunt beneficiorum, quæ dum infirmi erant, ab iis acceperant, 636, 21; eorum erga parentes amor jucundior et utilior est quam peregrinorum propter vitæ communionem II, 101, 27; vinculum sunt inter uxorem et maritum II, 101, 48; non solum ad eos procreandos communi domo utuntur homines II, 101, 41; eorum procreatio homini cum animalibus communis est II, 101, 39; iis in domo bene dispensata optimus destinatur cibus III, 364, 5 ss.; domus pars sunt, 484, 29; 496, 15; in eos exercetur potestas domestica, 527, 2; quomodo iis imperare debeat pater, 494, 17, 28, 34; 495. 19; iis majorem curam impendere debet pater familias quam servis, 494, 39; eos castigare licet III, 387, 54; enthymemate apparenti per omissionem contumelia esse dicitur, si quis eos verberet, 382, 22; iis tanquam famulis utuntur pauperes, idque quare, 600, 27; pro iis diis litare debent ætate provectiores, 623, 45; suos quisque ad virtutem excitare debet, ubicunque leges hanc curam negligunt II, 128, 44; eos secundum Euripidem nemo prudens ita instituit, ut nimis fiant sa pientes, 371, 31; 372, 20; suis quisque Cyclopum more jura dat in plerisque civitatibus II, 128, 40; parentes diligunt iisque facile obtemperant II, 128, 54; falsa est opinio qua eos patris nullam rationem habere jubent, si de imperio res agatur, 604, 34; eos nemo præter Platonem communes esse jussit, 505, 50; 519, 48; eos communes esse jubet Socrates in Platonis *Republica*, 497, 2; in eodem opere de eorum communitate præcepta dedit, 503, 16; refutantur argumenta cur eos communes esse jubeat, 498, 2 ss.; an communes esse debeant agricolis, non determinavit Plato, 502, 10; eorum cum parentibus similitudo efficiet ut in Platonis republica etiam passim quisque suum agnoscet patrem, vel matrem, vel fratrem, 498, 43; secundum similitudinem distribuuntur apud gentes quasdam Libycas quibus communes sunt uxores, 498, 49; eorum procreationem nullis limitibus adstrinxit Plato in *Legibus*, 504, 19; eorum procreatio magis adhuc quam rei familiaris incrementa inter certos fines contineri debet, 504, 28, cf. 18; 506, 15; si libera relinquatur eorum procreatio, ut in plerisque civitatibus fit, paupertas oritur, 504, 33; 506, 17; de iis procreandis lex Lacedæmone bonorum æquationi adversabatur, 512, 49; ne nimis augeretur eorum numerus, puerorum amorem instituit Minos, 515, 50; de iis adoptandis legem scripsit Philolaus Corinthius, 519, 41; eorum qui pro patria mortui sunt, in democratia publice enutriri debent, 418, 7; eorum procreatione tanquam pignoribus obstringendi sunt servi, 637, 39; eorum bonitas magis indignationem movet, si recens parta sit, 360, 45; malos qui habet facile assentietur dicenti, stultissimum esse eos procreare, 373, 17; si cui pravi sint, vel nulli, vel si boni moriantur, felix esse nequit II, 9, 4; iis præditi misericordes sunt, 358, 44; nostros despicientibus irascimur, 349, 41.

Liberorum multitudo et bonitas; pars felicitatis, 320, 37; quidnam sit, satis perspicuum est, 321, 7; quonam constet civitati, 321, 8; quonam privato, 321, 11; æque ad feminas attinet ac ad viros quod expetenda est, cum reipublicæ, tum privato, 321, 15.

Liberos procreandi ars (τεκνοποιητική); pars est domesticæ, 484, 32; 494, 15; nomine caret, 484, 32.

Libertas; pertinet ad civitatis quantitatem, 557, 10; cum ea contendere nequit magnitudo, 533, 48; si secundum eam distribuendi essent magistratus, solus regnare deberet qui omnibus nobilitate antecelleret, 535, 2; ejus participes sunt omnes (cives); 578 45, cf. 546, 40; nimia secundum Platonem causa est cur faciant quid sibi libuerit, 589, 51; democratiæ fundamentum et finis est, 591, 6, 9, cf. 579, 23; dicere solent ea nonnisi in democratia frui licere, 591, 7; democratiæ maxime propria esse existimatur, 548, 49; democratiam determinat, 552, 40; ea quoque definiri videtur democratia, 579, 23; in summa democratia eo consistit ut quisque faciat quod sibi libuerit, 579, 25, cf. 591, 20; secundum eam jus distribuendum esse putant democratiæ fautores II, 55, 37; ejus cum divitiis mixtionem sectantur pleræque civitates, 552, 46; cum virtute et divitiis ac aliquatenus cum generis præstantia de æqualitate in republica administranda contendit, 552, 50; ejus cum virtute et divitiis mixtio aristocratia appellanda est, 553, 2; ea superiores qui sunt non æque civitatem participant ac qui virtute, 530, 25; ejus amor ab anima pendet, 609, 8; omnibus servis tanquam præmium proponenda est, 613, 6; 636, 6; 637, 37.

Liberti; nec cives, nec inquilini, nec peregrini sunt, 525, 24; domino mortuo, eorum heredes sunt qui domino proximi genere, 415, 1.

Libethrii; natio Pierica fr. 276, b.

Libidinosi; magis quam reliqui calvi fiunt III, 422, 25; idque quare III, 422, 28 ss.; cur melancholici sint IV, 142, 24 ss.; cur homines et aves hirti sint IV, 165, 3 ss.; quare evadant assidue equitantes IV, 138, 1 ss.; eorum signa IV, 6, 22 ss.

Libidinosæ; iis tanquam probrum objicitur equarum nomen III, 121, 34 ss.

Libido; spectat res sensibiles quibus in partes distinguitur intemperantia II, 212, 28; partes superiores refrigerat IV, 140, 2; eam movent cibi et potus qui regionem circa pudenda flatu implent IV, 266, 49 ss.; flagitiosam alicujus explere pudori est, 356, 21.

Pisces, (*de sexus apud eos differentia, de generatione et alimento*); alii eorum ovipari sunt, alii vivipari, idque quinam III, 29, 7 s.; III, 53, 19 ss.; III, 75, 19 s., cf. III, 7, 38; igitur nec lac nec mammas habent III, 53, 19 ss.; III, 297, 2, 6 ss.; exceptis cartilagineis omnes ovipari sunt III, 75, 40 s.; III, 111, 35 s.; III, 117, 32 s.; III, 360, 1; III, 378, 13; III, 379, 25; III, 380, 8 s., cf. *Pisces cartilaginei*; partim sexus differentiam habent, partim ea carent III, 75, 13 ss.; III, 115, 14 ss., cf. III, 77, 4 ss.; III, 358, 53 ss.; III, 380, 28; III, 383, 25 ss.; III, 385, 28 ss.: III, 386, 37 s., 54; omnes mares et feminæ sunt et coeunt præterquam si in aliquo genere sexus indistinctus sit III, 381, 23 ss.; nonnulli omnes feminas esse putant atque eo modo differre quo olea et oleaster, vel ficus et caprificus III, 380, 12 ss.; unde ortus sit eorum error III, 380, 30 ss., 47 ss.; si omnes feminæ essent, omnes uterum habere debuissent, sed diversum III, 380, 18 ss.; æque ac cartilaginei partim meatus seminales, partim uterum habent, exceptis hiatulis et rubellionibus III, 380, 19 s., 27 s., 29; eorum nonnulli nec feminæ, nec mares sunt III, 77, 4 s.; III, 359, 6 ss., cf. III, 75, 14 s.; eorumque alii specie, non genere a reliquis piscibus differunt III, 77, 6 s., cf. III, 75, 15 ss.; alii omnino peculiares sunt III, 77, 7, cf. III, 75, 27 ss.; in quibusdam eorum generibus omnes feminæ sunt, nulli mares III, 77, 7 s.; III, 359, 1 ss., cf. III, 75, 34 ss.; III, 380, 28; quorum genus solis feminis constat, eorum ova avium ovis subventaneis comparantur III, 77, 8 s.; eorum feminæ majores sunt quam mares III, 75, 40 ss.; III, 328, 43 s., cf. III, 78, 48 ss.; idque quare III, 328, 45 ss.; constat eorum feminas quoque longæviores esse quam mares, idque quomodo III, 75, 45 ss.; mares (oviparorum) eadem ratione a piscium cartilagineorum maribus differunt qua feminæ a feminis III, 382, 38 s.; testibus carent III, 35, 5 s., 19 s.; III, 79, 15; III, 321. 31 ss.; III, 322, 21 s.; III, 323, 29; III, 394, 44 ss.; idque quare III, 323, 26 s.; nihilo minus sexus discrimen habent III, 394, 44 ss.; æque ac serpentes testibus carent III, 33, 4 s.; eorum loco duos meatus habent in unum coeuntes III, 33, 5 s.; III, 324, 4; eosque rectos ac simplices III, 323, 40; eorum meatus seminales alteri parti replicationis horum meatuum qualis apud quadrupedes exstat similes sunt III, 323, 40 ss.; quomodo apud eos se habeant et ubinam siti sint meatus seminales III, 35, 20 ss., 33 s., 38 ss.; III, 79, 16 ss., cf. III, 321, 36 ss.; eorum meatus seminales coitus tempore genitura pleni sunt atque valde manifesti III, 35, 24 ss., 41 ss.; III, 79, 7 s.; III, 322, 22 s.; ex eorum meatibus seminalibus subandi tempore exprimi potest genitura III, 380, 21 s.; post id tempus vero interdum latent III, 35, 43 s.; quomodo horum meatuum ratione a se invicem differant, e dissectionibus contemplari oportet III, 35, 26 s.; apud eos meatus seminales lacteum humorem emittunt III, 79, 18 s.; apud eos contrario modo situs est uterus atque apud aves et quadrupedes oviparas III, 326, 30 s.; qualem et ubinam matricem habeant III, 111, 40 s.; III, 115, 4 s.; uterum infra situm habent III, 36, 51; III, 321, 52 ss.; III, 324, 25 s.; III, 326, 47; III, 371, 13, cf. III, 324, 25 ss., 50; III, 378, 14; i. e. ad pudenda III, 374, 4; idque quare III, 326, 48 s.; quomodo se habeat eorum uterus III, 36, 52 s.; apud valde parvos utraque uteri pars unicum ovum esse videtur, idque quare III, 36, 53 ss.; III, 115, 10; III, 324, 35 ss.; quod tamen falsum esse probatur III, 37, 2; quomodo eorum uterus figura differat a piscium cartilagineorum, e dissectionibus conspici potest III, 37, 24 ss.; menstrua purgatione carent III, 372, 49; iis segregata est genitura, idque qualis III, 53, 14 s.; mares semper genituram, feminæ semper ova habent, idque modo majorem, modo minorem copiam III, 116, 23 s., cf. III, 115, 17 s.; excepta anguilla omnes mares genituram habent III, 117, 27 s.; nonnulli e limo et arena nascuntur et ex his ipsis generibus quæ alioquin coitu et ovis gignuntur III, 117, 34 ss.; qui nec ovum, nec vivum animal pariunt e limo vel arena vel fluitante quadam re putrefacta gignuntur III, 117, 51 s.; citantur exempla nonnulla sponte natorum III, 117, 37 ss.; nondum plane constat, an revera exstent qui sine maris ope generent III, 383, 25 ss.; III, 359, 1 ss., cf. III, 381, 24 s.; plerique eorum coitu gignuntur III, 385, 22 s.; conspecti sunt coeuntes III, 322, 22; III, 381, 30 s.; quomodo coeant III, 116, 39 ss.; III, 323, 30; cito coeunt et cito absolvuntur III, 323, 28, 30 s.; inde eorum coitus multos piscatores latet III, 381, 27 ss.; quamobrem celeriter coeant III, 381, 32 s.; quatenus eodem modo quo illi coeant delphines III, 381, 31 ss.; eorum ova sine maris ope non perficiuntur III, 373, 3 s., 15 ss.; III, 380, 9 ss.; eorum semen tempestatis calore coquitur III, 323, 37; eorum semen jam paratum emittitur simulac contrectati fuerint III, 323, 16 s., 37 ss.; celerius quam aves et quadrupedes oviparæ semen emittunt, idque quare III, 322, 46 ss.; celerius quam illi absolvuntur serpentes, idque quare III, 324, 16 s.; dum coeunt mare recipere nequeunt III, 323, 33 s.; attritu non coeunt IV, 139, 19; omnes ventribus in se invicem incidentes coeunt, exceptis cartilagineis latis III, 78, 38 s.; eorum mares ova a femina edita semine suo aspergunt III, 342, 10 ss.; plus seminis habent ac quo ad coitum indigent III, 382, 42 s.; hinc id propter multitudinem dispergunt III, 382, 40 s.; idque facientes conspiciuntur III, 382, 35; eodem modo eorum feminæ ova propter multitudinem projiciunt III, 382, 41; idque facientes conspiciuntur III, 382, 34; eorum ova imperfecta ejiciuntur III, 324, 30 ss.; III, 326, 45 s., 49; III, 328, 9 s.; III, 345, 33 s., 51; III, 346, 30 ss., 41 s.; III, 371, 2 ss.; III, 373, 53 s.; III, 374, 6, 31 s.; III, 378, 14; III, 379, 26, 41 s.; III, 380, 2 s., 40 s.; III, 381, 17 s.; III, 383, 2; III, 384, 10 s., 30 s.; idque quare III, 374, 1 ss.; vermi simile est eorum ovum III, 90, 45 ss.; III, 346, 43; foris perficiuntur eorum ova III, 371, 4 ss.; III, 373, 54; idque a mare III, 382, 52; idcirco ea quam primum fieri potest semine adspergunt mares, idque quare III, 383, 11 s.; eorum ovis tamen nullum præscriptum est tempus, ultra quod non amplius perfici possunt III, 383, 10 s.; 13 s.; idque quare III, 383, 11 s.; eorum semen magis incremento ovorum post partum impenditur quam primariæ eorum constitutioni III, 382, 43 ss; iis quod ad ovorum partum attinet similia sunt mollusca ac crustata III, 380, 41 s.; III, 383, 36; aliquatenus vermiparibus similes sunt III, 382, 48 s.; iis adhuc imperfectiora concepta emittunt vermipara III, 382, 49 s.; apud eos sine coitu consistunt concepta, etiamsi minus manifeste quam apud aves III, 372, 50 s.; III, 381, 10, 12 s.; unde constet revera hujusmodi concepta apud eos fieri III, 373, 17 ss.; ab avibus differunt quod eorum concepta spontanea servantur dummodo foris semine adspergantur III, 381, 16 ss.; quæcunque eorum ova non tetigerit genitura, inutilia et sterilia sunt III, 116, 47 ss.; III, 381, 13 s., cf. III, 115, 26 s., 29 s.; feminæ eorum coitus tempore maris ventrem ore tundunt ejusque genituram devorant III, 79, 36 ss.; idque sæpius visum est III, 79, 36, 45; partus tempore idem agunt mares atque ova devorant III, 79, 39 s.; inde multi putant feminas eorum devorato semine impleri III, 79, 34 s., 45 s.; eos cum piscatores tum Herodotus ore concipere contendunt III, 381, 36 ss., cf. III, 380, 51 s.; III, 383, 41 s.; unde ortus sit eorum error III, 381, 1 ss., 26 ss., 29 s.; 39 s.; eorum opinio refutatur III, 381, 9 ss., 30 ss.; 40 s.; III, 383, 40 s.; eodem fere tempore eorum mares semen habent quo feminæ ova III, 381, 1 ss.; eodem tempore eorum mares semen emittunt quo feminæ ova III, 381, 7; eodem tempore marum semen diminuitur quo feminarum ova III, 381, 21, s.; semper feminas insequuntur eorum mares ova simulac edita sunt, adspergentes III, 381, 22 s.; eorum ova putamine duro tecta III, 346, 33 s.; omnes ova intus unicolora habent III, 111, 45 ss.; III, 379, 2 s.; idque quare III, 374, 27 ss.; eorum ova tanquam lutea candida sunt et tanquam candida lutea III, 374, 32; eorum ova quomodo se habeant III, 103, 14 ss; eodem modo quo apud eos, apud viperas se habent ova, *ibid.*; ova arenacea habent III, 115, 4 s., cf. III, 37, 1 s.; eorum uterus ovis plenus est III, 115, 9 s.; eorum partus et generatio III, 115, 21 ss., 51 ss.; quomodo eorum generatio ab avium generatione differat III, 111, 47 ss.; III, 380, 36; quisnam sit eorum intra uterum (vel ovum) situs III, 142, 23; in aliquo eorum genere (nempe cartilagineis), umbilicus et cum ovo et cum matrice cohæret III, 142, 11 s.; eodem modo ex ovo generantur qui intra se et qui foras ova pariunt III, 115, 51 s.; eos perperam nonnulli eodem modo gigni putant ac animalia quæ e vermibus generantur III, 116, 3 ss.; ova procul projiciunt III, 286, 12 s.; item celeriter III, 374, 3; nonnulli partu disrumpuntur, idque quinam III, 379, 52 ss.; eorum præcipuum officium ovorum partus est III, 324, 33; igitur fœcundi sunt III, 324, 34 s.; III, 374, 1 s.; III, 379, 51 s., cf. 44 s.; eorum fœcunditatem æquat nullum animal vel ova perfecta, vel vivum animal pariens III, 380, 32 ss., 34; parvi fœcundissimi sunt III, 324, 36 ss.; quinam fœcundissimus III, 119, 52 s.; interdum valde magni cum minutis coeunt III, 116, 38 s.; præter squatinam et rajam extra suum gènus coire non solent III, 113, 48 s.; autumno coeunt, sed vere pariunt III, 192, 20 s.; exceptis minutis phycidibus semel quotannis pariunt III, 115, 41 ss., cf. III, 116, 25 s.; non omnes eodem modo vel eodem tempore pariunt, nec æquale temporis spatium uterum gerunt III, 119, 11 ss.; ante coitum gregatim conveniunt et mares et feminæ III, 119, 13 s.; circa coitus et partus tempus per paria comparent III, 119, 14 s.; quantum temporis spatium uterum gerant III, 119, 15 ss.; omnes per temporis spatium quod certo septimanarum numero dividi potest III, 119, 16 s; omnes uterum gerentes laborant III, 119, 22 s.; ideo hoc tempore potissimum in littus appelluntur III, 119, 23 s.; in motu esse pergunt donec pepererint III, 119, 24 s.; post partum quiescunt III, 119, 27; multis circa graviditatis finem in ventre nascuntur vermes qui fœturam expellunt III, 119, 27; quonam anni tempore pariant III, 119, 30 ss.; plerique semel quotannis pariunt III, 82, 18; idque in tribus mensibus Munychione, Thargelione et Scirophorione III, 83, 9 s.; ubinam pariant, idque quare III, 115, 34 ss.; III, 116, 27 ss.; fere omnes cito crescunt III, 83, 1 s.; III, 120, 23 s.; idque inprimis in Ponto III, 120, 25; eorum fœtus alit aqua dulcior ac potulenta III, 158, 41 s., cf. 36; multum iis confert ad bonum habitum et magnitudinem, itemque ad coitus et partus frequentiam locorum natura III, 83, 33 ss.; iis non quovis loco idem vel pariendi, vel uterum gerendi vel proficiendi tempus est III, 120, 26 ss.; eorum fœtus v. *Pisciculi*; initio graviditatis fere omnes boni sunt III, 170, 48 s.; progrediente vero gestatione, alii boni, alii non III, 170, 50; pauci æque boni sunt, sive prægnantes sunt, sive non III, 171, 20; senes omnes mali sunt III, 171, 21; senum magna pars carnis eliquescit III, 171, 23; quomodo a reliquis distinguantur senes III, 171, 23; eorum proles et ova fere universa intereunt, idque quare III, 164, 16 s., cf. III, 148, 48 s.; fœturæ tempore suis ipsorum fœtibus vescuntur omnes III, 148, 48 s.; III, 164, 17; ceteroquin longe diverso cibo utuntur III, 148, 49 s.; excepto mugile omnes se invicem comedunt, nempe robusti debiliores, majores minores III, 149, 5 s., 35 s.; III, 175, 23 ss., cf. III, 152, 21; igitur et aliis piscibus inescantur III, 149, 37 s.; exceptis cartilagineis et cetàceis minores pisces e regione oris venantur, idque quare III, 149, 45 s.; pinguium esca delectantur reliqui pisces III, 69, 20; pauci eorum carnivori non sunt, idque quinam III, 191, 54 ss., cf. III, 149, 6 s.; omnes voraces sunt, idque quare III, 272, 17 ss.

Pisces (*de eorum sensibus, somno et morbis*), multi mutilati et circumsecti non sentire dicuntur, nisi ubi igne percaluerint IV, 85, 1 ss.; auditu et olfactu præditi sunt, etiamsi manifesta horum sensuum instrumenta in capite non habeant III, 69, 21 ss., 25 s.; III, 244, 11, ss.; immo nonnulli asserunt eorum auditum acutissimum esse III, 70, 7 s., cf. III, 69, 29 s.; auditu acutissimo præditi fundum maris incolunt III, 70, 14 s.; olfactu præditi sunt etiamsi respiratione careant III, 70, 15 s.; III, 484, 39 ss.; III, 486, 45 s., cf. III, 457, 11; branchiis (?) odores percipiunt III, 249, 14 s., cf. *Respiratione carentia*; gustu proprie sic dicto carent III, 295, 32 s.; probantur gustum habere, etiamsi lingua eorum ossea et non soluta sit III, 69, 12 ss; e longinquo prospicere debent quia multum moventur III, 246, 39 s.; eorum visus acumen impedit aqua, nec tamen multa offensacula ei offert III, 246, 41 ss.; ideo humidos oculos habent III, 246, 38, 45; palpebris tamen carent III, 246, 27 ss., 43; nihilo minus ejusdem generis oculos non habent ac insecta et crustata III, 246, 27 s.; noctu quiescunt, augescente vero luce acutius vident III, 164, 23 s.; igitur circa solis occasum vel ortum maxime visu decipiuntur III, 164, 22 s.; indeque maxime his temporibus capiuntur III, 164, 18 s.; in omnibus eorum generibus somnus conspectus est, etiamsi brevem somnum habeant III, 501, 38 ss.; si diu dormirent a pediculis et pulicibus marinis devorarentur III, 74, 2 ss.; quibus signis constet eos revera dormire III, 74, 1 ss., 9 ss.; eos dormientes manu capere licet vel percutientem latere III, 74, 1 ss., 10 ss., cf. 21; dormientes valde immobiles sunt, præterquam quod leniter caudam movent III, 74, 12 ss.; iis dormientibus, si quid moveatur, tanquam expergefacti impetu feruntur III, 74, 14 ss.; dormientes quoque capiuntur piscatu qui ad ignem fit III, 74, 16 s.; sæpe dormientes cingunt retibus thynnorum speculatores III, 74, 17 s.; dormientes albuginem oculorum semiapertam habent atque ita capiuntur III, 74, 19; noctu potius dormiunt quam interdiu, ita ut ictu non moveantur III, 74, 20 s.; ubinam se subducant ad capiendum somnum III, 74, 21 ss.; nonnisi dormientes fuscina capiuntur III, 74, 28 s.; quinam inprimis interdiu dormiant III, 74, 26 ss.; eodem modo quo illi dormiunt mollusca et crustata III, 74, 35 s., cf. *Aquatilia*; morbis pestilentibus infestari non videntur III, 164, 25 s.; attamen interdum ægrotare videntur III, 164, 28 s., cf. 35 ss; unde eos ægrotare conjiciant piscatores III, 164, 29 ss.; iis quoque sui sunt pediculi, idque quales III, 101, 35 ss.; eorum pediculi non ex ipsis, sed e limo gignuntur III, 101, 36 s.; escæ inserviens si in fundo maris relinquatur, eum devorant pulices et pediculi marini III, 74, 8 s.; excepta chalcide, nullorum branchia infestant pediculi III, 164, 45 s.; verbasco moriuntur III, 164, 46.

Pisces (*eorum mores*); eorum more vivit crocodilus fluvialis, etiamsi pedestris sit III, 251, 9; plerique gregales sunt III, 158, 33; idque quinam III, 3, 35; II, 175, 8 ss.; qui non congregantur inimici sunt III, 175, 6; statis temporibus congregantur alii prægnantes, alii post partum III, 175, 7 s., 14 s.; quidam non solum gregales sunt, sed etiam per paria conjunguntur III, 174, 12 s.; reliqui omnes per paria conjunguntur III, 174, 13; congregantur sæpe et qui non ad idem genus pertinent, sed eodem aut simili alimento utuntur, idque quando III, 175, 17 ss.; multi latitant idque quinam III, 160, 6 ss.; qui manifestissime latitant, statutis quibusdam temporibus capiuntur III, 160, 8 s.; reliqui vero omni anni tempore III, 160, 9 s.; quidam latitantes capiuntur III, 160, 17 s.; idque quia obtinente præter consuetudinem sereno vel tepore e latibulis egrediuntur III, 160, 19 ss.; pleniluniis etiam e latibulis prodeunt latitantes III, 160, 21; plerique latitantes suavissimi sunt III, 160, 21 s.; alii in arena latitant, alii in cœno, excepto tamen ore III, 160, 32 s.; plerique hieme latitant, nonnulli tamen et æstate III, 160, 34 s.; eo constat eorum æstiva latitatio, quod secundum siderum apparitionem capiuntur III, 160, 42 s.; sideribus exorientibus turbato mari sursum feruntur III, 160, 44 ss.; secundo jactu plures capi dicuntur quam primo, dummodo maris fundus verratur III, 160, 47 ss.; alii in Pontum et e Ponto migrant III, 156, 47 ss.; alii hieme littora, æstate vero altum petunt III, 156, 49 ss.; III, 158, 1 ss.; vere intrant, hieme Pyrrhæum euripum relinquunt, exceptis gobiis III, 192, 7 ss., 23; III, 280, 22, s.; in euripo Pyrrhæo circa Lesbum pariunt, idque tam pelagici quam qui huic euripo proprii sunt III, 192, 18 ss.; quinam in euripo Pyrrhæo non compareant III, 192, 10 ss.; multi speluncas incolunt III, 70, 21; quomodo ex iis proliciantur a piscatoribus III, 70, 22 ss.; plerique in stagnis maritimis inveniuntur III, 158, 25; pleraque eorum genera inveniuntur in palude Bistonide III, 158, 27; quinam littorales III, 158, 13 ss.; quinam pelagici III, 158, 15 ss.; quinam in utramque partem vergant III, 158, 17 s.; quinam maritima stagna incolant III, 158, 23 ss.; multi fluvios incolunt, idque quinam III, 163, 14 ss.; iidem in fluviis et stagnis bene habent III, 163, 15 s.; optimi inveniuntur in locis ubi facile stagnat aqua III, 163, 18; secundum locum meliores vel pejores sunt III, 158, 19 s., cf. III, 88, 33 ss.; quique in locis, ubi degere solent, melius habent III, 163, 45 ss.; quibusdam tamen peculiaria quædam loca prosunt III, 163, 48; omnibus fere prosunt loca algis scatentia, idque quare III, 163, 49 ss.; defossi reperiuntur III, 543, 51; alte e terra effodi dicuntur in Paphlagonia IV, 86, 16 ss.; in lacu Asphaltide nulli reperiuntur III, 582, 26 s.; plerisque prosunt imbres, nocet vero siccitas, idque quare III, 162, 42 ss.; III, 162, 3, 29; iis magis reliquis prosunt imbres æstivæ III, 163, 19 s.; inprimis bene habent, ubi hiems serena, reliquæ vero anni tempestates pluviæ sunt III, 163, 20 ss.; plerique iisdem temporibus bene habent quo homines III, 163, 22 ss.; in locis frigidis non bene habent III, 163, 24 s.; tranquilla ac serena tempestate conferti in superficie maris fluitare solent III, 69, 52 s.; quinam eorum velocissimi III, 190, 49 s.; quinam sese in arena vel limo abscondant ad alios pisces capiendos III, 190, 39 s., 44 s., 47 s.; III, 191, 3 s.; quinam radiolis præditi sint III, 190, 36; III, 191, 4 ss.; minores quomodo cartilagineos pisces et cetacea effugiant III, 149, 47 ss.; sui ipsi sanguinis odorem fugiunt III, 70, 36 s.; eorum lotura effusa fugiunt rhyades pisces III, 70, 33; iis vescuntur nonnulla animalia III, 3, 49; iis non vescuntur apes III, 198, 3; iis vescitur alcedo III, 184, 2; eos singillatim advolant tenthredines III, 203, 15 s.; magnos superant locustæ III, 148, 20 s.; item loligines ac sepiæ III, 148, 41 s.; quosnam venetur sepia, idque quomodo III, 192, 33 s.; quomodo eos venetur polypus III, 192, 41; eorum carnes concoctu difficiliores sunt IV, 329, 42; alicubi ex iis gluten fit III, 47, 27 s.

Piscis; in aere degens male se haberet IV, 259, 6 s.; de ejus facie non loquimur III, 8, 41 s.; ferrei si essent, nihil videretur aqua II, 297, 7; sale egent, etiamsi in salso alantur, 379, 32; ejus differentia prima in quam omnis piscis cadit, 165, 53; felix esse nequit II, 189, 26; ei non idem salubre ac bonum est quod homini II, 70, 18.

Pisces albi; omnes ovipari sunt III, 115, 6 s.

Pisces cartilaginei (σελάχη); eorum definitio III, 37, 17 s.; aquatilia vivipara sunt III, 5, 37; III, 45, 38 s.; sed non intra se III, 544, 7, cf. III, 5, 47; III, 37, 14; III, 274, 14 s.; III, 345, 26 ss., 50; III, 370, 45 ss.; idque omnes excepta rana III, 29, 9 s.; III, 111, 36 s.; III, 113, 17 s; III, 378, 15 ss.; III, 379, 30; III, 380, 38 ss., cf. III, 114, 1 ss.; inter vivipara et ovipara medium tenent III, 346, 20 s.; intra se ovum pariunt quia frigidi sunt III, 346, 21 s.; vivipari sunt quia sicci III, 346, 22; vivipari sunt, sed non audiunt III, 9, 50 s.; vivipari sunt ideoque minus fœcundi quam reliqui III, 120, 2; eorum fœcundissimus est rana III, 119, 52; branchias habent, sed non opertas III, 5, 40 s.; III, 28, 22 s.; III, 302, 5 s.; III, 544, 20 s.; lati in supinis branchias habent, longi vero a lateribus sitas III, 28, 24 s.; ad latos pertinent torpedo et raja III, 28, 25; longis accensendi sunt omnes mustelacei pisces III, 28, 26 s.; apud eos tarde moventur branchiæ ipsæ idque quare III, 302, 8 s.; ideo apud eos contrahuntur branchiarum meatus, ut iis motus concilietur celeritas III, 302, 12 ss.; pro osse cartilaginem habent III, 242, 39; cartilagineas habent spinas III, 242, 21 s; III, 302, 6, 48; idque quia necessario motum molliorem habent III, 242, 22 ss.; eorum spina dorsalis cartilaginea est III, 45, 38 ss., ef. III, 46, 6 s.; sed nihilo minus medullam continet III, 242, 37 ss.; eorum materies terrena in cutem impenditur III, 302, 48 s., cf. III, 242, 25 s.; hinc asperam et squamis carentem habent III, 302, 47; alii læves, alii asperi sunt III, 28, 49 ss.; pedibus carent III, 37, 14; III, 345, 50; III, 544, 20 s.; quinam pinnas habeant et quinam non et quomodo natent utrique III, 6, 20 ss; duo jecinora habere videntur III, 264, 30, cf. III, 31, 29 ss.; minime pinguescunt vel per carnem vel separata per ventriculum pinguedine III, 51, 5 ss.; nihilo minus ex eorum jecore oleum fit, idque quomodo III, 51, 4 s.; plerique omnino appendicibus intestinorum carent III, 33, 54 s.; qui vero eas habent, vel paucas vel admodum multas habent III, 34, 1 s.; omnium consensu sexus discrimen habent III, 380, 18 s.; in parvis feminæ maribus majores sunt III, 75, 44, cf. III, 78, 48 s.; mares eadem ratione a reliquorum piscium maribus differunt quo feminæ a feminis III, 382, 38 s.; aliquam penis speciem habent eamque qualem III, 78, 29 s.; nonnullorum mares circa excrementi exitum habent appensa corpuscula duo quibus carent feminæ III, 79, 10 ss.; non minus quam ii meatus seminales habent reliqui pisces III, 380, 19 ss., cf. 27 ss.; mares coitus tempore meatus seminales genitura plenos habent III, 113, 21 s.; inde iis exprimi potest III, 380, 21 s.; de eorum meatibus seminalibus et matrice v. *Meatus seminalis* et *Matrix*; quomodo se habeat eorum uterus III, 37, 18 ss.; III, 324, 24 ss.; uterum prope septum transversum habent III, 356, 6 s.; III, 371, 8 ss.; III, 382, 37, cf. III, 324, 24 s.; quomodo uteri ratione et a se invicem et a reliquis piscibus differant, accuratius e dissectionibus conspici potest III, 37, 24 ss.; III, 325, 23 ss.; eodem modo quo apud illos apud viperam se habet uterus, idque quare III, 37, 29 ss., cf. *Vivipara foras sed intra se ovum edentia*; quatenus eorum matrix avium matrici similis vel dissimilis sit III, 111, 41 ss.; quomodo matricis ratione a se invicem differant singula eorum genera III, 112, 17 ss.; quonam loco in variis eorum generibus consistant ova III, 111, 42 ss.; III, 112, 19 ss.; in superiori et laterali eorum uteri parte gignuntur ova III, 37, 21; III, 325, 46 s., cf. III, 37, 41; in inferiori amplaque eorum uteri parte fiunt animalia idque quare III, 37, 23; III, 325, 21 ss.; 25, 34; apud eos sæpe in eadem uteri parte continentur gemelli, etiamsi diversum habeant sexum III, 393, 20 s.; apud alios eorum ovum postquam perfectum est ab utero absolvitur III, 353, 15 ss.; apud alios fœtus, postquam ex ovo exiit, ab utero perficitur III, 353, 19 ss., cf. 21 s.; omnes simul in superiori matricis parte ova et in inferiori fœtus habent III, 113, 3 ss ; hinc multi eos eodem mense coire et parere putant III, 113, 5 ss.; eorum generatio aliquatenus avium similis, aliquatenus dissimilis est III, 378, 32 ss.; III, 379, 14 ss.; carent altero umbilico qui ad secundarum membranam tendit III, 378, 33 s.; idque quia eorum ova testa carent III, 378, 35 s.; quare iis inutilis sit testa III, 378, 35 s.; avibus frigidiores sunt III, 346, 19 s., cf. 15 s.; III, 378, 26 ; item quadrupedibus oviparis III, 346, 19 ss.; hinc eorum ovum molli cute operitur III, 378, 24 s.; item humidum et molle est idque quare III, 378, 28 s.; nec pennas, nec squamas, nec squarras habent III, 346, 23 s.; igitur molle ovum pariunt idque quare III, 346, 25 s.; si foras emitteretur eorum ovum facile periret quia operimento caret III, 346 28 s.; excepta rana, eorum ova molli putamine tecta ac unicolora sunt III, 6, 5 ; III, 370, 48 s.; etiam ex ovi parte extrema generantur, sed non qua utero adhæret III, 378, 40 ss., cf. 46 ; idque quare III, 378, 43 ss., 52 ss.; unicum tantum umbilicum habent ei respondentem qui apud aves ad vitellum tendit III, 379, 17 ss.; vitellum ab albumine distinctum non habent, sed ovum unicolor III, 379, 19 s.; eorum fœtus ovo alitur cujus reliquiæ ejus corpus subeunt iisque circumnascitur caro III, 379, 20 ss.; apud plerosque ovum perfectum non ab utero absolvitur, sed ei adhærens descendit III, 379, 7 ss.; III, 378, 44 s., cf. III, 370, 47 s.; apud hos, perfectis fœtibus et absumpto ovo, umbilicus utero adhæret III, 378, 46 ss.; III, 379, 10 s.; unde constet ejus meatus uterum adiisse nondum absumpto ovo III, 379, 11 ss.; ovum eodem modo absumitur apud hos quibus post perfectionem ab utero absolvitur III, 378, 49 ss.; quatenus eodem modo ac reliqui pisces ex ovo generentur, quatenus diverso III, 379, 28 ss.; eorum coitus sæpe visus est a multis III, 79, 4 ss.; eodem modo quo illi coeunt cetacea III, 79, 8 ; nonnulli perhibent se eos canum more coeuntes vidisse III, 78, 46 ss.; quomodo coeant quibus cauda copiosa est III, 78, 44 s.; non multum semen profundunt III, 382, 35 s., 39 s.; hinc nec mares semen ejaculantes nec feminæ fœtus parientes conspiciuntur III, 382, 32 ss.; superfœtant ac ventrem quam diutissime sex menses gerunt 113, 36 s.; autumni, i. e. coitus tempore commixti inveniuntur mares et feminæ III, 192, 21 ss.; vere separatim euripum Pyrrhæum intrant donec pariant III, 192, 23 s.; coitus tempore multi conjugati capiuntur III, 192, 24 s.; autumno vigent III, 192, 16 s.; terram petunt parituri, idque quare III, 113, 45 s ; quonam anni tempore pariant, singula eorum genera III, 113, 41 ss.; sola carne vescuntur III, 148, 51 ; III, 149, 29 s.; resupinati minores pisces corripiunt, idque quare III, 149, 47 ss.; vivis animalibus vescuntur III, 302, 34 ; rostrum teres et tenue ideoque non bene scissum habent III, 302, 37 ss.; os a supina parte situm habent III, 302, 29 s.; igitur nisi conversi resupinentur alimentum capere nequeunt III, 302, 30 s.; igitur, dum se convertunt, eos effugiunt reliqui pisces III, 302, 33 s.; quare iis tale os tribuerit natura III, 302, 31 ss., 35 s.; nonnulli strepitum edunt quem perperam vocem vocant III, 72, 21 ss.; frigidissimis diebus latitant, ideoque per frigora non capiuntur III, 160, 36 s.; excepta squatina semel quotannis pariunt III, 82, 34 ; omnes pelagici sunt III, 158, 15 s.; quinam III, 5, 11 ; III, 6, 22 s.; III, 79, 2 ss.; fr. 176, a; iis accensendi sunt torpedines et pastinacæ III, 300, 49 s.; item mustela III, 37, 16 ; eodem modo a reliquis piscibus differunt quo viperæ a ceteris serpentibus III, 274, 12 ss.; servantur propter corporis magnitudinem III, 120, 3 s.

Pisces cartilaginei lati ; eorum spina dorsi continet humorem medullæ similem III, 46, 6 ss.; quinam eorum catulos intra se admittant, quinam non III, 113, 11 ss.; caudam longam habent III, 78, 40 ; enumerantur quædam eorum genera III, 114, 2 s.; iis accensendæ sunt batos et pastinaca III, 78, 41 ; quomodo coeant III, 78, 40 ss.; nonnullos eorum impedit caudæ crassities quominus eodem modo ac ceteri coeant III, 78 43 s.; quomodo coitus ratione ab iis differant reliqui pisces III, 78, 38 ss., v. *Pisces lati.*

Pisces carnivori ; eorum robur in ore residet III, 302, 42 s.; igitur hiat III, 302, 41 ; magis quam reliqui vagantur III, 191, 54.

Pisces confusanei (ῥυάδες) ; cf. *Pisces gregales.*

Pisces fluviatiles et lacustres ; quidam pertinent ad animalia sanguine prædita sponte nascentia III, 390, 53 s.; nonnulli admodum carnosum et molle habent palatum III, 251, 12 s., cf. III, 69, 15 s.; hieme loca profunda vitant III, 164, 50 s.; quonam ætatis tempore gravidi esse incipiant III, 116, 18 ss.; omnes vertente anno pariunt III, 116, 20 ; nonnulli simulac nati sunt, ova habent, idque quinam III, 115, 18 ss.; III, 373, 19 s.; eos nullus infestat morbus pestilens III, 164, 34 s.; nonnullos eorum invadunt morbi peculiares, idque quosnam et quinam III, 164, 35 s.; ubivis verbasco eos capiunt III, 164, 46 s.; duobus modis nassorum ope capiuntur, idque quibusnam III, 164, 49 ss.; quonam tempore optimi sint III, 171, 28 ss.; prægnantes alii boni sunt, alii non III, 171, 30 s.; iis accensendus est glanis III, 191, 33 ; excepto glanide eorum mares feminis præstant III, 171, 32 s.

Pisces fossiles ; fieri dicuntur Heracleæ in Ponto et Rhegii IV, 86, 6 ss.; eorum natura IV, 86, 7 ss.

Pisces fusanei ; v. *Fusanei pisces.*

Pisces gregales (ἀγελαῖοι, ῥυάδες) ; in plerisque eorum generibus feminæ maribus majores sunt III, 75, 44 s.; quonam anni tempore pariant varia eorum genera III, 119, 30 ss.; quinam eorum primi, quinam ultimi pariant III, 119, 34 ss.; unde colligatur eorum pariendi tempus III, 119, 36 s.; quinam eorum ultimi pariant III, 119, 42 s.; plerique vere Pontum intrant ibique æstatem transigunt III, 158, 31 ss.; III, 163, 11 ; idque quare III, 158, 35 ss.; III, 163, 12 ss.; omnes duces habent III, 158, 34 ; ubi pepererint et incrementum ceperit proles, rursus exeunt, idque quonam anni tempore III, 158, 42 s.; austrinus si sit hiems, tardius exeunt, si vero aquilonius citius, idque quare III, 158, 44 s.; igitur aquilonia tempestate parva eorum proles circa Byzantium capitur III, 158, 46 s.; exceptis trichiis et intrantes et exeuntes conspiciuntur III, 158, 48 ; interdiu commeant, noctu vero quiescunt et pascuntur III, 159, 8 s.; quodsi tamen luna luceat. et noctu commeant III, 159, 9 s ; quidam contendunt eos quo loco bruma deprehenduntur, ibi manere usque ad æquinoctium III, 159, 10 ss.; exceptis coliis, inprimis exeuntes capiuntur atque tunc optimi sunt III, 159, 15 ss.; intrantes circa Ægialum (vel Ægæum mare) pinguissimi capiuntur III, 159 17 s.; quo interius subeunt, semper suaviores inveniuntur III, 159, 18 s.

Pisces lacustres ; v. *Pisces fluviatiles.*

Pisces læves ; excepta anguilla omnes ovipari sunt III, 115, 6 ss.

Pisces lati ; apud eos caudæ incrementum in latitudinem impenditur III, 300, 48 ss.; quomodo caudæ ratione inter se differant III, 300, 47 ss.; alii duas pinnas habent, alii pinnarum loco corporis latitudine natant III. 311, 28 ss., cf III, 301, 16 ss.; arenam subeunt ad somnum capiendum III, 74, 24 ; arenæ figuratione deprehenduntur atque fuscina capiuntur III, 74, 24 s.; æstate pauciores eodem loco capiuntur quam longi aut quam tempestate aquilonia III, 163, 3 s.; iis accensendæ sunt rajæ et pastinacæ et torpedines III, 300, 49; III, 301, 17, cf. *Pisces cartilaginei lati.*

Pisces (perquam) lati (οἱ πάμπαν πλατεῖς); quomodo natent III, 311, 31 ss.; iis accensenda est raja (βάτος) III, 311, 30 s.

Pisces littorales; pelagicis meliores sunt, idque quare III, 158, 4 ss.; eorum carnes firmiores sunt III, 158, 11.

Pisces longi; plerique eorum duas, nonnulli vero nullas habent pinnas III, 28, 16 ss.; quomodo pinnarum supinarum defectum compensent III, 311, 26 ss., cf. III, 301, 37 s.; III, 309, 20 s.; quinam fel in jecore habeant III, 30, 39 ss.; quomodo se habeant quod ad ova attinet III, 47, 1 s.; iis inprimis prosunt aquilonia III, 164, 2; æstate eodem loco plures capiuntur quam lati aut quam tempestate aquilonia III, 164, 3 s.; enumerantur quidam III, 30, 41 s.; III, 47, 1 s.

Pisces longi et crassi; nonnulli eorum pinnis supinis carent, idque quinam III, 301, 21 s., cf. III, 311, 25 s.; item quare III, 301, 35 ss.; iis accensendi sunt anguillæ, congri et mugiles qui in lacu Siphis vicino inveniuntur III, 301, 21 ss.

Pisces marini; eos etiam verbasco venantur Phœnices III, 164, 48 s.; iis accensenda est fuca III, 171, 12.

Pisces mustelacei; v. *Mustelacei pisces.*

Pisces migratorii; v. *Pisces gregales.*

Pisces natantes in superficie (πλωτοί); iis accensendi sunt mugil et lupus III, 171, 18 s.; prægnantes fere omnes pravi sunt III, 171, 19.

Pisces non cartilaginei; v. *Pisces.*

Pisces ovipari; sanguine præditi sunt III, 242, 17; spinas habent III, 242, 17 s.; quomodo apud eas se habeat spina dorsi III, 45, 39 s.; vesicam non habent IV, 168, 18 ss.; quinam iis accensendi sint III, 115, 6 ss.; exceptis mugilibus, mullisque et his similibus vere vigent donec pariant III, 192, 15 ss., cf. *Pisces.*

Pisces parvi; ex eorum ovis interdum tertio die prodeunt pisciculi III, 117, 9 s.; eos majores persequuntur et vorant III, 149, 36; III, 164, 15; servantur tamen quia prætervidentur III, 164, 14 s.

Pisces pelagici; iis meliores sunt littorales, idque quare III, 158, 4 ss.; eorum caro humida ac fluida est III, 158, 12; plerique per æstatem non capiuntur III, 119, 50 s.; unde constet eos hoc tempore parere III, 119, 49 s.; in euripo Pyrrhæorum circa Lesbum pariunt III, 192, 18 ss.

Piscis sacer; quisnam III, 191, 8 ss.

Pisces saxatiles (πετραῖοι); omnes littorales sunt III, 158, 15; circa Cretam omnes pingues sunt III, 158, 19 s.; quamobrem facile concoquatur eorum caro IV, 292, 30 ss.; quibusnam rebus vescantur III, 149, 31 ss.; in omnibus feminæ maribus majores sunt III, 75, 45; per paria mares cum feminis latitant, quemadmodum etiam nidulantur III, 160, 11 s.; gelidissimis tantum diebus latitant III, 160, 35 s.; ideoque per frigora non capiuntur III, 160, 37; bis quotannis pariunt III, 82, 23; quinam iis accensendi sint III, 160, 12 s.

Pisces serpentibus similes (ὀφιώδεις); pinnis carent III, 301, 24 s.; idque quare III, 30 ss.; eodem modo aqua utuntur quo serpentes terra III, 6, 19; III, 301, 26 s., cf. III, 309, 12 s.; igitur eadem de causa pinnis carent cur serpentes pedibus III, 301, 28 ss.; loco pinnarum nempe flexuris utuntur III, 301, 26, cf. 37 s.; in sicco repunt atque diutius in eo vivere possunt, idque quare III, 301, 38 ss.; III, 302, 24 ss., cf. III, 309, 18 s.; alii eorum in siccum evecti non statim, alii minus palpitant III, 401, 39 s.; paucas et minus validas branchias habent ideoque non multa indigent refrigeratione III, 302, 28 ss; iis accensenda est muræna III, 301, 24 s.; item aliquatenus pisces longi et crassi pinnis supinis carentes III, 301, 37.

Pisces serpentibus similiores (ὀφιωδέστεροι); partim pinnis omnino carent, partim duas tantummodo habent, idque quinam III, 309, 11 ss.; eodem modo moventur quo serpentes III, 309, 8 ss.; qui in terra vivere solent minoribus in aqua flexuris utuntur quam in terra III, 309, 17 ss., cf. III, 301, 37 s.

Pisces spinosi (ἀκανθώδεις); tectas branchias habent III, 302, 4 ss.; apud eos branchiæ celeriter moventur III, 302, 10; quinam iis accensendi sint III, 192, 11 s.; in euripo Pyrrhæo non comparent III, 192, 10 ss.

Pisces squamosi (λεπιδωτοί); omnes ovipari sunt III, 29, 9, III, 115, 6; parum humoris assumunt III, 266, 12 s.; vesica carent III, 265, 17 s.; III, 266, 12, 15; item renibus III, 266, 28 s.; multi perexiguum lienem habent III, 265, 17; quinam iis accensendi sint III, 115, 6 s.

Pisces vivipari; v. *Pisces cartilaginei.*

Pisces vocales dicti; quinam III, 72, 18 s., cf. III, 191, 42 s.; III, 455, 47 s.; non genuinam vocem emittunt, sed sonum, idque qualem et quomodo III, 72, 12 ss.; III, 455, 47 s.

Pisistratidæ; Athenis tyrannidem tenuerunt, 588, 21; cur Jovi Olympio ædes exstruxerint, 584, 51; eorum tyrannis exceptis Orthagoridis et Cypselidis omnium diutissime incolumis mansit, 588, 20; non continua fuit, 588, 21; quot annos duraverit, 588, 24, fr. 229, b; cur sublata fuerit, 581, 11; 583, 26; eorum tyrannidem evertere a Pythia jussi sunt Lacedæmonii fr. 229, a.

Pisistratus; e demagogo tyrannus factus est, 580, 15; quomodo tyrannidem sibi vindicaverit, 571, 10; affectabat tyrannidem, utpote custodiam postulans, 316, 8; dum tyrannidem obtinebat bis exsulavit, 588, 21; prælium cum Atheniensibus apud Pallenensium demum commisit fr. 228, a; ex annis tribus et triginta septemdecim regnavit, 588, 22; quum ei dies dicta fuisset, judicium ad Areopagum sustinuisse fertur, 588, 11; ejus filii duodeviginti annos regnaverunt, 588, 23.

Pissoceros (πισσόκηρος); eo secundo loco alvearii ostium oblinunt apes III, 195, 46; quomodo a mity differat III, 195, 47.

πίστις· v. *Convictio* et *Probatio.*

Pistor; quidnam responderit percontanti durumne an mollem subigeret panem, 405, 35.

Pithecusæ insulæ; igneum quoddam et calidum in iis invenitur IV, 80, 28 ss.

Pitholaus; paralon triremem vocabat populi clavum, 396, 48; Sestum vocabat Piræei arcam frumentariam. 396, 49; quidnam in eum et Lycophronem dixerit orator aliquis, 395, 26.

Pittacus; eum tyrannum, i. e. æsymnetam creasse Mytilenæos refert Alcæus in carmine scolio, 537, 51; ebrios, si deliquissent, graviori pœna mulctandos esse sanxit, idque quare, 383, 22; 520, 4, cf. II, 30, 5; ejus dictum de Amphiarao, 363, 42; exemplum citatur, 119, 4 ss.; II, 109, 17.

Pittheus avus Thesei; Trœzeniorum urbem incolis auxit fr. 293, b; nomen docti et sapientissimi viri meruit, *ibid.*; qualis ejus sapientia fuerit, *ibid.*; versus ex *Operibus et Diebus* Hesiodi (v. 370) illi tribuitur fr. 294, a.

Pituita (φλέγμα); excrementum est, ideoque pars similaris humida et mollis III, 2, 14; III, 38, 9; disceptatur an recte definiatur humidum primum ex cibo incoctum, 237, 28; quocunque corporis loco occurrat, excrementum habetur III, 275, 46 ss.; excrementum est, ita ut quo plus aliquis abstulerit, eo magis sublevet IV, 311, 31 ss.; ubi desiccatur, nihil restat nisi baqua et parum terreni III, 350, 31 ss.; tractilis est, sed non pressatilis III, 621, 9; ejus prima materies sunt dulcia aut pinguia II, 561, 28 s., cf. 31 s.; forsan ex eodem fit ex quo bilis II, 561, 30; etiam e bile fieri potest, idque quomodo II, 561, 33 s.; si puro admisceatur alimento apud eos qui sese exercitant, in corpus absumitur III, 334, 39 ss.; igitur primi, idque utilis alimenti residuum est III, 334, 36 ss.; ejus maturatio concoctio est humoris qui ei inest, naturali calore effecta III, 612, 22 ss.; ejus fluxiones principio de capite descendunt, idque quare et quomodo III, 238, 48 ss., cf. III, 486, 13 ss.; III, 507, 17 ss.; quamobrem etiamsi crassa sit sæpe a pedibus ad caput vel ad oculos adscendat IV, 293, 41 ss.; ea constringuntur fauces IV, 177, 21 s.; IV, 309, 23; ejus multa copia si purgetur cur purgatio modum non excedat IV, 311, 26 ss.; cur eam purgantia medicamenta ad ventrem agant IV, 314, 11 ss.; cur morbis nonnullis ab ea oriundis res venerea prosit IV, 117, 44 ss.; IV, 139, 36 ss.; cur sæpe salsa fiat iis quibus natura calida est, si modo pleni robustique sint, nisi concumbant IV, 142, 15 ss.; eam considerat medicus, quia ea quoque consistit sanitas II, 263, 19; pauxillula destillante se mel aut sapores dulces percipere putant dormientes III, 513, 38 ss.

Pituitosi; cur iis conferat æstas sicca et aquilonia itemque et autumnus IV, 110, 16 ss.; si sciamus quidnam iis prosit ad artem pertinet II, 468, 32.

Pius; e sententia Xenophanis non æqua est provocatio, si ei ab impio deferatur jusjurandum, 345, 54; id si fiat comparatur infirmo qui a robusto vapulat, 346, 1.

Pix (πίσσα); ad humidum magis pertinet III, 622, 52 s.; flammatilis est III, 622, 32; ei similis est humor in quibusdam arboribus IV, 24, 11; fumus ex ea nigerrimus est, idque quare III, 644, 9 ss.; ejus exhalatio fuligo est III, 622, 47 s.; tenacitas causa est cur nullum sedimentum habeat III, 615, 30; calida delibutis cornibus podagra boum levatur III, 116, 29 s.; item vitulorum III, 154, 43 s.; tanquam exemplum citatur, 58, 19, 48; 60, 9, 31; 93, 50.

Pix; instar aquæ e terra subsiliens nascitur Apolloniæ juxta regionem Taulantiorum (?) IV, 98, 22 ss.

Pix Macedonica; ab ea non differt quæ e terra subsilit Apolloniæ IV, 98, 27.

Placabiles (εὐκατάλλακτοι); eorum amicitiam appetimus, 352, 22.

Placendi studiosus (ἄρεσκος); ad eum non pertinet, etsi ita videtur, in hominum congressu sua cuique tribuere II, 159, 44; quinam II, 217, 5.

Placendi studium (ἀρέσκεια); animæ affectus est II, 195, 34; idque animæ moralis vituperandus II, 149, 36 s.; II, 217, 3; ejus definitio II, 196, 3; quidnam ei proprium sit II, 149, 35; II, 217, 4 ss.

Placere; omnibus res ardua fr. 343, b.

Placiditas; virtutis universalis sequela est II, 247, 7.

Placita philosophica vulgaria (τὰ ἐγκύκλια φιλοσοφήματα); quænam de rebus divinis doceant II, 383, 1.

Plagæ; cur livorem et tumores sumant IV, 160, 40 ss.

Plagulæ; frequentiores in parte supina habent crustata, in quas primum ova pariunt feminæ III, 58, 32 s.; hujusmodi quattuor ab interiori colli parte habent astaci easque hirsutas III, 59, 49 s.; iis in parte supina carent squillæ gibbæ III, 58, 38; quinque in ultima portione colli habent astaci III, 59, 48 s.; eas a latere ventris operculis impositas habent locustæ III, 90, 50 s.; in inferiores ova pariunt locustæ feminæ III, 90, 44; III, 91, 16; III, 286, 11 s.; igitur eas latiores habent quam mares III, 286, 9 s.; III, 384, 3 ss.; versus partum crescunt ad ova recipienda III, 91, 15 s.; unaquæque earum in plures partes divisa est III, 90, 52 s.; iis ope caudæ replicatæ ova admovere videtur locusta pariens III, 91, 12 s.; eas si diducas, conspiciuntur ova ventri subjecta III, 91, 1 s.; earum interior pars racemo similis videtur III, 90, 51.

Plana figura; v. *Figura plana.*

Planctæ dictæ petræ; eas Jason prætervehi non potuisset, nisi per Istrum e Ponto exiisset IV, 93, 19 s.

Planetæ; non micant, idque quare, 134, 2 ss.; II, 398, 36 s.; unaquæque earum pluribus fertur lationibus II, 402, 34; II, 607, 8 s.; nonnullæ pluribus motibus moventur quam sol et luna II, 401, 14; per accidens ab alio moventur II, 355, 43 ss.; eas æternis lationibus a simplici et prima latione differentibus ferri videmus II, 606, 40 s.; igitur unaquæque harum lationum a substantia æterna et immota moveri oportet II, 606, 43 s.; de earum lationibus celeberrimorum referuntur mathematicorum opiniones, idque quare II, 607, 9 ss.; earum lationes partim ipsi investigare debemus, partim ab iis qui investigarunt discere II, 607, 12 s.; si quid novi de iis proferatur præter jam cognita ab harum rerum peritis, utrosque amare, sed accuratioribus fidem præstare oportet II, 607, 14 ss.; earum motus III, 628, 35 ss.; earum orbes III, 628, 45 ss.; in secunda conversione sunt II, 392, 12; quæ infra ea sunt globum superiorem tangunt II, 394, 1 s.; unaquæque earum motu fertur contrario atque cælum sua in sphæra II, 400, 23 s.; igitur earum motus multiplex est et tardior quam ultima conversio II, 400, 22 s.; quo propiores sunt ultimæ conversioni, eo magis ab ea superantur II, 400, 29 s.; igitur eo celerius orbem suum percurrunt quo longius ab hac conversione distant II, 400, 25 s.; omnes in signifero orbe circumvolvuntur III, 562, 4 s.; III, 563, 19 s.; omnes intra signiferum orbem a sole relinquuntur III, 559, 6 s.; septem sunt numero III, 628, 40 ss.; præter quinque nulla alia unquam visa est III, 559, 13 s.; sæpe omnes simul supra horizontem evecta conspiciuntur III, 559, 14 s.; sive conspicuis omnibus, sive non omnibus, sed aliquibus prope solem latentibus, sæpe apparent cometæ III, 559, 15 ss.; earum ex numero aliquam esse censent cometas Pythagorei III, 558, 26 s.; item Hippocrates Chius ejusque discipulus Æschylus III, 558, 31 ss.; hanc cum Mercurio comparant Pythagorei III, 558, 27 ss.; eamque propter exiguam adscensionem sæpius emergere affirmant, ita ut magnis tantum intervallis cernatur III, 558, 29 ss; eam, quum tardissime relinquatur a sole, interjecto longiori temporis spatio quam reliqua sidera apparere affirmant Hippocrates et Æschylus III, 558, 37 ss.; eam et versus septentrionem et versus austrum relinqui contendunt iidem III, 558, 40 s.; refutantur hæ opiniones III, 559, 4 ss.; quando comam sibi adsciscant III, 560, 44 ss.; III, 563, 6 ss.; earum conjunctionem esse censent Democritus et Anaxagoras, ubi propter viciniam se invicem tangere videntur III, 558, 22 ss.; refutatur hæc opinio III, 559, 51 ss.; earum et inter se et cum stellis fixis, testibus Ægyptiis fiunt conjunctiones III, 559, 1 ss.; cuique earum una plures quam soli et lunæ sphæras, ideoque quattuor tribuit Eudoxus, idque quasnam II, 607, 22 ss.; revera numero novem sunt, secundum Pythagoreos, addita scilicet terra adversa II, 475, 34 ss.; de iis dubitationes fr. 198. a.

Plangus (πλάγγος); aquilæ genus est III, 187, 44 s.; vocatur etiam morphnus et anataria aquila III, 187, 46 s.; robore et magnitudine secundum locum occupat III, 187, 45; quænam loca incolat III, 187, 47 s.

Planities (πεδίον); iis prædita sunt corpora naturalia II, 262, 30; quatenus eas consideret mathematicus II, 262, 31, 39; in ea absque fluminibus admodum pauci inveniuntur fontes III, 569, 9 s.; democratiæ convenit, 613, 37.

Plantæ (*aliorum de iis opiniones*); antiquorum de iis sententiæ IV, 29, 30; intellectum et intelligentiam eas habere dicebant Anaxagoras, Democritus et Abrucalis (Empedocles) IV, 18, 18 s.; cur eas anima præditas esse nonnulli dixerint IV, 18, 4 s.; Anaxagoræ et Abrucalis de iis opiniones IV, 17, 41 ss.; Platonis IV, 17, 47 ss.; spiritum non habet licet Anaxagoras dixerit IV, 20, 17 ss.; quidam completam et integram esse putant propter duas vires quas habet et propter cibum et propter longitudinem vitæ IV, 21, 49 ss.; quærit Empedocles num inveniatur in iis sexus differentia IV, 20, 35 ss.; perperam eas Empedocles sursum et deorsum crescere putat quia terra deorsum, ignis vero sursum fertur III, 449, 18 s.; eas nonnulli non fortuito, sed mente naturave aut alia hujusmodi de causa factas esse putant II, 266, 33; quomodo earum generationem explicarint antiqui III, 220, 30 s.; earum principio perperam non inesse censent pulchrum et perfectum Pythagorei et Speusippus II, 606, 4 ss.; earum formas calculis supputationum assimilat Eurytus II, 636, 25 s.

Plantæ (*quidnam*); ejus species arbor, 3, 32; cum ipsas tum earum partes substantias esse dicimus II, 538, 42; II, 558, 7; cum ipsæ tum earum partes pertinent ad substantias naturales II, 410, 24; numero æternæ esse nequeunt, specie vero possunt III, 344, 34 ss.; igitur earum genus semper exstat III, 344, 37, cf. III, 448, 36 ss.; gignitur II, 544, 11; naturam habet II, 544, 16; earum vita et actio ejusdem generis est ac stellarum II, 401, 50 s.; natura constant II, 260, 36; aliis perficiuntur ac picturæ, statuæ, domus et vasa II, 121, 9; semper ex imperfectis et indeterminatis perfectiores fiunt II, 635, 38 s.; igitur earum principiis assimilanda non sunt universi principia II, 635, 36 s.; nihilo minus earum quoque principia perfecta sunt II, 635, 41; in iis etiam fiunt quæ ad finem conferunt, sed minus distincte quam in animalibus II, 271, 15, 37; quodsi in animalibus fuerint bovigena humana facie prædita, in iis necessaria fuere vitigena oleæ facie prædita II, 271, 39; omnes bona erunt, si unum boni substantia sit ex eoque facti numeri (ideales) II, 625, 15 s.; ei similis est qui nihil dicet, etiamsi dubitationes movere videatur II, 504, 21, cf. II, 507, 45 s.; inter eas et natatilia intercedit quædam ratio quum omnia ad unum coordinata sunt II, 609, 38 ss.; imperfectæ esse solent III, 281, 52 ss.; pertinent ad res naturales ortui et interitui obnoxias III, 226, 46, cf. II, 600, 22; earum corpora et partes incremento et decremento ideoque et alterationi obnoxia sunt II, 370, 33; iis proprius magnitudinis modus est, 606, 19; quantamcunque magnitudinem habere possunt nec ipsæ nec ejus partes II, 253, 8; pertinent ad scientiæ naturalis subjecta, idque quare II, 534, 39 ss.: ad commentationem de earum natura pertinet saporum ampla consideratio III, 484, 29 ss.

Scibile (ἐπιστητόν); omne ad scientiam refertur, 251, 29; idque quomodo II, 526, 38; II, 527, 25 s.; II, 581, 5 s., 14 ss., 24; quomodo scientiæ opponatur 17, 34; inter id et scientiam nihil est intermedium II, 581, 48 s.; ad id refertur scientia, 10, 9; prior esse videtur scientia, 11, 28; si tollatur, simul tollit scientiam, sed non vice versa, 11, 33; multa esse possunt, vel sublato animali, 11, 40; circa id occupatur scientia II, 156, 21; cum demonstratione et ratione explicatur II, 156, 22, cf. 44 s., 51 s.; est id quod secundum scientiam demonstrativam est, 124, 46; quod maxime est, ejus scientia sapientiæ nomine dignissima II, 490, 37, cf. II, 470, 34; demonstrari potest II, 69, 44; ὑπόληπτον est, 194, 45; opinabilis genus esse nequit et cur, 296, 37; id enti assimilat vulgus II, 439, 8; necessaria sunt ideoque æterna, nec oriri possunt, nec interire II, 68, 4; omnia disci possunt II, 68, 7.
Sciens (ἐπιστήμων); tribus modis dicitur, primo qui scientia capax est, secundo qui scientiam habet, sed ea nunc non utitur, tertio qui jam contemplatur III, 451, 16 s.; qua ratione et quatenus opponatur ignoranti II, 203, 4; eo quam maxime consistit, ut anima ad aliquid certo modo sese habeat II, 338, 20; aliquis dicitur quia anima ratione prædita sciens est II, 287, 51; ejus signum est quod docere potest II, 469, 23 s., cf. II, 68, 7; paralogistice discere dicitur, 278, 10; quomodo ex discente fieri dicatur II, 487, 21 s.; si quis fiat, generationem obtinere dicimus II, 439, 40; fieri dicimur eo quod mens stat et quiescit II, 338, 30; id est eo quod animæ naturalis turbatio sedatur II, 338, 36 ss.; denuo fieri non dicimur ubi ex ebrietate vel morbo vel somno ad contrarium statum transimus II, 338, 33 s.; nec ubi a principio scientiam assumimus II, 238, 36; scientiam facit II, 464, 2; ambo contraria facit II, 565, 23; quidnam ejus officium sit, 277, 6; si scientia abutatur sponte errat II, 343, 13; ei perperam proprium esse dicitur ut non fallatur ratione, 224, 42; ei proprium est ut ejus convictio ratione non evertatur quia habet, 227, 44; 228, 13; eum innuit Protagoras, hominum omnium mensuram esse dicens II, 575, 25; vitam jucundiorem agunt quam quærentes II, 124, 17; iis ad agendum aptiores sunt inscii quidam II, 70, 48; item in reliquis rebus periti II, 70, 49; ei similis esse videtur vir magnificus II, 42, 32.
Sciens actu; aliquatenus actu est, sed non eodem modo ac antequam didicisset vel invenisset III, 467, 39 ss.; per se agere potest III, 467, 40 s.; ei comparatur intellectus III, 467, 39 ss.
Sciens potentia; nullum motum passus, sed eo quod aliquid adest actu sciens fit II, 338, 22 ss.; particulare scilicet generali sua scientia arripit II, 338, 24 s.; et qui discit et qui scientiam habet, sed non speculatur, attamen non eodem modo II, 349, 18 ss.; est qui non speculatur, si speculari potest II, 568, 2 s.
Scientem (i. e. memoria tenentem) simul non scire (i. e.

intelligere) ; hujus sophismatis una interrogatio ambigua est, 297, 14 ; ei respondendum est : *utique, sed non qui ita sciunt*, 297, 31.

Scientia (ἐπιστήμη) (*de ea quæ ab aliis dicta sint*) : rerum sensibilium esse nequit secundum Heraclitum II, 477, 31 ; II, 615, 11 ; omnes prosperitates esse affirmabat Socrates II, 239, 35 ; rebus dijudicandis inservit secundum Platonem III, 434, 39 ss.; unica via ad unitatem procedit III, 434, 36 ; igitur eam duobus assimilat Plato III, 434, 36 s.; quorum est, eorum quoque sunt ideæ, inquiunt idearum assertores II, 482, 15 s., 31 ; II, 615, 41 ss.; rerum sensibilium non fore censent qui solum mathematicum numerum agnoscunt, nisi ipsorum placitis assentiaris II, 632, 48 s.; opinio eorum qui eam esse negant, 123, 34, 37 ss.; secundum Lycophronem commercium sciendi cum anima est II, 564, 34 s.

Scientia (*ejus definitiones*); notio est II, 565, 10; forma et actus et notio est ejus qui eam recipere valet, id est scientis III, 446, 48 ss.; ejus definitio, 122, 22; II, 68, 14 ; vera eo constat ut causas sciamus, 122, 10, cf. 127, 28; an præterea alia exstet postea considerandum est, 122, 16, cf. 124, 11, 45; e quibusnam fiat, 122, 21, cf. 238, 40; 239, 17 ; potentia est cum ratione conjuncta II, 565, 19 s.; uniuscujusque rei habemus, ubi ejus quidditatem cognovimus II, 543, 16 s., 32 s.; disceptatur an eadem sit ac principiorum immediatorum cognitio, 170, 21 ; quomodo ab arte differat, 170, 50 ; II, 68, 13 ss., cf. II, 469, 44 ; ejus initium provenit ab experientia et primo universali in anima quiescente, 170, 47 ; habitus est intellectus, 171, 14-17 ; semper vera est, 152, 14 ; 171, 16 ; ea secundum veritatem affirmat vel negat animus II, 67, 46 ; II, 69, 49 ; ut dixerit, sic se habet et quid et quale et quantum, 326, 53; ea nihil exquisitius nec verius præter mentem, 171, 17, 21 ; omnis cum ratione est, 171, 19 ; II, 131, 31 ; quod præter eam est præter rationem est II, 240, 18 s.; non versatur circa principia, 171, 20 ; II, 69, 43, 51 ; ejus principium non est scientia, 171, 23 ; ejus principium mens, 171, 25 ; singulæ se habent ad singulas res ut mens ad principia, 171, 26 ; ad aliquid est, etiamsi ejus species grammatica non sit ad aliquid, 212, 22 ; ad aliquid esse videtur, 9, 30, 32, 44 ; II, 527, 35 s.; ejus genus ad aliquid, particulares qualia, 16, 42 ; ad scibile esse dicitur, etiamsi habitus et dispositio quæ ejus genera sunt, non scibilis, sed animæ esse dicantur, 212, 38 ; alicujus esse dicitur eodem modo ac ejus genera habitus et dispositio, 212, 44 ; eodem modo reciprocat ac existimatio (ὑπόληψις) quæ ejus genus est, 212, 56 ; quæritur an idem sit quod sensus, 174, 33 ; quomodo a sensu differat, 180, 10 ; non est sensus, 194, 48 ; 195, 1 ; non multum differt a sensu, 184, 28 ; ita se habet ad scibile ut sensus ad sensibile, 184, 33 ; quæritur an sensibilium sit, 194, 48 ; ejus vim apud vulgus obtinet sensus II, 439, 9 ; homini minus propria quam animali sensus, 233, 27 ; demonstrabilium sensu acquiri nequit, 150, 18, 41 ; in eo ad quod refertur, i. e. scibili, contineri nequit, nisi scibile sit homo aut anima, 213, 36 ; adstruitur ejus mansionem non esse memoriam, 213, 39 ; quomodo scibili opponatur, 17, 34 ; non est scibile, 216, 4 ; nihil inter eam et scibile intermedium est II, 581, 48 s.; ad scibile refertur, 10, 9 ; ea prior esse videtur scibile, 11, 28 ; in genere scibilis est, 305, 30 ; ad eam refertur omne scibile, idque quomodo, 251, 29 ; II, 526, 38 ; II, 527, 25 ; II, 581, 5 s., 14 ss., 24 ; quodammodo idem est quod scibilia III, 470, 38 s.; dividitur igitur in res ipsas, idque quæ potentia est, in eas quæ potentia sunt, quæ actu, in eas quæ actu III, 470, 40 ss.; una cum scibili tollitur, 11, 33 ; exemplo ostenditur quomodo ab opinione differat, 12, 45; opinio est, 194, 44 ; existimationis species est, genus vero scientiarum II, 312, 42 ; existimatio est de rebus universalibus et quæ necessario sunt II, 69, 40 ; ei perperam proprium esse dicitur quod sit existimatio argumentis non expellenda quæ unum sit, 222, 2 ; ei recte proprium esse dicitur esse opinionem maxime fidem facientem, 223, 1 ; quomodo ab opinione differat, 152, 5 ss.; universalis est et per necessaria, 152, 6 ; eam ita se habere vulgi probatur opinione, 152, 20 ; demonstrationi obnoxia est, 152, 13 ; II, 69, 5 ; quid sint res sumunt, eas vero esse demonstrant, 158, 35 ; nulla demonstrat hoc nomen illud significare, 159, 6 ; quomodo aliquo usque eadem esse videatur ac opinio, 152, 25 ss.; aliquatenus ejusdem esse potest cujus et opinio, 152, 38 ; simul ejusdem esse nequit cujus est opinio, 153, 4 ss.; ad ethicam vel physicam pertinet, ut ejus differentiam exponant a mente, ab intellectu, ab arte, a sapientia, a prudentia, 153, 14 ; definienda non est existimatio stabilis, non addito cujusnam, 246, 37 ; ab ea nullo modo differt vehemens opinio, quod ad stabilitatem et inconcessam fidem attinet II, 163, 40 ; non eo ab opinione differt, quod illi majorem fidem habent quam huic II, 78, 40 ; rectæ intellectionis species est III, 465, 17 s.; item existimationis III, 465, 34 s.; quum semper vera sit, idem quod ea esse nequit imaginatio III, 466, 4 ss.; est habitus vel facultas cujus ope aliquid discernimus III, 465, 42 ss.; quomodo a sapientia et ab opinione differat, alio loco exponitur III, 465, 36 ; ad genera habitus et dispositio pertinet, 190, 1 s.; 207, 44 ; habitus est et quare, 13, 12 ; docendi ratio est eaque qualis et quomodo a peritia (παιδεία) differat ; III, 218, 2 ss., cf. 20 ; ei fere similis videtur experientia II, 468, 21 ; ab experientia pendet II, 468, 22 ; arrepta e consuetudine experientia scientia evadit II, 146, 8 ; propius ad eam accedit ars quam experientia II, 69, 24 ; eam sine actu habet qui memoria utitur III, 494, 17 s.; quæritur an ita appellari liceat affectum vel habitum, qui accedente tempore memoria fit III, 496, 39 ; ut definiatur non dicenda est ἀμετάπτωτος, 236, 24 ; numero idem esse nequit ac virtus, 256, 14 ; convictio est, si sciens quatenus scit, convincitur, 218, 27 ; ei proprium est, ut ejus convictio ratione non evertatur, quia habetur, 227, 47 ; 228, 13 ; quomodo refutandi sint qui id negant, 226, 51 ; 227, 6 ; ejus definitione simul definiuntur ignorantia, doctum, indoctum, scire et ignorare, 247, 42 ; ei contraria ignorantia, 9, 44 ; non licet eam modo scientiam, modo ignorantiam esse II, 555, 8 s.; in specie non idem significat quod in genere, 305, 29 ; pertinet ad res quæ potentia fiunt, id est ad res idearum participes Platonis II, 464, 2 ss., eam facit sciens II, 464, 2 ; quare eam rerum mensuram dicamus, etsi non omnino recte II, 575, 29 ss.; 36 s., cf. II, 581, 14 ss.; eam non eadem re metiri licet qua pecuniam II, 233, 26, cf. 38 ss.; dici non potest motus per corpus, 214, 2 ; non movetur, sed in eam fit motus II, 308, 18 ; II, 597, 43 ; nonnisi per accidens moveri potest, idque quare II, 289, 15 ; in duas partes contrarias movere videtur II, 343, 16 ; ea abutens sponte errat II, 343, 13 s.; de ea agit analytica scientia II, 585, 29 s.: circa ejus principium versantur inductivi sermones et definitiones universales II, 615, 25 ; et ipsam et ejus modum simul investigare non decet II, 488, 21 s.; et ipsa et ejus modus difficile parantur II, 488, 12 s.; in ea recentes speculationes et disciplinæ optime sentiuntur II, 222, 41 ; in ea patria instituta mutare confert, 510, 8 ;

ad eam maxime accommodata est figura prima, 135, 23, 39; ejus rectitudo exsistere nequit, quippe ne peccatum quidem II, 72, 15, v. *Contemplatio.*

Scientia (*an bonum sit*); omnium rerum quæ in nobis sunt optima et stabilissima et firmissima et violentissima est II, 169, 39, 41; absurdum est eam abjici, vel mutari, vel vinci ab alio II, 162, 40; II, 163, 37; II, 164, 5 s.; genere bonum est, non malum, etiamsi exstent quædam malæ II, 169, 39 ss.; ex bonis dijudicanda est II, 169, 44 s.; quædam malum erit, si quid corrumpens scientiam bonum, 203, 45; quædam malum erit, si quis scientiæ interitus bonum aut aliqua ejus generatio malum, 203, 47; si qua magis bonum quam voluptas, nullaque bonum est, neque voluptas bonum, 204, 9; quædam bonum erit, si scientia quædam ac potentia similiter bonum sunt estque quædam potentia bonum, 204, 14; nulla bonum erit, si nulla potentia, 204, 15; quædam bonum erit, si potentia quædam minus bonum est quam scientia, estque aliqua potentia bonum, 204, 17; non necesse est nullam bonum esse, si nulla potentia bonum est, 204, 19; nulla bonum erit, si prudentia bonum non est, 203, 25; cur ejus genus esse nequeat bonum vel pulchrum, 206, 15; cuique propria est virtus II, 156, 41; ejus particeps est sapientia, idque quatenus II, 156, 51, cf 47, 53; non laudabilis (?) II, 157, 39 s.; ea nihil melius præter deum II, 240, 39; omnes bonum sunt, 324, 3; quædam malæ, idque quænam II, 169, 39 s.

Scientia (*ejus utilitas et usus*); eam omnes homines cupiunt II, 468, 1; ea et recte et perverse licet uti II, 237, 33; si perverse ea utamur, id est si erremus, eadem efficimus ac si ignorantes essemus II, 237, 35, 40, 43; ex ea tamen ignorare non possumus II, 237, 42; in ea superior scientia causa est transitus a recto usu ad perversum II, 237, 49; omnis optimi est, 241, 31; prudentiam a recto usu abducere nequit II, 237, 51; felicitatem facit II, 238, 31; obstaculum non est agendi, quia altera secundum alteram agere vetat II, 170, 39 ss.; omnis cum voluptate conjuncta est II, 178, 13, cf. 8; nec ideo obstaculum est agendi, sed potius ad agendum incitat, II, 170, 41 ss.; ea qui non utitur, etiamsi habeat interdum juste ignorans, interdum non juste dicitur II, 203, 15; qui ea propter non utitur non juste ignorans II, 203, 17; quam facile acquirere possit aut sibi necessariam acquirere qui omittit propter negligentiam aut voluptatem aut dolorem vituperandus est II, 203, 18; ab ea possunt fieri etiam ea quorum finis non est II, 206, 1; ab ea inprimis pendere videtur sapientia II, 469, 11; eam sectaremur, etiamsi nullam voluptatem pareret II, 119, 18; ab ea pendet civitatis probitas, 616, 26; ad eam haudquaquam pertinet prosperitas II, 172, 26; præter eam aliud quid arbiter esse videtur an secundum eam acturi simus necne III, 472, 14 s.; argumentatione ex ea petita uti nequit rhetorica, 312, 13; ad institutionem pertinet hæc argumentatio, 312, 12; non ea edocti pulchras plagas infligunt inexercitati II, 474, 22; vel iis stabiliores sunt actiones virtuti congruæ II, 10, 44; ex iis probari potest prudentiam esse activam II, 158, 35; refutare videntur opinionem qua idea boni tanquam exemplum in re morali utilis esse possit II, 5, 27.

Scientia (*ubinam sit et quomodo paretur*); eam Minervæ tribuere solemus, 632, 12; ejus capax homo, 11, 2; 176, 36; in anima est, 1, 33; II, 288, 5; ejus subjecta sunt quæ cogitamus aut contemplamur, eo ipso tempore quo ea contemplamur aut cogitamus III, 494, 15 ss.; tantummodo animæ parti rationali et facultati rationali præditis inest, 219, 23; deficeret aliqua, si deficeret sensus aliquis, 139, 20; ejus principium et unitas mens. 145, 28; 152, 11; ejus non capax ἐπιθυμητικόν, 193, 40; ejus primitiva assumptio non est generatio II, 338, 28 s.; non constat utrum intus an extra sit quæ nondum ad actum perducta est II, 570, 42; comparatur igitur Mercurio Pausonis II, 570, 41; alii rei admisceri nequit, idque quare II, 452, 3; eam acquirimus, ubi species apprehendimus quibus entia denominantur II, 493, 22; earum peritus fit aliquis simulac scit quid unaquæque sit II, 134, 3; eam vel nobis ipsis vel aliis debemus II, 315, 18; discentem sequitur, 299, 35; disciplinam sequitur, nec vice versa 323, 17; 325, 38; particularium consequimur inductione, 114, 4; quomodo ejusdem rei habeamus, cujus habemus ignorantiam, 113, 12; 114, 8, 25; secundum syllogismum contraria non est neque deceptio secundum medium, neque ὑπόληψις secundum alterum medium, 114, 10; quænam abductio ei propior sit, 117, 23, 34; quando in eam transeat abductio, 117, 37; aliquam qui discere vult, nihil scire debet eorum quæ docendus est II, 485, 18; ad eam per accidens pervenire potest qui sanatur II, 310, 13; II, 599, 4; haberi dicitur, 24, 3; eam tunc habere putamus, ubi causas cognoverimus II, 488, 4 s.; difficile dijudicatu est an veram habeamus, necne, 130, 15; quando perperam nos veram habere arbitremur, 130, 18; circa ejus habitum magnam mutationem facit morbus, 13, 14; qui eas non possident, eos habitu præditos non dicunt, 13, 29; eam simul habebit et non habebit aliquis, si simul idem docere et discere liceat II, 351, 43 s.; eam adsumenti quatenus tribui possit affectus ac alteratio III, 451, 30; quatenus alteratio tribui possit eam habenti, si contemplans fiat III, 451, 32 ss., cf. 42 ss.; eam habenti, sed non contemplanti similis est anima sensitiva simulac natum est sentiens III, 451, 45 ss.; eam habere dicitur cum qui ea utitur, tum qui non II, 78, 43; eam habere dicitur cum qui ea utitur tum qui uti potest II, 521, 26 s.; eam præterea tertio modo habere licet, ut ebrii, dormientes furiosique II, 79, 6, cf. II, 164, 1; ei tempore opus est ut nobiscum coalescat II, 79, 19; proprie sic dicta loco non deturbatur apud incontinentes II, 79, 51; eam habere licet, etiamsi ea non agamus II, 163, 46 ss.; universalem habere licet et tamen particulari carere II, 164, 13, cf. 18 ss.; eam qui habet, sed non speculatur, potentia sciens est, sed non eodem modo ac antequam non disceret II, 349, 17 ss.; eam qui habet, ubi nihil eum impedit, statim agit et speculatur, vel in contradictione et ignorantia erit II, 349, 24 s., 45; eodem modo disponunt omnes habentes II, 169, 24; hac in re iis dissimiles sunt voluptates *ibid.*; an ea carens facere possit quæ ejus sunt, quærunt sophistæ II, 570, 17 s.; quatenus eam habeat discens II, 570, 18 s., 21 s., cf. 121, 33 ss.; eam magis artificibus quam expertis tribuere solemus II, 469, 8 ss.; omnis doceri potest II, 68, 7, cf. II, 469, 23; discipulo habitum conciliat, sed usum vel actum docere nequit II, 174, 32, 40; eam tunc habet aliquis, ubi certo aliquo modo credit et nota ei sunt principia II, 68, 15; nisi ei principia magis cognita sint quam conclusio, eam nonnisi per accidens habebit II, 68, 16; quando non sit per accidens, 129, 38; una cum animali tollitur, 11, 39; ejus abjectio oblivium et error, 258, 20; idque quatenus, 264, 30; ejus interitus sunt oblivio et error III, 258, 6; interire potest non intereunte eo cui inest III, 258, 3 ss.; non eodem modo quo animæ inest, corpori inesse videtur anima III, 528, 10 ss.; per accidens interit intereunte animali cui inest III 528, 8 s.; ejus interitus variæ species fr. 110, 6, 47.

Scientia (*quidnam spectet*); circa quasnam res versetur II, 156, 21, 44, 46, 49 s.; ei maxime confert contemplatio τοῦ διότι, 135, 30; ei nihil conferunt ideæ II, 483, 1 s.; II, 616, 36; non spectat singulare, 314, 38; universalia respicit II, 627, 39; III, 451, 51 s.; universalia spectat, spectareque dicitur II, 129, 10, 19; omnis spectat universalia, non ultima II, 585, 37; circa ultimum non versatur II, 71, 46; unaquæque spectat quod sibi per se proprium est II, 593, 22 s.; id est proprium finem II, 593, 24; iis causa est finis II, 484, 36; pleræque referuntur ad id quod est, 251, 40; omnis spectat quod semper aut plerumque fit II, 536, 39; II, 593, 44 s.; alias nec disci nec doceri posset II, 536, 40; eam acquirere non licet, si nihil exstet præter singularia II, 494, 28, 39; non fit de fortuitio, sed fit περὶ πεφυκότων, 53, 47; 150, 9; spectant res quæ fieri possunt, 368, 34; spectat ea quæ alio modo se habere non possunt II, 68, 2; versantur circa rem ad quam pertinent, non circa accidens II, 614, 5 s.; nulla excepta sophistica circa accidens occupatur II, 535, 31 s.; II, 536, 4, 38 ss.; 46; II, 593, 18 s., 46 ss.; infinitorum non est, 147, 14; II, 494, 27 s.; omnis medium respicit II, 19, 33; obtinet in omnibus methodis quibus principia vel causæ vel elementa sunt II, 248, 1; quatenus demonstrare possit quæ ad aliam scientiam pertinent, 129, 2; simpliciter sic dicta, quatenus corruptibilium sit, 129, 14; eorum quæ sæpe fiunt, quatenus semper sint, 129, 23; non sufficit eam e veris et indemonstrabilibus monstrari, si secundum commune fiat, 129, 30; non erit, nisi principia entium numero unum sint II, 495, 15 s.; id quod deest requirunt, sed illius cognitionem prætermittunt II, 5. 28; cum præsentia, tum futura ac præterita spectat, 190, 51; semper circa priora versatur II, 612, 30 s.; obtinere nequit nisi ad insecabilia pervenias II, 487, 48 s.; igitur eam tollunt qui infinitum esse statuunt II, 487, 47 s.; unaquæque finem habet eumque bonum, 533, 13; II, 132, 10; nulla mali gratia exstat II, 132, 11; nulla probat finem suum bonum esse II, 132, 39, 46; II, 133, 40; nulla de bono communi disserit secundum singulas categorias II, 133, 23; in iis cum finis rectus subesse debet, tum actiones quæ ad hunc finem tendunt, 615, 39; II, 144, 49 s.; singularium acquirere non licet, 139, 29; eam absque universalibus acquirere non licet II, 627, 9; ex universalibus acquirere non licet nisi per inductionem, 139, 30; omnium rerum universales sunt II, 499, 46 s., cf. II, 587, 8 s.; igitur non erunt si non universalia erunt principia II, 499, 45 s., cf. 47 ss.; si omnis universalis sit, entium principia erunt universalia, et non substantiæ separabiles II, 628, 3 ss.; igitur aliquatenus universalis est, aliquatenus non II, 628, 7 s., 18 s.; universalis quatenus potentia, non universalis quatenus actu II, 628, 9; non solum ad substantias, sed et ad multas alias res pertinet II, 482, 31; II, 616, 5, cf. II, 482, 16, II, 615, 41; si est quæ circa principia versetur, ea necessario substantiæ esse debet II, 587, 11 s.; quæritur utrum solummodo substantiæ, an etiam demonstrationis principia considerare debeat II, 489, 4 s.; II, 491, 5 s., cf. II, 491, ss.; quærendum utrum ad unam an ad plures pertineat, ut de principiis et de causis spectet II, 488, 28 s.; II, 489, 3; II, 490, 5; proprie spectat primum a quo cetera pendent et a quo nomen petunt II, 500, 34 s.; non unica omnium animalium bonum spectat, sed cujusque propria II, 70, 27; quæritur circa quænam plana lineasque et puncta versetur, si res mathematicæ a sensibilibus separatæ exstent II, 612, 28 ss.

Scientia (*ejus species et variæ differentiæ*); tribus modis dicitur, 114, 23; quomodo differat universalis a particulari, 114, 18; universali non propria consideramus particularia, 114, 6; distinguuntur in speculativas, effectivas et activas, 244, 36; 263, 35, II, 592, 29 s., 52 s., cf. II, 534, 26; omnes πρός τι sunt æque ac ipsa scientia, 244, 36; 263, 35; aliæ nullum alium finem habent nisi actum ipsum, aliæ e contra II, 180, 9 ss.; forsan infinitæ sunt, 285, 26; quæque habet proprias quæstiones et quales, 132, 20 ss.; quænam una, quænam diversa, 149, 30; 155, 22; τοῦ ὅτι quomodo differat a scientia τοῦ διότι, quando ad eandem scientiam pertinent ambo, 133, 44; non omnis demonstrari potest, 123. 50; immediatorum demonstrari nequit, 123, 50; vera non est, nisi medium sit necessarium, 127, 33 ss.; quæque proprias habet refutationes cum veras, tum apparentes, 285, 31, 35; uniuscujusque refutationes investigare debet hujus scientiæ peritus, 285, 40; unam plurium rerum non esse, universalis est propositio, 275, 10; in omnibus idem est qui opus et qui bonum opus facit II, 135, 44; in omnibus, excepta civili, iidem artem docent qui muneribus funguntur II, 129, 30; diversæ esse nequeunt idem respicientes III, 492, 22; eadem materiem spectat et aliquatenus formam II, 263, 18; eadem finem spectat et ea quæ hujus gratia fiunt II, 263, 23; omnes secum invicem communicant secundum principia communia, 132, 9; quæ sibi invicem non subjiciuntur, tamen interdum argumenta ex aliis scientiis petunt, 135, 19; omnes e definitionibus constituuntur, 169, 33; non ad diversam pertinent quæ multis modis dicuntur, sed quorum definitiones non secundum unum dicuntur aut ad unum referantur II, 501, 36 s., cf. II, 587, 21 ss.; ad unicam pertinent negatio et privatio et res quas negatio et privatio respiciunt II, 501, 21 ss.; contrariorum eadem est, 39, 13; 81, 9, cf. 84, 5; 118, 3; 178, 15; 180, 27; 181, 10; 189, 9; 261, 31; 262, 48; 293, 26; II, 52, 21; II, 490, 6 s.; II, 584, 36 s.; II, 501, 20; II, 587, 47; III, 465, 13 s.; idque quatenus et quare, 287, 28; II, 565, 9 ss., 23 ss.; nonnullis contrariorum eadem esse videtur, 240, 14, cf. 261, 33, 273, 33; an contrariorum eadem sit, logicum est problema, 180, 47; quomodo quæratur an omnium oppositorum eadem, 187, 25; an eadem sit contrariorum, sine essentiæ ope quærunt dialectici, II, 615, 21 ss., an oppositorum una, 118, 4; non una ejus quod cognosci et ejus quod non cognosci potest, 118, 6; maxime e medio petitur, 119, 31; eadem duarum rerum esse potest, alterius ut finis, alterius ut ad finem tendentis, 189, 6; æquivocorum unica non est II, 587, 23; quatenus ad unam pertineant quæ genere differunt et multa sunt II 588, 33 s.; cujusvis generis unica est II, 500, 38; II, 578, 32 s., cf. II, 587, 23 s.; ad eandem pertinent non solum quæ ad unum idemque dicuntur, sed et quæ ad unicam aliquam naturam II, 500, 30 ss; II, 588, 31; earum species ad genera vel species entis et unius pertinent II, 500, 41; II, 501, 16; si plurium una est, etiam opinio plurium una, 195, 45; in omnibus quæ non partem pertractant, sed circa unam rem absolvuntur, ad eandem pertinet investigare quid unicuique generi conveniat, 543, 11; singulari propria pleraque principia, 77, 6; in unaquaque observatis sufficienter phænomenis, inventæ sunt demonstrationes, 77, 10; videntur semper aliud respicere, nec nisi obiter se ipsæ, II, 609, 15 s.; nonnullarum rerum tamen idem sunt quod res scibilis, idque quarumnam II. 609, 19 ss.; quæcunque cogitativæ aut cogitationis participes sunt, circa causas vel principia versantur

II, 534, 4 ss., cf. II, 592. 7 ss.; ad quamnam pertineat geometriæ principia investigare II, 249, 8; ad unicam non pertinet de omni bono disserere II, 133, 9; quæritur an unica omnes substantias spectet, et si plures, an cognatæ II, 489, 9 s.; II, 491, 27; quæritur an omnes quæ substantiam spectant, sapientiæ sint vocandæ II, 489, 10 s.; quæ ad causam finalem pertinet ejus reliquæ ancillæ sunt II, 490, 35, cf. II 470, 36 ss.; rerum universalium inprimis sapienti competit II, 470, 20 s.; quæ de prioribus est et de omnium principiis, maxime scientia est, 130, 5; quænam exquisitior et prior, 149, 23; earum principalis politica est, 533, 15; quæ prima spectant accuratissimæ sunt II, 470, 24 s.; quæ causas speculatur ad docendum aptissima est II, 470, 27; ei quæ res maxime scibiles spectat imprimis evenit ut sui causa appetatur II, 470, 29 ss.; i. e. ei quæ causas et prima spectat II, 470, 34; quænam maxime divinæ sint habendæ II, 471, 22 s: quæ sui causa et sciendi gratia optabilis est, magis ad sapientiam pertinet quam quæ propter eventa II, 470, 12 ss.; item principalior magis quam ei subministrans II, 470, 14; speculativæ sapientiores habentur quam effectivæ II, 469, 51; exquisitas et sibi sufficientes non spectat deliberatio II, 27, 50; II, 144, 17; magis quam eas, artes spectat deliberatio II, 28, 5; alia alia melior est vel quia exquisitior, vel quia meliorum est, 263, 34; quorum pulchriores vel honestiores sunt, ipsa quoque præstant, itemque vice versa, 326, 43, 46; ut ipsa se habet, sic quoque verum, 326, 45; quædam optimum est, etiamsi exstent quædam pravæ II, 88, 38; honorabilissima et optima esse debet quæ circa honorabilissimum genus versatur II, 535, 10 s.; II, 593, 4 ss.; quibusnam in civitate opus sit et quatenus, determinat politica II, 1, 31; quomodo medica dicatur II, 176, 8; ejus species est medicina II, 527, 35; item grammatica et musica, 190, 16 s.; item παλαιστρική et πυκτική, 15, 37; rerum sensibilium non penes nos est, idque quare III, 452, 1; exstare videtur quæ circa spem versatur III, 494, 9 s.; nonnullæ voluptatem efficiunt tanquam finem suum, idque quænam II, 171, 9 ss.; reliquæ cum voluptate aut non sine voluptate sunt II, 171, 12; omnes motu utuntur II, 346, 18; igitur omnes oppugnat placitum quo omnia quiescere censentur II, 346, 17; cur erga alias habitudinem nos habere dicamus, erga alias vero non IV, 269, 16 ss.; liberalium cultus, quomodo interdum illiberalis evadere possit, 625, 24; eas otium parit II, 469, 40 ss.; tum demum ortæ sunt quum omnes artes ad res necessarias et ad oblectationem pertinentes inventæ essent II, 469,, 38 ss., cf. II, 471, 5 ss.; eas non indicat physiognomonica IV, 2, 46; nulla nec contemplativa, nec activa determinat an per accidens sint res quas pertractat II, 196, 23; in iis non facile est scire quomodo et e quibus futuræ sint, nisi sciamus etiam quid sint II, 131, 22; in exercitationibus circa quas versantur nec nimium nec parum laborare aut remittere oportet II, 66, 29, v. *Philosophiæ.*

Scientia (εἴδησις); omnis tanquam res pulchra et honorabilis consideranda est III, 431, 1 s.; aliæ tamen aliis pulchriores, idque quænam III, 431, 2 s.; maxime faciendis animæ investigatio accensenda est III, 431, 3 s.

Scientia activa (πρακτική); numero idem esse nequit quod scientia speculativa, 256, 17; in iis apud agentem est motus vel arbitrium II, 534, 24; II, 592. 24 s.

Scientia actu (πράγματι); idem est quod res III, 468, 37, cf. 20 s.; III, 469, 35 s.

Scientia analytica; v. *Analytica scientia.*

Scientia civilis; v. *Civilis scientia.*

Scientia demonstrativa (ἀποδεικτική); argumentum *Analyticorum priorum,* 39, 2; idem quod demonstratio, 170, 10; est quam ideo habemus quia demonstrationem habemus, 124, 47; 155, 9, 23; est ex principiis necessariis, 127, 3; in ea quænam petantur a principio, 110, 39; non est circa accidentia per se, 128, 10; omnes axiomatis utuntur II, 491, 21, cf. 22; iis insunt prius ac posterius secundum ordinem, 22, 1; omnes circa tria versantur, idque quænam, 130, 47; quædam horum trium prætermittunt nonnulla, 131, 1; fortuitorum non est, 150, 9, cf. 53, 47.

Scientiæ effectivæ (ποιητική); omnes potentiæ sunt II, 565, 4 s., cf. 20; contrariorum sunt, idque quomodo II, 565, 13 s.; alium finem habent quam scientiam et cognitionem II, 188, 23; earum initium et fundamentum est finis II, 206, 50; quæ res materie carentes spectant, idem sunt quod res scibilis, i. e. notio et cogitatio II, 609, 21 s.

Scientia fabri; movet manus vel aliam corporis partem III, 345, 45.

Scientia herilis; v. *Herilis scientia.*

Scientia omnium; eam aliqui exstare putant II, 485, 19; eam discere non licet, si exstet, nisi antea plane nihil scias II, 485, 20; si nobis naturaliter insita sit, mirum est eam nos latere, etiamsi omnium præstantissima sit II, 485, 24 ss.

Scientia omnium rectrix (κυρία πασῶν); ea est quæ civilem, moralem et domesticam comprehendit II, 191, 36; ad eam pertinet summum bonum, i. e. rerum homini agendarum finis II, 191, 35.

Scientia potentia (δυνάμει); in individuo tempore prior est in universum ne tempore quidem III, 468, 38 s.; III, 469, 36 s.

Scientia hominis; v. *Hominis scientia.*

Scientiæ particulares; (ἐν μέρει); quomodo a philosophia prima differant II, 500, 2; quidnam sit earum subjectum II, 500, 4 s.; ens quoddam et genus circumscribunt et circa id versantur II, 534, 6 ss.; II, 592, 10 ss.; quæ per se huic generi insunt demonstrant, idque quomodo II, 534, 11 ss., cf. II, 592, 15 s.; essentiæ hujus generis nullam rationem habent II, 534, 9; quærunt an hoc genus sit vel non sit, idque quare II, 534, 16 ss.; essentiam tamen nosse debent et eo tanquam principio utuntur II, 592, 30 s.; partim sensu genus suum manifestant, partim solummodo ponunt quid sit II, 534, 9 ss.; II, 592, 16 s.

Scientiæ philosophicæ; v. *Philosophicæ scientiæ.*

Scientiæ quæ altera alteri subjiciuntur; in iis subjectum differt, τὸ διότι vero in superiori est, 129, 46; 134, 52 ss.; his interdum denuo tertia scientia subjicitur, 135, 15; nonnullæ eodem nomine designantur, 135, 2.

Scientiæ sedentariæ; v. *Sedentariæ scientiæ.*

Scientia servilis; v. *Servilis scientia.*

Scientia speculativa (θεωρητική); non rite definitur existimatio contemplativa, 250, 37, 45; idem est quod scibile ei respondens III, 468, 20 s., cf. 36 s.; III, 469, 35 s.; numero idem esse nequit quod scientia activa, 256, 16; ejus principium hypotheses II, 205, 36, II, 206, 49; quæ res materie carentes spectant idem sunt quod res scibilis, id est notio et cogitatio II, 609, 21 s.; simulac eas didicimus, earum periti sumus II, 188, 14; eam habemus ut speculemur, non vero vice versa, nisi excipias qui exercitii causa speculantur II, 570, 34 s.; reliquis præferendæ sunt II, 535, 11 s.; II, 593, 1 s.; earum nobilissima philosophia prima II, 535, 12; II, 593, 3; in iis alia est demonstrationis atque

necessitatis ratio quam in naturalibus III, 219, 31 s.; ad eam pertinent immota, æterna et separabilia, si exstent II, 534, 47 s., cf. II, 592, 46 s.; nullum aliud officium habent nisi rerum sibi subjectarum cognitionem ac contemplationem, II, 188, 19; attamen nihil vetat, eas per accidens nobis ad multas res utiles esse II, 188, 21.
Scientiæ idea; si exstet, aliquid erit quod magis sciens est quam ea II, 571, 44.
Scientiæ dicata pars animæ; v. *Anima scientiæ dicata.*
Scientia τῶν πρός τι· eadem, 181, 11; ejus differentiæ aliæ quam animalium, 184, 4.
Scilla; cur recondita germinet IV, 219, 31, 47; in ejus caules interdum pariunt cicadæ III, 100, 32; unam radicem habet, idque quare IV, 26, 413.
Scintilla; quando eas emittat fomes quæ incenditur III, 556, 51.; ejus locus idem est qui totius ignis II, 280, 3, 53; eodem fertur quo universus ignis II, 378, 14 s.
Scire (ἐπίστασθαι); duobus modis dicitur, idque quibusnam II, 78, 43; II, 203; 14; II, 521, 26 s.; duplex est partim potentia, partim actu II, 163, 46 ss.; II, 628, 8 s.; plura significat, nempe modo scientiam habere, modo scientia uti, modo scientiam habere alicujus, modo scientia uti alicujus, 221, 17; aliquatenus ab anima pendet, aliquatenus a scientia, III, 446, 44 ss.; ejus definitio simul patet cum definitione scientiæ, 247, 45; probatur non idem esse ac cogitare, 196, 5 ss.; unamquamque rem tunc dicimur ubi primam causam cognoverimus II, 471, 43 s.; II, 490, 39 ss.; idque inprimis in scientiis quibus competit demonstratio II, 490, 44; si causæ diversæ ad diversas scientias pertineant, quæritur de cujusnam scientiæ perito hoc affirmari possit II, 490, 24 ss.
Scimus (quæ); ea sæpe transposita ignoramus, 294, 4; eorum interdum nonnulla per accidens meminisse licet III, 496, 39 ss.
Scire literas; locutio æquivoca, etiamsi utrumque vocabulum per se simplex significet, 278, 40.
Scisne quod rogaturus sum; 301, 9; quomodo solvendum hoc sophisma, 301, 15.
Scit (quæ quis) partim discendo, partim inveniendo, ea nec discendo scit nec inveniendo; 300, 14; quomodo solvendum hoc sophisma, 300, 16, 45.
Sciron; Vulturno contrarius III, 389, 1; hunc alii Argesten, alii Olympiam vocant III, 589, 2 ss.; ita in Megarico Thracias vocatur a Scironiis saxis IV, 45, 47 s.; quomodo eum vocaverit Lycophron, 388, 51.
Scironia saxa; ab iis in Megarico Sciron vocatur Thracias IV, 46, 1.
σχοίνου ἄνθος· fr. 66, a.
σκληφρός· fr. 347, b.
Scnipes; quænam aves iis præcipue vescantur III, 151, 16 ss.; eas ex arboribus colligit idque quomodo picus III, 181, 2 s., v. *Cnipes.*
Scobs (ἔκϐρωμα); quando ei similes fiant favi III, 197 5, cf. III, 168, 28; eam (χοῦν) egerunt crabrones III, 202, 43.
Scolopax (σκολόπαξ); gravis avis est III, 180, 53 s.; non in arboribus, sed humi considit, *ibid.*
Scolopendræ; insecta sunt III, 538, 46 ss. idque prælonga et multipeda III, 308, 28, s.; III, 309, 52, cf. *Insecta prælonga* et *Multipeda*; alis carent III, 55, 46 s.; in plures partes dissectæ vivunt, ideoque non respirant III, 538, 47 ss.; quomodo dissectæ moveantur III, 67, 23 s.; plures quam quattuor pedes habent III, 6, 12; cum terrestres tum marinæ res nidorosas sectantur III, 191, 20 s.
Scolopendræ marinæ; quatenus terrestribus similes, quatenus ab iis differant III, 29, 20 s., 23 s.; gignuntur in locis saxosis III, 29, 22; non vero in valde profundis III, 29, 24 s.; ore non mordent, sed totius corporis attactu III, 191, 21 s.; quidnam faciant devorato hamo III, 191, 17 ss.
Scolymus; quid de eo dicat poeta (*Hesiod. O. et D. v.* 586) IV, 140, 42 s.
Scombrides (?); in alto pariunt III, 83, 8.
Scombri (σκόμϐροι); gregales sunt III, 175, 11; thynnis debiliores sunt, ideoque et vere et autumno ante eos migrationem inchoant III, 157, 5 ss.; quonam igitur mense abeant III, 157, 8 s.; sæpe si austrino flatu retineantur exeuntes, magis in inferioribus locis quam circa Byzantium capiuntur III, 159, 19 ss.; quonam anni tempore coeant III, 120, 15 s.; quonam pariant III, 120, 16 s.; ova quasi in sacco pariunt III, 120, 17.
Scombrus; ex eo oriuntur Strymon, Nestus et Hebrus III, 570, 7 ss.
Scopæ (κάλλυντρον); ab earum floribus apes vel sui ipsarum vel fucorum fœturam afferre asserunt quidam III, 96, 14 ss., cf. III, 385, 52.
Scopeleus; ita apud Ægas Syrias Vulturnus vocatur a Rhosiorum scopulo IV, 45, 30 s.
Scops; v. *Asio.*
Scopus; id attingere difficile est, ab eo vero aberrare facile II, 20, 6; si non attingant, inde argumenta enthymematum petantur, 379, 2.
Scorpides (?); in alto pariunt III, 83, 8.
Scorpio (σκορπίος); unicum insectum est quod longam caudam habeat III, 67, 37 s.; aculeum foris habet III, 67, 37; pedestres sunt, igitur eorum stimulus a corpore abstat III, 284, 18 ss.; forfices habet III, 67, 38; pariunt vermes multos ovis similes iisque incumbunt III, 99, 1 s.; a liberis adultis expelluntur et interficiuntur III, 99, 2 ss.; eorum pulli sæpe numero undecim sunt III, 99, 4 s.; ei similis est asilus thynnorum et gladiorum III, 101, 42 s.; III, 164, 7; ei cauda similis est martichoras secundum Ctesiam III, 22, 43 s.; ex sisymbriis putrefactis nascuntur fr. 186, b; pungendo lædit fr. 182, b; contra eorum ictus locustarum genus quod Argis nascitur comestum inservit IV, 102, 11 ss.; eo devorato gravissimos morsus infligit vipera III, 170, 34; eorum ictus circa Pharum et passim alibi non admodum graves sunt III, 170, 19 s.; in Caria aliisque in locis gravissimos ictus infligunt idque quales III, 170, 20; fr. 297, b; immensa multitudo invenitur altera statione Susis in Mediam proficiscentibus IV, 79, 7 ss.; eorum venatio fit quoties rex Persarum isthac iter facit IV, 79, 9 ss.
Scorpioni simile insectum (σκορπιῶδες); in libris invenitur III, 67, 39; III, 102, 9 ss.; forfices habet III, 67, 38 s.; valde parvum est III, 102, 11; cauda scorpioni simile non est III, 102, 11.
Scorpiomachum; locustæ genus quod Argis nasci dicitur comestum contra scorpionum ictus inservit III, 102, 3 ss.
Scorpius marinus; inter pisces littorales et marinos medium tenet III, 158, 17; multas appendices intestinorum habet III, 33, 49; bis quotannis parit III, 82, 25 s.
σκοτοδίνησις· v. *Offuscatio.*
Scotussæ; in Thessalia, ibi fonticulus miræ naturæ IV, 96, 28 ss.
Scribæ (μνήμονες); tabellionum species, 598, 39.
Scribæ sacri (ἱερομνήμονες); tabellionum species, 598, 38.
Scribere; id qui nesciunt tacere coguntur, si quid aliis impertire cupiant, 400, 21.

Scribere non posse scribentem; exemplum captionis per compositionem, 278, 46.
Scrinia (κιβώτια); quando aperiuntur violenter durum sonum edunt III, 659, 42 s.
Scripta; eorum quæ voce emittuntur signa sunt, 24, 23.
Scriptæ orationes; v. *Orationes scriptæ.*
Scriptor anonymus; 397, 34, 41; citatur IV, 292, 12, cf. *Hippocrates.*
Scriptores anonymi; IV, 96, 10, 20, 34; IV, 97, 7, 17, 37.
Scriptores anonymi de Siculo freto complures; IV, 99, 6.
Scriptores portentorum (οἱ τερατολογοῦντες); terram interdum mugire aiunt III, 595, 20.
Scriptores de rebus ad visionem pertinentibus; laudantur IV, 276, 14 s.
Scriptores; pusilli animi sunt qui nobis unius loci naturam aut urbis unius formam, aut magnitudinem fluminum aut denique amœni montis adspectum descripsere III, 627, 20 ss.
Scriptores qui recte descripserunt orbem terrarum; v. *Geographici.*
Scrobes; v. *Foveæ.*
Scrofæ; dentibus exsertis carent III, 76, 16 s.; III, 252, 32; ideoque mordent III, 252, 31 s.; in coitum incitatæ subare dicuntur III, 122, 31; quod apud eas subare, apud equas vento gravidas fieri dicitur III, 121, 40 s.; item apud caves catulire III, 122, 33 s.; subantes in homines infestæ sunt III, 132, 32 s.; cur si quis subantibus acetum pudendis infuderit subare desinant IV, 318, 18 s.; concipiunt maxime, ubi subantes aures demiserunt III, 86, 52 s.; III, 123, 33.; sin vero minus, quando iterum subant III, 86, 53; octavo mense coire incipiunt, anniculæ vero parere III, 84, 37 s.; nonnullis tamen in locis quarto mense incipiunt coire III, 84, 42 s.; sed sexto decimo demum ita ut prolem generare et educare possint III, 84, 43; paucissimos catulos primo partu edunt III, 86, 34 s.; secundus earum partus omnibus aliis præstat III, 86, 35 s.; aliæ statim prima ætate bonos porcellos pariunt, aliæ tantummodo ætate provectiores III, 123, 27 ss.; et unicum fœtum parit et duos, sed plerumque multos III, 409, 5 s.; igitur in varia genera inclinat, idque sola inter reliqua animalia III, 408, 50; multos fœtus edit quia, quatenus solidungula, magna non est III, 409, 3, cf. III, 292, 2 s.; IV, 163, 13; IV, 172, 39; indeque ejus alimentum incremento destinatum in residuum seminale impenditur III, 409, 1 ss.; multipara est, etiamsi bisulca III, 403, 45 s., cf. III, 408, 50 ss.; quatenus multipara est multifidis comparari potest III, 408, 51; unicum animal multiparum est quod fœtus perficiat III, 408, 50; idque propter bonam corporis alimoniam III, 409, 6 s.; comparatur igitur solo pingui III, 409, 7 s.; quattuor menses uterum gerunt III, 123, 21 s., cf. III, 81, 25 s.; plerumque viginti porcos pariunt III, 123, 22 s.; plerumque tredecim IV, 318, 39; si multos pariunt, omnes enutrire nequeunt III, 123, 22 s.; senescentes æque pariunt, sed segnius coeunt III, 86, 36 s.; III, 123, 24 s.; quintodecimo anno non amplius pariunt, sed vetulæ fiunt III, 86, 37 s.; bono habitu si sint, citius ad coitum properant cum juniores, tum senescentes III, 86, 39 s.; uno coitu implentur III, 123, 25, 34 s.; ubi ineuntur spumam emittunt IV, 318, 32 ss.; post coitum emittunt quod apria vocatur omnes III, 123, 26 s.; nonnullæ una cum ea semen projiciunt III, 123, 28 s.; quod apud eas apria vocatur, apud equas dicitur hippomanes III, 121, 46; prægnantes si admodum pinguescant, post partum minus lactis habent III, 86, 40 s.; quot et quantas et ubinam sitas habeant mammas III, 21, 16 s.; III, 292, 2 s.; iis lac haud facile excernitur idque quare IV, 319, 15 s.; mammæ pectori proximæ ad lactandum optimæ IV, 319, 18 ss.; cur lactantes nisi vociferentur lac non emittant IV, 319, 11 s.; quem primum pepererint porcum, ei primam mammam præbent III, 123, 31 s.; III, 292, 15 s.; id est axillis suppositam III, 292, 18 s.; cur post partum torvæ sint IV, 166, 44 ss.; post partum iis hordeum decoctum dari debet III, 123, 36 s.; nonnulli asserunt quibus oculus alter evulsus est, eas cito plerumque mori III, 123, 39 s.; quot annos vivant III, 123, 41 ss.; earum lac crassissimum est III, 125, 8 ss., cf. III, 132, 43; mammas præbens gracilescit III, 154, 32 s.; prægnantes abortiunt, si multos glandes edant III, 166, 17 ss.; quomodo castrentur et quare III, 208, 33 ss.; quo loco apud verres inveniuntur testes, eo apud eas exstat apria matrici adnata III, 208, 37 s.
Scrofæ silvestres; ineunte hieme coeunt III, 130, 17; vere pariunt, idque ubinam III, 130 18 ss.; iis uterum gerendi tempus et catulorum numerus eadem sunt ac villaticorum III, 130, 22 ss.; villaticis similem vocem edunt, idque frequentius quam mares III, 130, 28 ss.
Scrotum (ὄσχεος); quidnam III, 11, 27; eo continentur testes apud animalia quibus foris conspicui sunt, idque quare III, 35, 54 ss.; III, 326, 8 ss.; aduritur et pulveribus conspergitur juvencis castratis, si inflammetur vulnus iis inflictum III, 208, 31 s.; cur sursum retrahatur apud metuentes IV, 258, 42.
Scurra (βωμολόχος); quisnam II, 22, 2; II, 50, 40; II, 150, 5; II, 217, 19; et sermones et actiones spectat II, 21, 41; idem qui importunus et inscitus II, 217, 14, 17, 30; ridiculum quovis modo sectatur II, 50, 41; magis risum movere conatur quam decora dicere et cavere, ne eum cui irrident, lædant II, 50, 42; nec sibi, nec aliis parcit dummodo risum moveat II, 51, 22; talia dicit qualia vir elegans nec dicere nec audire vellet II, 51, 23; hodie cum urbano confunditur, etsi longe ab eo differat, idque quare II, 50, 51; eos amat intemperans II, 245, 46.
Scurrilitas (βωμολοχία); quidnam II, 22, 2; affectus moralis animæ vituperandus II, 216, 34; II, 217, 14; et sermones et actiones spectat II, 21, 41; quomodo ab ironia differat, 409, 48.
Scutula (σκυτάλη); pusillas rotas habent IV, 62, 3; majores cum minoribus collatæ IV, 62, 3; onus ei impositum duobus movetur IV, 62, 36 ss.; cur super his onera facilius vehantur quam super curribus IV, 62, 31 ss.
Scutum; v. *Clypeus.*
Scylacinus; ita Iapyx appellatur circa Dorylaium (?) Phrygiæ IV, 45, 43.
Scylantinus; locus apud Tarentum unde Iapyx Scyletinus vocatur IV, 45, 43 (cf. *Rose, Aristot. Pseudep.* p. 248 qui emendat Σκυλλητῖνος).
Scylax; quid de Indorum regibus narret. 617, 14.
Scylia; v. *Catuli marini.*
Scylla; quomodo eam imitentur pravi tibicines, 480, 50.
Scylla; Euripidis fabula citatur, 468, 51.
Scylleticus sinus; dimidiati diei itinere a sinu Lametico distat, 611, 47; ora maritima inde ab eo ad Lameticum sinum usque, olim sola Italiæ nomine designabatur, 611, 48, cf. *Scylantinus.*
Scyrus (?); ibi inprimis occurrit cyanus avis III, 185, 23.
Scytale; ea usi sunt alii præter Lacedæmonios fr. 262, b.
Scythæ, super eos Oceanus III, 630, 39; Ponti accolæ humidi sunt III, 421, 8; rectos habent capillos idque quare III, 421, 7 s.; IV, 304, 33 ss.; molles habent

pilos III, 421, 23; in loco frigido degunt IV, 304, 34; cum ore tum moribus a ceteris differunt IV, 1, 29; apud eos maxime æstimatur bellica facultas, 603, 11; apud eos e poculo quodam bibere non licebat ei qui nullum hostem interfecerat, 603, 18; cur vini amantes sint IV, 128, 43 ss.; apud eos non erant tibicines, idque quare, 134, 46; equis gravidis inequitant, idque quando et quare III, 127, 26 s.; eorum rex habebat equum generosum qui se præcipitem dedit, quum eum inscium matrem inire coegissent III, 205, 32 ss.; venenum ad inficiendas sagittas e vipera parare dicuntur IV, 102, 17 ss.; eorum reges propter generis naturam molles sunt II, 84, 16; de optimo modo eorum reipublicæ administrandæ nullus deliberat Lacedæmonius II, 27, 43.

Scythæ qui Geloni vocantur; apud eos tarando reperitur IV, 79, 19 ss

Scythes Lydus; æs conflare et temperare docuit fr. 275, a, b.

Scythia; distantia ad eam inde ab Æthiopia comparatur cum distantia ab Herculis columnis ad Indiam III, 587, 28 ss.; ei vicinus Pontus III, 169, 20 s.; ultra extremam siti sunt montes Rhipæi III, 569, 51 s.; nec in ea, nec in regionibus vicinis asini reperiuntur propter nimium frigus III, 168, 1 s.; III, 169, 32 s; III, 369, 28 ss.; IV, 323, 13 s.; ibi (?) gravissimos ictus infligunt scorpiones, idque quales III, 170, 19 s.; ibi invenitur avis quæ in pelle leporina aut vulpina parit III, 189, 7 ss.; ibi frumentum diu in terra remanet, idque quare IV, 218, 22 s.; ibi fons amarus cujus aqua totus fluvius in quem influit amarus redditur III, 583, 7 ss.

Scythica avis; quanta III, 189, 7 s.; duo ova parit in pelle vulpina vel leporina, nec incubat III, 189, 8 s.; in arbore vero summa observat III, 189, 9 s.; quisquis hanc arborem adscenderit, eum alis verberat III, 189, 10.

Scythici campi; autumno eos grues relinquunt III, 156, 37 ss.

Scythicum venenum; e vipera parari dicitur IV, 102, 17; ejus præparatio IV, 102, 19 ss.

σκυθρωπός· ita curam vocavit Alcidamas, 389, 18.

Se ipsum (ἐν ἑαυτῷ); quatenus res in eo esse dici possint II, 287, 45 ss.

Se (per); v. *Per se.*

Se ipsum movens; v. *Movet (quod) se ipsum.*

Secandi vis (τμητικὴ δύναμις); unica igni competit III, 609, 32.

Secans (τὸ τέμνον); quomodo referatur ad id quod secatur II, 527, 12; hebetatur ab eo quod secatur III, 399, 50 s.

Secari; ubi quempiam videmus cur mente ejus doloris participemus IV, 154, 9 ss.

Secat; idem est quod secans est II, 521, 16 s.; exemplum τοῦ agere, 2, 30.

Secatur; exemplum τοῦ pati, 2, 31.

Secatur (quod); quomodo ad id referatur secans II, 527, 12.

Secretio (διάκρισις); excepta quæ ad ortum et interitum pertinet, dispulsio est II, 335, 29 s.

Sectile (τμητόν); quomodo dicatur III, 619, 7; ad id refertur sectivum II, 526, 36; quænam sint III, 621, 31 ss.; nonnulla et fissilia III, 621, 34 s.

Sectio; eodem modo quo ea, actus et perfectio est vigilia III, 445, 19 s.; lævigatione prior est apud animalia III, 429, 43 s.; quod multas sustinet, non est paucum, sed multum IV, 47, 4 ss.

Sectio (*in re medica*); eas sanitatem facere omnes novimus, quando vero adhibendæ sint, ignoramus II, 160, 16; eam nosse facile est, sed scire quomodo adhibenda sit ad sanitatem faciendam, soli medico competit II, 64, 8; non ea facienda vel non facienda, sed certo aliquo modo instituenda constat medicatio ac sanatio II, 64, 15.

Sectio librorum; de ea problema IV, 199, 33 ss.

Sectio quæ serra fit (πρῖσις); usio quædam est III, 228, 7 s.; ejus gratia facta est serra, non vice versa III, 228, 6 s.

Sectivum (τμητικόν); ad secabile refertur II, 526, 36.

Sectores; circuli majoris quia majores sunt, circulum majorem eodem tempore percurrunt sphæræ quo minorem II, 398, 17 ss.

Sectum esse quod nequit (τὸ ἀδύνατον τμηθῆναι), non secari potest in id quod sectum esse nequit II, 332, 45 ss.

Secundæ (χόριον); iis circumdantur viviparorum fœtus III, 142, 12 s.; idque duabus III, 142, 13 ss.; secundum magis et minus a fœtus membranis differunt III, 356, 33 s., cf. *Membranæ fœtum circumdantes*; uterum a fœtu separant III, 366, 3 s.; cuique fœtui suæ sunt III, 366, 24 s.; exeuntes interiorem superficiem extrorsum vertunt III, 143, 19; eodem modo eas exuunt fœtus quo serpentes et insecta senectam III, 162, 10, 14 s.; sive una cum fœtu exierint, sive intus remanserint, secandus est umbilicus III, 143, 24 ss., 28 ss.; eas æque habent vivipara et ovipara III, 356, 34, de piscium v. *Ovum* et *Pisciculi*; eas habet vitulus marinus III, 114, 38; eas illico post partum devorant equæ III, 128, 24 s.; item cervæ III, 176, 13; III, 177, 8 ss.; idque antequam in terram cadant III, 177, 10; cervarum medicamentum esse videntur III, 177, 11.

Secundarum membrana (χοριοειδής), ad utramque tendit umbilicus vel vena a corde et vena magna pulli profecta III, 107, 48 ss., cf. III, 106, 44 s.; III, 107, 2 s., 34 s.; exterior testæ membranæ supposita est III, 107, 30 ss., 48; exteriori continetur humor, idque qualis III, 107, 32, 36; extima est eaque sanguinolenta III, 377, 43; totum pullum circumdat III, 377, 29 s.; ad eam tendit alter umbilicus a vena magna profectus III, 377, 28 s., 37 s., cf. III, 378, 33 s.; ei pro portione respondet viviparorum uterus III, 377, 43 ss.; eam una cum vitello continet testa III, 377, 44 ss., cf. III, 378, 34 s.; exteriori versus vicesimum diem totus continetur pullus III, 107, 47 s.; in exteriorem excrementum emittit pullus III, 108, 3 s.; altera continetur vitellus III, 107, 50 s.

Vinum; modo actu, modo potentia est II, 603, 9; de eo ambigi posset ad quodnam elementum pertineat, idque quare III, 623, 25 s.; evaporare potest et spissatur ut recens III, 623, 26 s.; ejus nomen non unicæ liquoris speciei tribuitur III, 623, 27 s.; ad aquam potius pertinet III, 615, 27; III, 617, 33; ejus genera nonnulla ad aquam pertinent, idque quare III, 624, 19 ss.; recens magis quam vetustum terrenum est III, 623, 28 s.; perperam ab Empedocle vocatur aqua putrefacta, quia aqua non est, 216, 31; ei sanguis respondet IV, 294, 57 ss.; ejus pars terrena nigra IV, 290, 40; ubi in vaporem abit aqua fit III, 581, 41; aquæ est affectio III, 581, 43; in eo plus aeris inest quam in aqua IV, 241, 13; omne fæcem quum habeat, pro ejus copia aut terra aut aqua est III, 623, 33 s.; coctione crassescit IV, 328, 42; ejus aliquod genus est quod concrescit et coquitur ceu mustum III, 617, 23 s.; tingit III, 647, 24; alienum calorem habet III, 624, 37; sole coctum est IV, 327, 36; cur si calidum sit non tabefaciat nec tabefiat IV, 327, 32 s.; adstringit et coquit IV, 327, 28; perpetuo mutat colorem et odorem IV, 330, 46; quattuor mutationes subit IV, 294, 39; ex acido et dulci sapore mixtum est IV, 212, 47 s.; ejus acumen cum stili vel netæ acumine comparari nequit, idque quare III, 339, 26 s.; id qui explorant sapores dijudicant III, 36, 40; meraceum melius perspicitur quam temperatum III, 490, 14 s.; quodnam dulcius videatur III, 220, 30; veterascens cur suavius fiat IV, 328, 40; aceto mulso suavius est IV, 212, 45 s.; ex eo fit acetum II, 562, 38; nihilo minus aceti materies non est II, 562, 32, 34; ejus secundum habitum et formam materies est aqua II, 562, 29 s.; ex aceto fieri nequit, nisi hoc prius in aquam mutetur II, 562, 39 s.; idem, si mutetur ipsum, aut si mutetur corpus, modo dulce, modo non dulce videtur II, 511, 11 s.; ejus et mellis temperamentum propter materiem subjectam differunt III, 670, 17 s.; vini vero ipsius si diversum, propter rationem III, 670, 18 s.; similia atque illi in corpore nostro accidunt fr. 202, a; calida tempestate acescit III, 376, 45; idque quomodo et quare III, 376, 46 ss.; vapido comparantur ova irrita III, 376, 45 ss.; dulce qui accepit, acidum habere potest, si inter accipiendum corruptum est, 299, 48; cum promptum, tum vapidum cur florem adsumat IV, 327, 43; cur musto si injectum fuerit origanum, dulce efficiatur IV, 221, 1 ss.; somnificum est, etiamsi calidum sit, ideoque capitis gravitatem affert III, 504, 42 ss.; III, 505, 42 s.; sitim melius quam aqua sedat IV, 257, 10 s.; idque quare, etiamsi calidum sit IV, 327, 41; an facultate frigidum sit fr. 210, a; refrigerationem solvit IV, 181, 30; calidum quum sit ac cito concoquatur per urinam transit IV, 313, 6 ss.; cur magna copia bibitum alvum non solvat IV, 313, s.; an difficilius quam aqua concoquatur IV, 327, 25 ss.; cur ad acerba dulcius videatur e. g. ad glandes aut myrta IV, 228, 5 ss.; cur post putria fructuum involucria epotum amarum videatur IV, 227, 13 ss.; cur id vino solvi vulgus de crapulis dicat IV, 294, 4 ss.; ad id conservandum cur hieme locus tepidus, æstate frigidus conferat IV, 328, 3; vase corrumpitur III, 199, 36 s.; non solum in se recipit odores rerum quæ ei admiscentur aut injiciuntur, sed eorum etiam quæ prope adstant aut nascuntur III, 509, 40 ss.; quamobrem ab ære æruginem contrahat, aqua vero non IV, 328, 9 ss.; cur deterius fiat austrina quam aquilonia tempestate transfusum IV, 327, 12; si ei plurimum aquæ addatur, aquosum fit et postremo in aquam convertitur II, 444, 18 s.; ubi ei admiscetur aqua, ipsum e mixtura vinum facere potest II, 443, 48 s.; temperatione augetur affusa aqua III, 331, 45 s.; quatenus unum dicatur cum aqua II, 519, 33; quatenus cum oleo II, 519, 34 s.; ubi ei admiscetur aqua, ambo augentur II, 442, 51 s.; attamen ipsum inprimis augeri dicitur quia prædominatur in mixtione II, 442, 54 s.; idque quoniam ejus ope fit mixtura, non aquæ II, 443, 1; ejus gutta si misceatur decem millibus mensuris aquæ non fit mixtio, quia ejus forma dissolvitur II, 452, 5 ss.; ejus cava et solida longe ultra sensum sunt III, 368, 24 s.; igitur ejus cum aqua mixtionem efficere nequeunt III, 368, 21 ss.; cur ubi in utrem transfusum sit tamen vacuum supersit IV, 327, 16; id una cum utribus recipiunt dolia, aiunt inanis assertores II, 292, 50; in dolio continetur ut contentum divisum II, 289, 35; id habere dicitur lagena, 24, 9; dici nequit in se ipso esse II, 287, 52; prægnantibus nocivum est, idque quomodo III, 140, 40 s.; flatulentum est, idque inprimis nigrum III, 505, 15 s.; igitur nec infantibus convenit, nec nutricibus III, 505, 13, cf. 622, 40; forsan eodem redit utrum infantibus detur an nutricibus III, 505, 14; quodnam infantum convulsionibus faveat III, 144, 43 s.; id nosse facile est, sed scire quomodo adhibendum sit ad sanitatem faciendam, id soli medico competit II, 64, 7; cum id, tum medicum sanare dicimus II, 447, 7 s.; per ejus excessum nonnulli medici sanant IV, 108, 4; cur id appetant qui pulmonis inflammatione aut insania laborant IV, 257, 12 ss.; eo pinguescunt boves III, 154, 40; eo utitur elephas III, 155, 20; id naribus suum capitis dolore laborantium injiciunt III, 155, 40 ss.; psittacos intemperantiores reddit III, 157, 49; circa id intemperantes sunt serpentes III, 152, 32; quomodo ejus ope viperas capiant III, 152, 32 ss.; ita vocatur per consuetudinem sermonis id quod temperatum est, 480, 5; id non bibunt dii, 480, 8; eo nihil dulcius habent nonnulli atque ideo id perperam arbitrantur deos, non nectar bibere II, 170, 8; id olim frumento commutabant, 490, 35; quare id coemerint expeditionem in Bospori tyrannos suscepturi Heracleotæ, 642, 1; quomodo aucto ejus pretio pecuniam sibi compararint Lampsaceni, 641, 48; ex melle confici fertur apud Illyrios qui Gaulantini dicuntur IV, 78, 16 ss.; item apud Græciæ incolas IV, 78, 22 ss.; cur ejus amantes pueri non sint, Scythæ vero et viri fortes qui etiam calidi sint IV, 128, 43 ss.; sine eo non fit ebrietas, 421, 4; quemadmodum paulatim bibentes immutet IV, 266, 2 s.; ad breve quoddam tempus homines insignes reddit IV, 266, 22 ss.; flatuosum est et similem atræ bili naturam habet IV, 266, 32 s.; id e spuma constat IV, 266, 34 s.; nigrum vero amplius quam album, idque quare IV, 266, 36 s.; ob hanc causam in Venerem proclives reddit IV, 266, 37 s.; alios ad amorem proclives reddit IV, 266, 20; alios ad osculandum eos adducit quibus nemo sobrius osculum dare velit IV, 266, 21 s.; homines tardiores intendit, celeriores enervat IV, 130, 49 ss.; nonnullos in lacrimas proclives facit IV, 266, 15; quod jam ab Homero observatum est IV, 266, 16 s.; bonam spem inculcat II, 209, 11; cur alios stupidos, alios insanos faciat IV, 130, 41 ss.; quosdam loquaces facit IV, 266, 14, cf. IV, 185, 20; alios commotos IV, 266, 14; alios misericordes IV, 266, 18; alios feros *ibid.*; alios taciturnos et maxime melancholicos IV, 266, 19; eo leviter tincti quare potissimum delirent IV, 127, 11 ss.; item cur alios facile contemnant, ab aliis vero se ipsos contemni putent IV, 127, 18 s.; immodicum tales videtur efficere homines quales melancholicos esse affirmamus IV, 265, 41 s.; liberos homines contumeliosos reddit, 637, 16; eo abstinent multæ gentes liberæ, 637, 16; eo in castris abstinent Carthaginienses, 637, 17; servis vel paucum vel nullum dandum est, 637, 18; eo omnes delectantur, sed non omnes ut decet II, 99, 35; id per accidens cupit qui dulcedine delectatur, 189, 32; id nemo amat, nisi eo gaudeat, 336, 47; ridiculum foret dicere nos in id benevolos esse II, 92, 10; II, 180, 36; quatenus tamen quodam modo dici possit, nos in id benevolos esse II, 92, 11; erga id exstat amicitia II, 175, 25; ejus causa qui alicujus amicitiam sectantur, criminandi non sunt, si postea constet eos non veros amicos esse II, 234, 29; ei comparantur homines, idque quatenus II, 224, 18; tanquam exemplum citatur II, 58, 48.

Vinum album; quamobrem non fiat acetum IV, 328, 32.

Vinum arcadicum; utribus inditum fumo adeo exsiccatur ut radi debeat III, 623, 31 s.

Vinum aquosum: cur magis vomiturire faciat quam aqua aut merum IV, 131 31 ss.

Vinum austerum; exasperat IV, 130, 15; odorum est IV, 130, 15; cur eo multum temporis uti possimus IV, 223, 32 ss.

Vinum dilutum; difficulter e vestibus eluitur, idque quare IV, 132, 27 ss., cf. IV 127, 21; fr. 210, b.

Vinum dulce; exhalat, idque quare III, 622, 18 s.; ad duo elementa pertinet III, 623, 36; frigore non cogitur verum uritur III, 622, 19 s.; nomine tantum vinum est III, 622, 20 s.; non inebriat III, 622, 21 s.; idque quare IV, 34, 19 ss.; inodorum est IV, 130, 18; quare non fiat anthosmias, sed austerum IV, 327, 21; quare dulcius videatur quoties cum polenta bibitur IV, 225, 10 ss.; cur ei aqua salsa magis quam austero supernatet IV, 232, 40 ss.; superiora petere solet IV, 130, 11; an lævigare valeat IV, 130, 13 s.; cur si quis media compotatione hauserit mentis compos fiat IV, 130, 5 s., 11 ss.; eo alvearium adflant apiarii ubi apes migraturas esse præsentiunt III, 200, 36.

Vinum hordaceum (οἶνος κρίθινος); eo ebrii quomodo cadant fr. 65, a, cf. *Zythum*.

Vina mixta; iis comparatur orator, 386, 49.

Vinum modice coctum; minus inebriat, idque quare fr. 65, a.

Vinum nigrum; ejus fæx manifesto tingit alvi excrementa III, 256, 47 s.; præcipue tales reddit quales sunt melancholici IV, 266, 52 s.

Vinum Pollium; ita vocatur a Pollide Syracusarum rege fr. 289, b.

Vinum pravum; eo delectantur Phryges IV, 320, 16 s.

Vinum Samagoreum; ejus tres cotylæ aqua temperatæ amplius XL inebriant viros fr. 66, a.

Vinum temperatum; cur citius oleat IV, 188, 17 ss.; cur ab eo magis capite doleamus IV, 130, 21 ss.; magis penetrat quam merum IV, 127, 21 s., cf. *Vinum dilutum.*

Vinum merum; cur minus loca plura et angustiora subeat quam mixtum IV, 127, 21 s.; id minus bibunt IV, 127, 24; magis vomitu rejicitur IV, 127, 25; magis concoquit cum cetera tum se ipsum IV, 127, 25 ss.; IV, 132, 31 s.; cur ab eo minus capite mane doleamus quam a vino mixto meraciori tamen IV, 130, 21 ss.; cur si quis media compotatione hauserit mentis compos fiat IV, 130, 5 ss.; eo cibi gratia usi vehementibus tremoribus correpti sunt IV, 127, 35 ss.; facilius e vestibus elui potest quam temperatum, idque quare IV, 132, 27 s.

Vinum vulgare; exiguam exhalationem habet III, 622, 22 s.; flammam emittit III, 622, 23.

Vini amor; humoris cujusdam cupido est IV, 128, 47.

Vini fæx; non afficitur IV, 330, 45, v. *Fæx vini.*

Vini flos; v. *Flos vini.*

Vini putredo; sapor acidus est IV, 328, 7.

Violæ; si ab iis ceram colligere cœperint apes ab iis pergunt donec ad alvearium redeant III, 196, 16; earum copia tanta crescit circa antrum Ennæ, quæ loca vicina adeo odore replent ut canes eo victi leporum vestigia sequi nequeant IV, 88, 1 ss.

Violæ albæ; contritæ vel concalfactæ vel desiccatæ pravum odorem habent IV, 190, 32.

Violaceus color (ἀλουργές); multas ac varias præbet species III, 644, 21; multas habet differentias III, 645, 41; maris III, 644, 39; pennarum III, 644, 39 s.; quando oriatur circa solis ortum et occasum III, 644, 29 ss., 32 s.

Violentia; contra naturam est IV, 108, 38; eam pariunt castigationes et labores sine cibo, 637, 22, cf. *Vis*.

Violentum; omne præter naturam est II, 316, 28; III, 412, 41 s.; III, 429, 39; idem quod præter naturam II, 413, 4; ejus definitio II, 142, 28, cf. 22 ss.; justum non est, 484, 43; omne acerbum est II, 199, 29, 33; II, 201, 16, cf. 335, 13; II, 518, 10; involuntarium est II, 200, 12, 46; cur necessarium dicatur II, 518, 9 s.; 20 ss.; semper tardius ferri videtur II, 317, 6; etiam rebus inanimibus competit II, 142, 16; II, 200, 51.

Violenta; quæstio ea pertractans cohæret cum quæstione de rebus voluntariis II, 200, 45; II, 202, 52; voluntariis contraria esse videntur II, 200, 49.

Viperæ; serpentes sunt III, 160, 4 s.; III, 162, 3; pedibus carent ac vivum animal pariunt III, 345, 50; unicus serpens est qui viviparus sit, idque foras intra se edito ovo III, 7, 36; III, 37, 29 s.; III, 103, 13, 20 s., III, 274, 14 s.; III, 325, 10; igitur ejus uterus eodem modo se habet quo apud pisces cartilagineos III, 37, 30 s.; III, 274, 12 ss., cf. *Vivipara foras sed ovum intra se edentia*; quomodo se habeant earum ova III, 103, 14; ejus ovo superne innascitur pullus III, 103, 15 s.; quomodo pariat III, 103, 17 ss.; per unum diem parit III, 103, 19; quot ova pariat III, 103, 20; interdum ejus interioribus partibus corrosis exeunt catuli III, 103, 18 s.; sub saxis latitant III, 160, 5 s.; et vere et autumno senectam exeunt III, 162, 1 s.; perperam tamen contendunt nonnulli eas senectam non exuere III, 162, 2 ss.; ea devorata origanum comedit testudo III, 177, 48 s.; IV, 77, 1 s.; si scorpium devorarit, ejus morsus gravissimi sunt III, 170, 33 s.; quomodo eas ope vini capiant III, 152, 32 ss.; domesticæ non exstant IV, 168, 49; in Creta nullæ nasci dicuntur, idque quare IV, 88, 15 s.; si ea gustata vespæ in Naxo aculeum alicui infixerint, molestiora vulnera ictibus viperarum videntur IV, 102, 13 ss.; ejus saniei humanum sanguinem miscentes venenum Scythæ parant IV, 102, 24 s.; ea ictus est Philoctetes II, 84, 10; in eam mutatur lacerta exsiccata fr. 186, b.

Vipera nigra; ejus coitus IV, 106, 10 s.; partus IV, 106, 13.

Viperillæ (μικρὰ ἐχίδια); pariuntur in membranis quæ tertio die circumrumpuntur III, 103, 17 s.; interdum corrosis matris partibus interioribus exeunt III, 103, 18 s.

Vir; a muliere specie non differt III, 343, 13; idque quare II, 583, 28 ss.; calidi et sicci sunt IV, 128, 45; quot et quales suturas in calvaria habeant III, 8, 34 ss.; III, 45, 1 s.; jam conspectus est qui omnino suturis careret III, 45, 2 s.; majus cerebrum habent quam mulieres III, 239, 28; item plures in capite suturas III, 239, 38 s.; soli procedente ætate calvescunt III, 419, 50 s., cf. III, 422, 24 s.; iis plures dentes habent mulieres III, 23, 17 s.; plures dentes habent quam mulieres IV, 283, 40; manifestissime graviorem vocem habent quam mulieres III, 135, 8; III, 426, 40 s.; item quam pueri III, 135, 8; idque quare IV, 176, 45 ss.; IV, 181, 7 ss.; eorum voces crassiores sunt, idque quare III, 661, 35 s.; eorum caput minus quam puerorum pediculos habere solet III, 101, 19 s.; minus pediculis obnoxii sunt quam mulieres III, 101, 20 s.; cur sæpius vitiligine alba laborent quam pueri et mulieres IV, 161, 20 ss.; mammas habent idque quare III, 291, 40 ss.; III, 292, 37 s.; quomodo apud eos se habeat mammarum caro III, 11, 8 s.; ejus mammæ quoque pubertate instante turgescunt, etiamsi minus manifeste quam apud mulieres III, 412, 1 ss.; iis in universum non gignitur lac III, 53, 41 ss.; attamen nonnullis post pubertatem exprimitur aliquantulum III, 53, 50, cf. III, 11, 8 s.; quin nonnullis, quum sugerentur multum prodiit III, 53, 50 s.; nonnulli ab ortus principiis pili postumi non oriuntur III, 48, 19 s.; quibus si et pubes deficit, steriles sunt III, 48, 20 s.; omnium animalium plurimum emittunt semen idque quare III, 137, 9 ss.; III, 339, 45, ss.; III, 412, 10 ss.; quinam copiosissimum semen emittant III, 137, 11 ss.; inprimis hieme concubitum appetunt III, 81, 29 ss.; IV, 142, 3 ss.; cur minus per æstatem concubitum appetant IV, 140, 40 ss.; iis prolificandi principium finisque est seminis emissio III, 140, 42 ss.; non intra matricem projiciunt semen III, 211, 5 s., cf. III, 213, 1; quando generare desinat, 621, 6; III, 86, 16 s., 19 s.; III, 141, 1 ss.; pingues manifesto infœcundiores sunt, idque quare III, 335, 47 ss., cf. 40 ss.; interdum evenit ut post concubitum validiores sint, idque non viribus, sed sanitate, idque quare III, 214, 15 ss.; unde constet sterilitatem ab eo pendere III, 214, 1 ss.; multi cum alia muliere liberos procreare nequeunt, cum alia procreant III, 141, 4 ss.; III, 397, 36 s.; item cum aliis mares generant, cum aliis feminas III, 141, 6 ss.; III, 397, 40; item cum eadem femina juniores dum sunt feminas, seniores vero mares procreant vel ratione inversa III, 141, 10 s.; III, 397, 38, cf. III. 332, 1 s.; item cum eadem juniores generare possunt, seniores vero nequeunt vel ratione inversa III, 141, 13 ss.; III, 397, 38; sunt qui fere semper vel mares vel feminas procreent III, 141, 18 s.; multi juvenes dum sunt, liberos procreare possunt, postea aliquamdiu nequeunt, dein iterum in antiquam conditionem restituuntur III, 141, 24 ss.; quidam inde ab ortu steriles sunt, quidam ætate procedente steriles evadunt III, 367, 14 ss.; inde ab ortu steriles vel propter habitum muliebrem, vel propter primariam genitalium mutilationem ita se habent III, 367, 14, ss., 29 s.; qui procedente ætate vel propter habitus boni excessum, vel propter morbum, vel propter genitalium mutilationem steriles fiunt III, 367, 16 ss.; quorum genitalia inde ab ortu mutilata sunt per totam vitam barba carent et eunuchis similes manent III, 367, 16 s.; quorum habitus inde ab ortu muliebris est, tenue ac frigidum semen habent III, 367, 31 s.; item qui propter morbum steriles facti sunt III, 367, 22 s.; semine carent qui propter habitum nimis bonum steriles sunt III, 367, 22; quomodo exploretur an fœcundi sint, necne III, 367, 32 ss.; qui antea steriles erant, interdum fœcundi fiunt III, 332, 1 s.; qui inde ab ortu muliebri sunt habitu eorum sterilitas plerumque incurabilis est III, 367, 28 s.; cum eo concubuerat mulier, cui mola facta est III, 216, 26 s.; III, 410, 37; cur eos rem veneream pati cupientes confiteri se cupere maxime pudeat, bibendi vero aut edendi, aut aliud ejusmodi faciendi non pudeat IV, 141, 50 ss.; ei muliere opus est et vice versa II, 226, 49; quænam eorum ætas ad uxorem ducendam aptissima sit, 621, 29; corporum eorum incremento nocet coitus, si inter augescendum fiet, 621, 24; ejus naturam ad conjugationem cum muliere præparavit divinum numen, 636, 25; mulierem habere et ab ea haberi dicitur, 24, 13; quomodo a muliere differat, 636, 27; ad propugnandum magis aptus est propter fortitudinem, 636, 31; foris parta affert, 636, 32, cf. 525, 6; quieti minus aptus, sed validus ad motus est, 636, 35; ei peculiaris est liberorum generatio, 636, 36; ei cum muliere communis est liberorum utilitas, 636, 37; liberos instituit, 636, 38; in ejus erga mulierem amore fit transitus a bono simpliciter ad bonum alicui II, 222, 20; quomodo morum ratione a mulieribus differant III, 172, 22 ss.; ejus virtus differt a virtute mulieris, 495, 31; 525, 2; ignavus esse videretur qui ita fortis esset ut mulier fortis, 525, 3; ejus virtutes pulchriores quam mulieris, 330, 49; quomodo ejus animi dotes laudandæ sint, 447, 34 ss.; quibus auxiliis bonus fit, iisdem civitas secundum aristocraticum regimen vel regiam auctoritatem constituitur, 543, 2; eum eadem educatio eædemque consuetudines bonum reddunt quæ politicum et ad regnandum aptum, 543, 4; unius auctoritas, si regem excipias, homines ad virtutem exercendam constringere nequit II, 128, 30; alio modo civis est ac puer, 525, 26; infantis amicus esse nequit II, 225, 34; e puero fit, idque quomodo II, 487, 15 s., 17 s.; III, 333, 20; ex eo non fit puer II, 487, 25; eum non facit puer III, 348, 6 s.; ejus tamen notio ac forma puero inest III, 348, 9 s.; quare eo prius dicatur puer II, 523, 23 s.; formam habet II, 570, 27; igitur puero generatione posterior, forma vero prior II 570, 26; si fieri poterit, poterit etiam puer ac vice versa, 368, 30; iis alia magni æstimanda videntur quam pueris II, 123, 24; ei soli competit felicitas II, 136, 23; iis forsan ludi sunt quæ pueri tanquam seria tractant, 628, 23; pusilli pueri sunt habendi, si proceres pueri viri habeantur, secundum Iphicratem, 378, 34; non omnis pilos circa mentum alit, 164, 24; si mulieribus majores sunt, vir maximus muliere maxima major erit, et vice versa, 325, 28; eum non eodem modo liberos procreare non posse dicimus quo eunuchum II, 524, 50 s.; pulchri nobis esse videntur etsi concubitum non respiciamus IV 170, 30, s.; eorum ratio habenda est in exstruendis ædibus, 638, 49; agros colunt in Platonis republica, 502, 40; eum declarabit magistratus secundum Biantem II, 53, 34; ejus mentem æque ac jumentum experiri oportet secundum Theognidem II, 223. 20; secundum Empedoclem discordiæ originem debet III, 496, 4.

Vir beatus; v. *Beatus vir.*

Vir bonus; ejus actio per se bona et jucunda est II, 113, 2; honestis actionibus delectatur II, 8,, 34; ei bonum naturale per se bonum et jucundum est II, 113, 22; II, 241, 27; II, 242, 2; nemo evadit, nisi qui fungitur actionibus virtuti congruis II, 18, 9; ei competit bonum moliri II, 107, 28; vult id quod revera bonum est II, 29, 12; ei maxime exoptanda videtur actio virtuti congrua II, 123, 28; ei alia jucunda et magni æstimanda videntur quam pravo II, 123, 25; qua bonus est actionibus virtuti congruis delectatur II, 113, 15; eum decet facere quæ leges præcipiunt II, 74, 39; hæc eadem consulto facere debet et propter actiones ipsas II, 74, 40; ei soli patet optimus rerum agendarum finis II, 75, 5; omnia circa quæ versatur spectat injustitia quæ lege violanda constat II, 54, 27; ei congruit justa ac bona honestaque facere II, 74, 6; quæ ei facere congruit, spectat prudentia II, 74, 5; quodsi nossemus quæ ei congruunt, ideo non aptiores fieremus ad hæc ipsa peragenda II, 74, 7; quomodo differat ab ingenuo II, 241, 15 ss.; II, 242, 2 s.; eum interdum vocamus virum æquum (ἐπιεικῆ) II, 64, 30; omnia recte dijudicat et in unaquaque re videt quod rectum est II, 29, 17, 20; menti quæ præstantissima pars sui est obtemperat II, 111, 27, 35, 51; omnium rerum quasi norma et mensura est II, 29, 20; II, 107, 25; II, 122, 30; facit quæ facere oportet II, 111, 50; talis evadit aliquis educatione privata II, 54, 52; quæritur an idem sit qui civis bonus II, 55, 1; circa omnia expetenda et fugienda recte agit, sed præcipue circa voluptatem II, 17, 12; is est qui voluptatibus et molestiis recte utitur II, 17, 27; ejus voluptates veræ voluptates sunt II, 122, 31; quæ ei jucunda et magni æstimanda videntur, revera ita se habent II, 123, 26; quæ ei odiosa sunt revera jucunda non sunt, etiamsi alicui ita se habere videantur II, 122, 32; ejus somnia meliora sunt quam vulgarium hominum II, 13, 45; II, 193, 30; omnes fortunæ casus decenter feret II, 11, 16; ex iis quæ ei suppetunt actiones pulcherrimas eliciet II, 11, 17; vita quæ ejus votis satisfacit, beata dicenda est II, 185, 49; ejus vita jucundior non erit, nisi et actus jucundiores sint II, 89, 22; ante omnes vitæ cupidine tenentur, idque quare II, 113, 35, 45; se ipse vivere atque servari cupit II, 107, 30; ei vita res bona et jucunda est II, 107, 32; II, 113, 45, 51; ejus virtus duplex, 524, 52; ejus modestia differt a mulieris modestia, 525, 5; merita sua diminuere solet II, 63, 29; vita communis cum eo virtutis exercitatio est II, 113, 18; eo modo erga se ipsum affectus est, ut ei omnia insint quibus amicitia definitur II, 107, 23; II, 110, 50; II, 113, 47; secum ipse consentit atque eadem cupit tota anima II, 107, 26; sibi ipse cupit ac facit bona cum vera tum apparentia, idque sui causa II, 407, 27; secum ipse vivere vult II, 107, 36; ei rerum actarum memoria jucunda est II, 107, 38; item opes futurorum bona II, 107, 39; intellectui abundanter suppeditat meditationes II, 107, 40; secum ipse dolet ac delectatur maxime II, 107, 40; ei semper idem molestum ac jucundum est II, 107, 41; pœnitentia fere omnino caret II, 107, 42; ejus amicitiam inutilem esse dicunt egeni, nisi ex eo emolumentum capiant II, 103, 26; iis propria sunt beneficia, 539, 46; si ei beneficium præstitit improbus, huic par pari reddere non obligatur II, 105, 43; si ei mutuum dedit improbus, huic vicissim mutuum dare non obligatur II, 105, 45; indiget in quos beneficia conferat, idque quare II, 112, 30; honesti atque amicorum causa omnia facere videtur II, 110, 43; commodum suum negligere videtur II, 110, 44; necessario se ipse amat, idque quomodo II, 111, 36, 45; II, 112, 17; cum potentioribus amicitiam non contrahit, nisi ipsi virtute excellant II, 96, 3; ei amicus bonus per se exoptabilis est II, 113, 20; vel amant, vel certe non adulantur, 585, 22; eos tanquam hostes insectatur tyrannus, 585, 40; amicorum gratia pecuniam honoresque ac magistratus negligit II, 112, 1, 9 ss.; iis convenit nec ipsos peccare, nec amicis permittere ut peccent II, 97, 40; eorum amicitia bona est II, 116, 19; eorum amicitiam sectantur felices II, 115, 7; cum iis vita communis jucundior est ac cum peregrinis et vulgaribus hominibus II, 112, 39; eorum actionibus delectatur beatus, si amici sint II, 113, 6; iis inest concordia, idque quare II, 109, 25; II, 229, 18; quæritur utrum ei an amico magis mos gerendus sit II, 105, 25; eum laudamus propter opera et actiones II, 12, 18; eos amare virtutis universalis officium est II, 247, 6; æstimatione non opibus digni dicuntur, 381, 19; ignominiam ægre ferunt, 587, 18; iis tribuitur honos II, 44, 45; soli honore digni sunt II, 45, 21; attamen majore dignantur honore si bonis externis instructi sint *ibid.*; iis majorum rerum pravos arbitros esse ridiculum videtur, 532, 34; eorum nusquam centum sunt, 565, 48, cf. 569, 53; iis longe superiores sunt dii II, 96, 45; quisnam secundum Hesiodum primo loco, quisnam secundo II, 3, 25 s.; in somno vix ab improbo distingui potest II, 13, 9; quomodo objectione e contrario solvatur enthymema, quo amicis bene facere adstruitur, 383, 14.

Vir bonus (*quatenus rempublicam spectat*): ejus virtus eadem est ac civis reipublicæ optimæ, 542, 22, cf. 524, 5; 551, 41; 617, 45; ejus virtus differre probatur a boni civis virtute, 523, 32 ss.; 526, 15; quæritur an ejus virtus eadem sit ac magistratus, 524, 6 ss.; si ejus virtus imperio constat, non eadem erit ac civis, 524, 22; subditorum virtutes discere non debet, quatenus res necessarias spectat, nisi sua ipsius causa, 524, 38; quatenus iis præstet multitudo gregatim sumpta, 531, 15; 532, 50; quatenus multitudini præstent, 531, 25; iis semper magistratus tradendi sunt, 577, 1; quænam eorum imperio objici possint, 530, 51; iis adversus plebem præsidio est rex, 579, 44; ex iis creatur rex, 579, 45; si regno dignus est, utpote melior, duo boni digniores erunt, quippe meliores, 541, 31; in optimo democratiæ genere citra peccatum magistratus gerunt sine multitudinis detrimento, idque quare, 593, 31, 35, 41; in eadem democratia iis non invidet plebs, 593, 32; in eadem democratia contenti sunt quia deterioribus viris parere non coguntur, 593, 33; executoris, vel carceris præfecti munere fungi nolunt, 599, 15; in aristocratia proprie sic dicta iidem qui cives boni, 551, 41, cf. 542, 52; pro iis habentur quidam in rebuspublicis quæ publicam virtutis curam non gerunt, 551, 49; quando de imperio optimatibus conferendo cum plebe consentiunt, concors est civitas II, 109, 21; quæritur an magis corruptioni pateant quam vir unicus, necne, 539, 33; facilius inter eos, etiamsi numero pauciores oritur seditio quam apud unicum, 539, 35; pro patria mori non recusat II, 111, 54.

Vir bonus vel prudens; quæ prætulit bona habentur, 324, 35.

Vir bonus, sed quæstus faciendi male peritus; fr. 45, b.

Vir divinus; v. *Divinus vir.*

Viri divinissimi; laude superiores sunt II, 12, 29.

Vir fortis; v. *Fortis.*

Vir ingeniosus; v. *Ingeniosus.*

Vir inutilis; quisnam secundum Hesiodum II, 3, 27.

Vir justus; injusto non contrarium est fr. 120, b; v. *Justus*

Vir magnus; inprimis se honore dignum putat II, 44, 31.

Vir malus; eorum innumerabilis et multitudo fr. 340, 6, cf. *Malus, Improbus.*

Vir optimus; ei idem finis est ac idem terminus ac optimæ reipublicæ, 619, 27.

Vir præstantissimus; haud minus quam ei servo vel cuilibet homini voluptatibus corporalibus frui licet II, 123, 46; quæritur utrum ei parere præstet, an optimis legibus, 538, 51; 540, 45; 541 41; propter eorum penuriam olim sub regibus vivebant, 539, 42; eos pervertit animositas (θυμός), 541, 7.

Vir probus; v. *Probus vir.*

Vir sterilis; ei aliquatenus similis est mulier III, 339, 9 s., cf. *Vir.*

Viragines; steriles sunt ac menstrua purgatione carent III, 367, 30 s.; earum sterilitas plerumque incurabilis est III, 367, 28 ss.

Vireo; v. *Chlorio.*

Vireola; vermibus vescitur III, 150, 48 s.; v. *Chloris.*

Virgæ; ad latus semper gignuntur III, 600, 38 s.; item semper circa solem III, 600, 41; idque sive ascendente sive descendente H, 6011, 41; plerumque tamen ad occasum vergente III, 60, 42; coronæ ita appellatæ III, 603, 37 ss.; earum causæ III, 608, 4 ss.; iis plenæ sunt nubes in aqua spectatæ III, 608, 11 s.; non figura, sed colore efficiuntur, idque quare III 608, 24 ss.; fiunt circa ortum et occasum solis, neque supra neque infra solem III, 608, 40 ss.; nec prope omnino, nec procul, idque quare III, 608, 42 ss.

Virgo; ita se ad mulierem habet ut femina ad marem IV, 167, 16 ss.; ætate prudentiæ nondum particeps est IV, 107, 11; ei turpe est excrementum in alium demittere, 389, 50.

Virgulta; iis quovis anni tempore piscatores fluvium circumvallant ad capiendos pisces III, 165, 5.

Virgula; arcus cælestis conformatio est in directum confirmata III, 633, 24 ss.; speciem tantum exhibet III, 633, 19.

Viride; medium inter album et nigrum tenet IV, 275, 49; postquam id diu intuiti fuerimus, omnia videntur viridia in quæ oculos convertimus III, 508, 41 s.; ubi id intuemur cur melius disponamur visu IV, 275, 45 ss.; mediocriter solidum est IV, 276, 7.

Viridis color (πράσινον); non fit temperatione III, 600, 35.

Viriditas plantarum; IV, 40, 3 ss.

Virido; v. *Chlorio.*

Viriles (ἀνδρώδεις); ita interdum vocamus qui graviter irascuntur eosque laudamus tanquam ad imperium idoneos II, 24, 5; II, 48, 24.

Virtus (*aliorum de ea sententiæ*); ejus exercitationem suppeditat vita cum viris bonis communis teste Theognide II, 113, 18; primus de iis dicere aggressus est Pythagoras II, 131, 24; sed perperam eas numeros habuit II, 131, 25; probatur Socrates eas quoque perperam scientias habuisse II, 131, 29 ss.; II, 133, 53 ss.; melius tamen et copiosius de iis quam Pythagoras disseruit II, 131, 28; omnes scientias ideoque rationes esse putabat Socrates II, 75, 38; II, 188, 11; probantur scientiæ non esse II, 237, 37 ss.; contra Socratem probatur eam rem spontaneam esse II, 139, 45 ss.; non tamen ad summum gradum II, 141, 3 ss.; eam perperam rationem dixit Socrates II, 158, 10; eam melius, etsi non omnino recte, eo constare dixerunt æquales ut secundum rectam rationem agamus honesta II, 158, 14 s.; eo enim constat ut agamus quomodo præceperit recta ratio II, 158, 29; recte igitur definitur impulsus ad honesta cum oratione conjuncta II, 158, 21 s.; ejus cognitionem vitæ finem esse putabat Socrates senex II, 188, 8; quidnam sit, non quomodo et e quibusnam fiat quærebat idem II, 188, 15; ejus cognitio non maximo honore digna est, sed scientia eorum e quibus fit II, 188, 17; ad utilem atque civilem Socratis ætate se converterunt philosophi III, 223, 5 s.; cuique animæ parti congruas tribuit Plato II, 132, 1; eam perperam cum speculatione de bono confudit Plato II, 132, 4; ejus consideratio nihil commune habet cum speculatione de entibus et de veritate II, 132, 5; eam nonnulli cum felicitate confundunt II, 8, 5; II, 9, 8; eam si non omnes, attamen ratione digni viri felicitati subjungunt II, 188, 6; eam nonnulli summum bonum habent II, 184, 36; II, 186, 24; eam quidam majus bonum habent quam prudentiam, alii contra II, 185, 2; eam nonnulli definiunt impatibilitates et quietes quasdam, idque quatenus male II, 17, 2; eam definit vulgus imperturbatum circa voluptates et dolores animum II, 197, 12; eam omnes nunc definiunt habitum rectæ rationi consentaneum II, 75, 31; eo augurari videntur ipsam habitum prudentiæ consentaneum esse II, 75, 34; eam alii virtute, alii consuetudine, alii disciplina comparari putant, II, 127, 43.

Virtus (*ejus definitio*); quidnam sit, 329, 38; II, 192, 8; πρός τι, 9, 43; 212, 25; idque etiamsi ejus genera *bonum* et *pulchrum* qualia sint, 212, 25; pertinet ad quale II, 4, 25; ad genera *habitus* et *dispositio* pertinet, 207, 44; haberi dicitur, 24, 3; an doceri possit, 117, 26; iis præditi non sumus simulac scimus quidnam unaquæque sit II, 134, 9; non ut sciamus quidnam sit, de re morali disseritur II, 15, 36; ei, si cum scientia comparatur, proprium est, ut pluribus (animæ partibus) insit, 219, 22; quidnam sit scire non possumus, nisi sciamus quænam animæ innascantur II, 138, 13; numero idem esse nequit quod scientia, 256, 14; omnes frustra essent si revera scientiæ essent II, 134, 1; scientiæ competit II, 156, 41; habitus est, 13, 12; non rite definitur habitus bonus, vel honestus, 243, 6; nec affectus, nec facultates, sed habitus esse probantur II, 18, 27 ss.; II, 31, 20; II, 74, 8; falluntur qui eam bonum animi habitum, aut rectam agendi rationem esse dicunt, II, 495 36; ita vocamus habitus laudandos II, 14, 31; naturæ est II, 224, 7; optimus habitus est II, 147, 7, 37; hominis naturalis habitus est II, 222, 31; naturaliter honesti simpliciter bonum est II, 222, 33; non honesti illi bonum est II, 222, 34; habitus, non alteratio est II, 337, 19 s., 29, 31; nec ejus possessio vel assumptio II, 337, 29; eo consistit ut ad aliquid certo modo se habeat res II, 337, 32; ad ea refertur quibus natura sua alteratur quod eam habet II, 337, 48; vel impatibile reddit, vel patibile ut decet II, 357, 49 s.; perfectio quædam est II, 337, 21, cf. 30; II, 527, 51; quod eam assumpsit maxime secundum naturam se habet II, 337, 22; tunc adest cum et ratio et affectus bene se habent bonaque inter eos est proportio II, 171, 33 ss., cf. 41; non vero ubi affectus bene se habent, ratio vero male II, 171, 39 ss.; secundum rectam rationem sunt II, 66, 12, 27; ejus principium et dux multo magis affectus est quam recta ratio II, 171, 43 ss.; ut recta ratio præscripserit, exerceri debet II, 31, 22; mentis instrumentum est II, 240, 40; secundum eas agit qui secundum rectam rationem agit II, 174, 1 s.; ejus scientia non sufficit, sed conandum est eam possidere ac adhibere II, 127, 24; forsan inutile foret scire quidnam esset, nisi etiam sciamus quomodo futura sit et e quibusnam fiat II, 131, 14; habitus est quo optimorum affectivi fimus II, 197, 15; item quo optime erga præstantissimum dispositi sumus II, 197, 16; affectu consistit II, 170, 54; probatur semper cum voluptate conjuncta esse II, 170, 52 ss., cf. II, 170, 44 s., 47; eas sectaremur, etiamsi nullam voluptatem parerent II, 119, 18; non omnium munera jucunda sunt, nisi finem spectes II, 35, 38; animæ innascitur II, 137, 12; cum animæ tum corporis bona sunt, 323, 29, 40, 41; animæ bonum est II, 135, 26; II, 192, 5; non per accidens ad animam pertinet II, 193, 32; ejus operatio optimum est quod anima habet II, 192, 44; bonum sunt semper et omnino præferendum II, 134, 34; eam præcedere debet mos ei respondens II, 128, 2; ei contrarium vitium, 9, 43; II, 76, 10; II, 579, 10; inter eam et vitium maxima omnium est dissensio, 568, 31; extremis vitiis quibus interjacet, opposita est II, 22, 25; cum defectu comparata modum excedit, cum excessu vero eum superat II, 22, 30; minor est oppositio inter eam et vitia, quam inter vitia invicem, idque quare II, 22, 40; inter eam et nonnulla vitia quædam similitudo est II, 22, 45; ei modo similior videtur excessus modo defectus II, 22, 50; ubi alterum vitium ei similius est, non hoc, sed alterum ei opponimus II, 23, 5; ei magis contrarium esse dicimus vitium, in quod procliviores sumus II, 23, 11, 15; virtuti adversari nequit II, 161, 14; in iis interdum extremi inter se oppositi esse videntur, quia medium nomine caret II, 47, 21; mediocritates sunt, 555, 7; II, 147, 35; II, 161, 42; idque inter affectuum excessum et defectum II, 161, 45; quo magis aliquid virtus est, eo magis mediocritas est II, 161, 42 s.; eas perdunt excessus vel defectus, facit vero, auget et servat moderatus usus II, 16, 11; eas medietates esse melius constabit, si singillatim eas persecuti fuerimus II, 49, 28; magis ac minus recipiunt II, 118, 7; in nostro arbitrio esse probatur II, 29, 28; II, 31, 14, 21; refutantur objectiones eorum qui eam voluntariam esse negant II, 29, 40 ss.; si voluntariæ sunt, vitia quoque erunt II, 31, 4, 11, 14; consilia quædam sunt, vel non sine consilio II, 18, 35; ei conjunctissimum esse videtur consilium II, 26, 32; spontanea est II, 207, 18; eam maxime refert quod spontaneum est II, 141, 17; spectat res quæ penes hominem sunt II, 199, 12; id est res spontaneas II, 199, 18, 20; II, 207, 33; ejus cardo in consilio positus est II, 103, 14, cf. II, 104, 49; perfecta esse nequit nisi simul adsint consilium et actiones II, 125, 50; probatur eam rectam reddere finem consilii II, 206, 30; II, 207, 11; eam perperam nonnulli rationem rectam reddere putant, idque quare II, 206, 32 ss.; differt a continentia II, 206, 34; eam rectam reddere rationem confirmatur e rebus apparentibus II, 207, 12-31.

Virtus (*ejus actio et finis*); ei præferenda actio II, 145, 23; II, 207, 24; ejus usus et actio animæ finis est II, 136, 14 s; ei congruæ actiones honestæ sunt et honesti causa fiunt II, 39, 30; II, 42, 42; ea idonei fimus ad res honestas agendas II, 12, 47; pulchrum spectat, 364, 14; mores spectat, 363, 24; ad eam pertinere verisimile quod melius est II, 157, 20 s.; iis alii actu, alii habitu boni evadunt II, 94, 34; quod ei congruit, vel jucundum est vel molestiæ expers minimeque molestum II, 39, 33; ei congruit delectari et molestia affici quibus et quando oportet II, 40, 28; II, 116, 32; eo spectatur, si quis recte gaudeat et amet et oderit, 629, 44; ea præditus semper optime utitur iis circa quæ versatur ipsius virtus II, 39, 9; ad præcipua ejus officia pertinet ut bonis externis et bonis corporis bene utatur II, 161, 35 ss.; an vita secundum eam præstet, 175, 35; quæritur utrum ipsa, an actiones ab ea profectæ vitæ bonæ partes sint II, 188, 4; ei magis congruit bene agere quam bene affectum esse, honestasque facere actiones quam a turpibus abstinere II, 39, 16; uniuscujusque rei optima circa eam agit II, 194, 18; quænam requirantur ut actiones revera circa eam fiant et quomodo hoc respectu a ceteris artibus differat II, 17, 42, 45, 50; eam plerique non agendo, sed philosophando et ratiocinando comparare sibi student II, 18, 10; ab optimis animæ motibus fit II, 194, 25; ab ea optimæ animæ actiones et affectiones proveniunt II, 194, 26; ab iisdem fit quibus perditur II, 194, 27; ejus usus eadem spectat quibus augetur et perditur II, 192, 28; jucunda et tristia spectat II, 194, 30; in iis eodem modo errari potest quo in rebus agendis II, 144, 26; eas collimantes deflectimur in vias nobis naturales idque quorsum et quare II, 144, 27; prudentiam a recto usu abducere nequit II, 237, 52; ea utitur prudentia II, 237, 52; partis animæ imperantis, utitur virtute partis animæ subditæ II, 238, 1; omnis id cujus virtus bene affectum reddit, ejusque opus exhibet actum II, 19, 2; actiones ei congruæ omnium actionum humanarum stabilissimæ sunt II, 10, 42; in actiones ei congruas non cadit oblivio II, 10, 48; in actionibus ei congruis versatur cardo felicitatis II, 10, 39; II, 11, 13; ejus operatio et usus quidam perfectus felicitas est, 609, 43; felicitatem facit II, 238, 28; felicitatis pars, 320, 40, 331, 54; secundum eas si vivimus felices sumus II, 136, 9, 16, 18, 22; II, 168, 6, cf. II, 137, 8; ea qui manci non sunt, in ipsos cadere potest felicitas, II, 9, 20; omnem et felicitatis gratia et ejus causa sectamur II, 6, 10; actibus ei congruis constat felicitas II, 123, 39, 48; in eam qui investigarit, melius perspiciet quidnam sit felicitas II, 13, 2; quantum in unumquemque cadit, tantum et felicitatis, 601, 39; sine ea consistere nequit felicitas, 610, 35; 611, 13; quidnam intersit inter ejus actiones absolute perfectas et cum conditione (ἐξ ὑποθέσεως) perfectas, 616, 2; ejus causa quod expetitur præstat eo quod voluptatis causa, 202, 34; ejus finis honestum est II, 32, 24; earum possessione honesti sumus II, 131, 6; ei congrua qui moleste ferens, utpote necessario, agit, honestus non est II, 170, 49, 50 s.; II, 171, 3; ei maxime proprium, omnes certatim summopere honestum sectari II, 111, 45; eam qui amat, ipsi gratæ sunt res virtuti congruæ II, 8, 27; ei congruæ actiones per se ac naturaliter jucundæ sunt II, 8, 30, 38; ab ea proveniunt actiones honestæ II, 123, 19; nihil cum principatu (δυναστείᾳ); commune habent II, 123, 18; vita ei congrua viro probo maxime exoptanda est II, 123, 28; ei congruæ actiones per se expetendæ sunt II, 123, 6; vita ei congrua seria est, nec ludis transigitur II, 123, 40; ejus signa et opera honesta sunt, 380, 18; ei nihil congruit quod recte non fit II, 43, 15; cum ipsæ tum earum actiones honestæ sunt II, 186, 30; II, 241, 38, cf. II, 243, 3 ss.; II, 247, 12; ab ea denominatur honestus, 15, 41; eas naturaliter bonorum gratia sectandas esse putat habitu civili instructus II, 241, 42; qui eas externorum bonorum gratia sectantur per accidens honesta faciunt II, 242, 5; bonum honorabile est quando ejus ope honesti fimus II, 134, 17; laudari solet II, 140, 10; laudabilis est II, 158, 26 s.; II, 193, 54; idque cum ipsa tum ejus opera II, 12, 18; II, 199, 7; II, 207, 20; æmulandæ sunt, 362, 48; bona laudabilia sunt idque quare II, 134, 19, cf. II, 137, 20 ss.; ejus præmium honor II, 103, 30; II, 44, 44; II, 161, 29, 32; majus quam quod virtus non est, 326, 29; quorum majores et opera majora sunt, 326, 31; ea nihil melius exstat II, 145, 8; optima causa est II, 145, 13; probabile est eam id sibi proponere, in quo principium optimum quodque et facit et sibi proponit II, 145, 6 ss.; probatur magis sibi proponere finem quam res quæ ad finem tendunt II, 144, 46 ss.; finem nempe sibi proponit et simul res quæ ad eum tendunt sibi comparat II, 145, 3 ss.; ejus finis honestum est II, 145, 16; magis igitur honestum collimat quam res quæ ad id tendunt II, 145, 16 s., cf. II, 147, 28; ejus actus qualitates sunt, nec tamen negari potest eam bonum esse II, 118, 3; cum ipsæ, tum actiones ab eis profectæ honestæ sunt II, 173, 33 s., cf. II, 158, 26 s.; agunt cum ipsæ tum iis præditi ut prudentia jusserit II, 158, 47 s.; earum architectus est prudentia II, 158, 47; ejus præmium et finis res optima et divina et beata esse videtur II, 9, 16; perfectæ dignus honor tribui nequit II, 45, 1; perfecta carere nequit vir magnanimus II, 44, 39, 47; II, 45, 24; eam majorem reddit magnanimitas II, 44, 47; nec deo nec feræ competit II, 76, 20; II, 162, 14; ea melior deus II 162, 14.

Virtus (*ejus variæ species et differentiæ*); exstant tres mediam quæ vitæ consuetudinem spectant II, 21, 39; II, 51, 58; hæ tres omnes circa sermonum et actionum communitatem versantur II, 21, 41; II, 51, 28; earum duæ jucunditatem spectant (sc. amœnitas et urbanitas), una veritatem (sc. veracitas) II, 21, 42; II 51, 30; earum quæ jucunditatem spectant altera ad jocos pertinet (sc. urbanitas), altera ad reliquam vitæ communionem II, 21, 44; II, 51, 31; earum optima esse videtur justitia II, 53, 25; genus est justitiæ, 21, 34; earum optimum principium est pietas fr. 340, b; omnes proverbio justitia dicitur continere II, 53, 28; sola inter eas alienum bonum esse videtur justitia II, 53, 37; ejus perfectus usus justitia est II, 53, 29; justiores reddit II, 200, 3; ea non solum secum, sed etiam erga alium uti valet justus II, 53, 30; efficit ut bona simpliciter bona fiant alicui II, 222, 17; maximæ sunt quæ aliis utilissimæ sunt, 329, 43; ejus exsuperantiam ostendunt victoria et honos, 331, 2; ejus exsuperantia est, si omnibus benefacias, 331, 24; ea multi in suis rebus uti valent, erga alium vero non II, 53, 32; optimus est qui ea non solum erga se, sed et erga alium utitur II, 53, 41; quomodo differat ab ea justitia quæ legitimo constat II, 53, 45; æqualitate eam spectanti inprimis consistit amicitia II, 97, 37; ei proprium est amicos de beneficiis sibi invicem præstandis certare II, 102, 11; in amicitia secundum excellentiam ab ea pendente locum habere potest mutuus amor II, 225, 38; ejus magna differentia amicitiam contrahere vetat II, 96, 42; amico ea præstanti tribuendus est honor in amicitia secundum excellentiam II, 103, 41; idcirco tantum utilis esse dicitur quia amicitias conciliat II, 218, 21; ea similium amicitia perfecta est II, 93, 11; distinguuntur in cogitabundas et morales II, 14, 26, 22; II, 66, 40; II, 193, 51; II, 196, 48; quænam partem animæ rationalem spectet II, 243, 7, 16; quænam fervidam spectent II, 243, 8, 18, 20; quænam concupiscentem II, 243, 9, 22, 14; quænam totam animam II, 243, 10, 26, 27, 29; viro et mulieri cuique sua, 495, 31; 494, 50; 525, 2; item puero 494, 51; item servo, 494, 42; imperantis a subditi differt, 495, 1; unaquæque vel naturalis vel prudentia stipata II, 217, 40; principium servat II, 85, 5; vel moralis vel naturalis, qua recte de principiis sentimus, ea ipsa docere valet II, 85, 9; facilius ad eam movetur qui quantulamcunque ab initio ejus accessionem recepit, 20, 9; uniuscujusque comes esse videtur magnanimitas II, 214, 24, 31; II, 215, 8; quævis recte judicat majus et minus in rebus circa quas versatur II, 214, 29; quævis contemnit præter rationem magna II, 214, 33; unicuique generi propria fit id quod in hoc genere bene fit II, 7, 8; in unaquaque re, id bene facit cujus virtus est II, 136, 4; nulla sibi comparat res circa quas versatur, sed iis recte utitur II, 148, 20; non semper ad omnes suapte natura æque aptum esse dicunt eundem II, 75, 44; naturales seorsum abesse possunt II, 75, 46; proprie sic dictæ una cum prudentia simul aderunt II, 75, 48; II, 77, 33; et perfecta et imperfecta est II, 192, 47; maximæ sunt quæ aliis utilissimæ sunt, 329, 43; honestiorum pulchriores sunt, 330, 48; item quarum fructus alios potius spectant, 330, 49.

Virtus (*quinam eam habeant et quomodo paretur, de* *ejus cum republica conjunctione*) ea excellere possunt pauci, 527, 48 ; ubique paucorum est, 565, 47 ; quatenus ea excellere possit multitudo, 527, 49 ; ea viris bonis præstat multitudo gregatim sumpta, 531, 19; ejus quantulumcunque sibi sufficere putant, 601, 10; ea bona externa acquirimus ac conservamus, 601, 16 ; ad eam generandam otio opus est, 610, 42 ; ei contraria est artificum et circumforaneorum hominum vita, 610, 40, cf. 594, 14 ; ejus muneribus fungi licet, etiamsi modica sit res familiaris II, 126, 42, 50; qui ejus muneribus fungitur, huic vita beata est II, 126, 46 ; quo facilius eam discant, animo et intellectu præstare debent cives, 608, 50 ; civis esse non debet qui ejus opifex non est, 611, 11; ejus exercitio parum idoneum reddunt artes et opera illiberalia, 625, 18 ; ejus causa scientias colere illiberale non est, 625, 28 ; ei assuefaciendi sunt pueri educationis ope, 624, 34 ; non omnes eadem ejus gratia disci debere putant, 625, 2 ; non omnes eandem in pueris educandis spectandam esse putant, 625, 10; non eodem modo ut Lacedæmoniis colenda est, 620, 4 ; ejus partem tantum spectabant leges Laconicæ, 514, 32; recte ea potius quam vitio res exoptatas parari putabant Lacedæmonii, 514, 39; perperam ei præferebant res bello partas Lacedæmonii, 514, 40; otio utiles sunt cum quibus in negotiis opus est, tum quibus in otio, 619, 32 ; ei operam dare debet civitas quæ revera hoc nomine digna est, 529, 36 ; omnibus congruas actiones facere jubent leges II, 53, 21 ; II, 54, 47; ad omnium normam vitam dirigere jubet lex II, 150, 43; universa peraguntur pleraque legitima II, 54, 46 ; universam efficiunt leges quæ de publica educatione feruntur II, 54, 49; ea si adeo excellat aliquis vel uno plures, ut cum ceteris civibus comparari nequeant, iis parendum est, 535, 32 ; 604, 48 ; non tantum ea, sed et facultate excellere debet hujusmodi vir, 604, 51 ; propter eam creatur rex, 579, 46; 580, 19 ; ea quum multi æquales exsisterent, regiæ auctoritati politiam substituerunt, 539, 47 ; in eam cujus capaces non sunt homines vulgares, non quadrat politia vulgo sic dicta, 554, 45 ; propter eam qui singularem hominem maxime probant, civitatem etiam, quo honestior est, eo feliciorem esse putant, 602, 20; sine ea nulla bona actio exsistere potest, nec hominis, nec civitatis, 601, 51 ; ad eam qui bene nati sunt nobiles existimandi sunt, 446, 46 ; partim ab eximia pendet justum non scriptum, 341, 32; quum ad bonam vitam conferat merito honores civiles ambit, 534, 17; cum ea contendere nequit magnitudo, 533, 49; secundum eam aliquatenus jure de honoribus civilibus certare licet, 534, 31 ; ea præstantes si admodum pauci sint, quæritur an sufficere debeant ad rempublicam administrandam vel ad civitatem constituendam, 534, 46; si secundum eam distribuendi sint magistratus, solus regnare debebit qui omnes virtute antecellit, 535, 5; quidnam respondere posset multitudo iis qui ea præditos regiminis arbitros esse volunt, 535, 15 ; ea præpollentem virum e patria exterminare vel interficere non licet in optima republica 536, 52 ; 542, 37; nec postulari potest ut legibus pareat, 536, 53 ; 542, 39; nihil restat ergo nisi eum regnare, 537, 1 ; 542, 41 ; ex ea creari possunt magistratus, 562, 39; necessaria summos magistratus gesturo, 577, 52 ; quæritur utrum in magistratibus eligendis ejus major ratio habenda sit, an reipublicæ amoris, 578, 2 ; quæritur an necessarior sit magistratus gesturo nec sufficiant peritia et amor reipublicæ 578, 12 ; eadem viri boni est ac civis et magistratus reipublicæ optimæ, 542, 52 ; 551, 41 ; 617, 45, cf. 524, 51 ; ea præstantes maximo jure seditionem moverent, etiamsi vix unquam faciant, 565, 3 ; 569, 52 ; contumelia affecta, si potens sit, metuenda est, 353, 43; commeatu instructa quadantenus maxime vim inferre potest, 487, 3 ; ubi in maximo honore non est, exsistere non potest stabilis aristocratia, 517, 53; aristocratiam determinat, 552, 39 ; cum virtute et divitiis ac aliquatenus cum generis præstantia de æqualitate in republica administranda contendit, 552, 50 ; ejus cum libertate et divitiis mixtio aristocratia appellari debet, 553, 2 ; secundum eam jus distribuendum esse putant aristocratiæ fautores II, 55, 39 ; eam in aristocratia cum oligarchia et democratia miscere conantur, 551, 46, 51, 54 ; 574, 11 ; si in aristocratiis plebs se ea non inferiorem esse putat, seditio oriri solet, 573, 40 ; item si viri ea nihilo inferiores a proceribus cum dedecore tractentur, 573, 45 ; cujusque actiones non magis privatos quam rempublicam administrantes spectant, 605, 52 ; eo constat ut quisque rite suo munere fungatur, 523, 42 ; ubi ejus publicam curam non habent, sunt tamen qui pro viris bonis habentur, 551, 49; inter actiones ei congruas eminent bellicæ ac civiles II, 124, 43; ejus multas partes continet vita militaris, 512, 11 ; quæritur quatenus vitæ civilis finis sit II, 3, 47, cf. II, 4, 7 ; honore præstat II, 3, 47.

Virtus (*quomodo se ad fortunam habeat etc.*); ea vel dormientes aut maximis malis et calamitatibus afflicti præditi esse possumus II, 3, 49 ; res pervicax est II, 93, 16; sine ea vix rite ferre licet fortunæ bona II, 45, 27; incommutabilis est II, 176, 35 s.; res difficilis est II, 23, 22 ; semper circa difficilius versatur, idque quare II, 17, 24 ; ejus acquisitio penes nos est, nec igitur a fortuna pendet II, 172, 35 ; fortuna præstat et quare, 198, 34 ; si est, non est fortuna fr. 328, b ; ei non confert tibia, 631, 54 ; concentum suo genere non continet, 236, 37 ; quæritur an ad eam aliquid conferat musica, 628, 12 ; ejus gratia non agit qui propter certamina musicam exercet, 632, 17 ; nunquam id cui inest, perdit, 530, 40; ea sola abuti non licet, 312, 32 ; II, 171, 19 ss., cf. II, 237, 27 ss.; fieri non posse probatur ut nimiæ noceant II, 161, 21 ss.; ea maxime in utramque partem uti licet, 484, 16; in iis qui sponte peccaverit deterior est II, 69, 33 ; unicuique rei mensura esse videtur II, 107, 25; II, 122, 30; eam sequuntur voluptas et utile, non vero vice versa II, 177, 2 s., 7 s.; simplex est II, 148, 2; criminationibus obnoxia non est II, 232, 17 ; ea qui excellunt amamus, 355, 6 ; eam si quis consequatur, nemo indignabitur, nec miserabitur si abjiciat, 360, 34 ; ut ea inferiores nos magni faciant, postulamus, 348, 22 ; ea æstimari debent officia unicuique præstanda II, 106, 20 ; ei congruit beneficia præstare II, 112, 30 ; ea insignis stultus esse nequit II, 44, 9 ; universa pars sapientiæ est II, 74, 26 ; de iis in universum adhibetur vox ingenuitas II, 173, 30 ; ei confert mane expergisci, 638, 29; contenti esse debemus si ejus participes fiamus, ubi omnia habemus, quorum ope probi fieri videmur II, 127, 41 ; si magis ac minus recipiat, id etiam recipere debent justitia ac justus, 217, 25 ; si temperantiæ genus est, multo magis ejus genus erit facultas, 217, 51 ; singulas ostendimus bona esse, si per inductionem probare velimus magnanimitatem bonum esse II, 133, 1 ; ejus pertractatio pertinet ad locum de laude, 322, 51 ; eam spectat laudatio, 331, 46 ; II, 12, 37 ; bona quæ ea consistunt in laudatione post prooemium distinguenda sunt a bonis extra eam sitis, 446, 13 ; enumerantur hæcce bona, 446, 14 ss.; jure laudantur hæcce bona, 446, 18 ; post generis enarrationem secundum ætates laudanda sunt hæcce bona, idque quomodo, 447; 4; ejus ope audientibus fide dignus videtur orator, 347, 5, cf. 329, 11.

Virtutes activæ; earum actus præcipue circa res bellicas ac civiles versantur II, 124, 32; vita iis congrua humana ac vitæ menti congruæ inferior est II, 125, 21, 34.

Virtus animæ; perfectio est II, 337, 53; bene disponit animam ad affectus proprios II, 337, 54; usum suum et actionem habet II, 136, 14; quatenus finis, e singulis conflatur II, 193, 50.

Virtutes animæ partis ratione carentis; non natura nobis innascuntur II, 138, 6.

Virtutes animæ partis ratione præditæ; laudari non solent II, 137, 21.

Virtus bellica; ad rerum potiundum utilis est, 514, 34, cf. *Fortitudo.*

Virtus civilis; ea semper aliqui præditi esse debent, 548, 12; eam omnes sectantur, 548. 17; eam considerare debent qui bonis legibus student, 529, 34; ea qui eminent maxime civitatem participant, 530, 26; non omnibus civibus competeret, si artifices inter cives numerarentur, 525, 19, 32; quatenus musicæ opera tractare debeant qui ad eam instituuntur, 631, 13; ei operam dare debet tyrannus, 586, 32.

Virtutes cogitabundæ; quænam II, 14, 26; II, 193, 52; maximam partem disciplina generantur et augentur II, 14, 33; ad quamnam animæ partem pertineant II, 194, 2; II, 196, 49; cum ratione sunt, *ibid.*; quodnam earum opus II, 196, 50.

Virtutes corporis; eo constant ut ad aliquid certo modo se habeat corpus II, 337, 37; bene disponunt quod eas habet circa affectiones proprias II, 337, 38 s.; calidorum ac frigidorum temperamento ac proportione constant II, 337, 34; in eas magis quam in animam quadrat harmoniæ ratio III, 438, 52 ss., v. *Habitus corporis* et *Corpus.*

Virtus divina (vel heroica); feritati opponitur II, 76, 12; ita vocatur etiamsi revera nomine careat II, 162, 11, 13; qualisnam sit II, 76, 18; inter homines raro occurrit II, 76, 22; supra hominem est II, 162, 12, 18, 20.

Virtus humana; argumentum est disciplinæ morum II, 13, 11; ita vocamus non corporis, sed animæ virtutem II, 13, 14; non pertinet ad animæ partem plantis competentem II, 13, 37, 47; ea est qua homo bonus fit et bene suo munere fungitur II, 19, 10; ei inesse debet ratio et imperium et actio II, 193, 46; ea superior esse potest hostium invadentium numerus, 614, 5.

Virtus moralis; ejus definitio II, 20, 11; II, 206, 26; quænam II, 14, 27; medietas est inter duo vitia, idque quomodo II, 20, 1, 8, 13 ss.; II, 22, 25; II, 23, 18; II, 31, 19; II, 207, 23, 32; notionis ratione habita medietas est, præstantiæ vero summitas II, 20, 18; omni arte præstat II, 19, 39; medium collimat II, 19, 40; II, 20, 2; II, 23, 21; ad eam pertinet si quæ fiant quando et qua conditione et ad quos et cujus gratia et quomodo decet II, 19, 48; ei competit laus et res bene gesta II, 19, 52 s.; unde nomen petierit II, 138, 5; versantur circa voluptates et molestias II, 16, 38, 45; II, 17, 6, 28; II, 87, 6; II, 338, 5, 14; circa easdem optima agere valent II, 17, 6; definitur etiam voluptate et molestia, easque respicit II, 137, 48; II, 138, 1, 42; II, 168, 6 s.; II, 197, 7, 20; II, 198, 13 s.; est aliquid cum voluptate et molestia connexum II, 138, 16; mediocritas est affectuum animæ II, 138, 40; II, 139, 33; spectat res quæ consulto fiunt II, 206, 20; II, 211, 3; versantur circa actiones et affectus II, 16, 43; II, 19, 42, 50; II, 24, 15; arcte cum affectibus conjunctæ sunt II, 125, 28, 32; humanæ sunt quippe quæ compositum spectent II, 125, 33; item vita et felicitas quæ ab iis pendent II, 125, 34; efficiunt ut bene se habeat finis II, 74, 29; II, 75, 52; consilium rectum efficiunt II, 74, 42; sine iis animæ oculo innasci nequit habitus (bonus) II, 75, 1; consuetudine comparantur II, 14, 35; nec natura, nec præter naturam nobis innascuntur II, 14, 43; II, 18, 42; natura ad eas recipiendas apti sumus, sed consuetudine perficimur II, 14, 44; eas agendo aquirimus II, 15, 2; ex iisdem et per eadem nascitur augeturque et interit unaquæque et per eadem absolvuntur ejus functiones II, 15, 13; II, 16, 26; II, 17, 29; iisdem augetur quibus interit II, 137, 40; excessu et defectu pereunt II, 137, 26 s.; ad quamnam animæ partem pertineant II, 194, 4; II, 196, 51; animæ parti irrationali insunt II, 137, 18 ss.; innascuntur, ubi voluptas vel molestia in corpore gignitur II, 338, 13; ubi assumuntur vel amittuntur necessario alteratur aliquid II, 338, 16 s.; alterationes non sunt, sed earum generationem comitatur alteratio II, 338, 17 s.: jucunda et tristia spectant II, 194, 34; II, 206, 19; media spectant ipsæque media sunt II, 195, 20; media sunt aut circa media versantur II, 197, 20; II, 198, 16; aliæ magis voluptates, aliæ potius dolores spectant, aliæ et dolores et voluptates II, 197, 22; solæ laudabiles sunt II, 137, 20, cf. II, 134, 19.

Virtus moralis proprie sic dicta; simili, sed non eodem modo se habet ad virtutes vel habitus naturales ut prudentia ad sollertiam II, 75, 9; nonnisi adjuncta mente in eam abit habitus naturalis II, 75, 22; sine prudentia consistere nequit, nec prudentia sine ea II, 75, 8, 25, 41; II, 86, 19; II, 125, 29; non solum habitus rectæ rationi consentaneus est, sed et cum recta ratione conjunctus II, 75, 36, 40.

Virtutes naturales; quænam II, 157, 53 ss.; ubi omni ratione carent exiguæ sunt et omni laude indignæ II, 158, 3 ss., 20 s.; ubi iis additur recta ratio et consilium perfectæ evadunt virtutes II, 158, 5 s.; quatenus sibi invicem contradicere possint II, 161, 8.

Virtutes particulares; eas e rerum ordine tollit, qui res ideo bonas esse non putat quia non optimum sunt II, 171, 14 s.

Virtutes perfectæ; earum species fr. 97, b; consuetudine et consilio acquiruntur II, 158, 1, cf. 5; laudabiles sunt II, 158, 1, 23; iis competit delectus II, 161, 10; sibi invicem adversari nequeunt II, 161, 10 ss., 14; earum sedes animæ pars ratione prædita II, 161, 10 s.; earum comes prudentia II, 161, 12.

Virtus universalis; quænam ejus opera II, 247, 1 ss.; quænam ejus sequelæ II, 247, 9 ss.

Virtutes sive habitus naturales; simili etsi non eodem modo se habent ad virtutem proprié sic dictam, ut sollertia ad prudentiam II, 75, 11; pueris etiam et feris insunt II, 75, 16; sine mente manifesto noxiæ sunt II, 75, 17; adjuncta mente in virtutem proprie sic dictam abeunt II, 75, 22; animæ morali (vel concupiscenti) insunt II, 75, 24; separatim exstare possunt II, 75, 46.

Virtus et vitium; referri possunt ad affectus substantiarum quæ moventur II 526, 24 ss.; cum ipsa, tum eorum species intermedium habent, idque ejusdem naturæ, 210, 37, 43, cf. 40; sibi invicem contraria ac proinde et justitia et injustitia, 211, 4; eorum intermedium κατ' ἀπόφασιν, 210, 44; cum animæ, tum corporis differentiæ sunt, 258, 1; iis differunt omnium mores, 458, 13; scopus sunt rhetoricæ demonstrativæ, 329, 23.

Vis; necessitas quædam est, vel teste Sophocle II, 518, 13 s.; inferri potest animalibus II, 142, 20; nulla infinita esse potest, idque quare III, 519, 44; quænam ea fiant, 334, 20; contra naturam est, 335, 13; ea fiunt negotia, 456, 27; ea impelli dicitur quod contra insitum impetum impellitur II, 201, 33; ea nemo agit gaudens II, 201, 16, cf. *Violentia*.

Vires; aliqua earum portione manet quiescens et movet movens III, 519, 9 ss.; æquales a se invicem non afficiuntur, superantur vero ab excessu III, 519, 13 s.; igitur ut quiescat res, moventis æquales esse debent quiescentis viribus III, 519, 8 s.; quiescentis vel æquales vel majores esse debent, ut ei innitens aliquid movere possit III, 519, 20; item rei quæ movetur, sed ipsa non movet III, 519, 21 s.; in calore positæ sunt IV, 180, 30 s.; IV, 308, 20; nostræ in articulis positæ sunt IV, 113, 6; spiritu retento augentur III, 353, 36; adolescentibus propriæ sunt, 611, 4; iis opus est militibus, 610, 50; quibus exiguæ sunt, crebriorem requirunt respirationem III, 543, 29 s.

Vi facta; quænam II, 24, 22; II, 25, 8, 24; ægre fiunt II, 25, 19; ad ea non referenda sunt quæ sponte quidem fiunt, sed per se invite II, 25, 10.

Vi quod fertur; v. *Fertur (quod) vi*.

Viscera; similare corpus III, 623, 8; sanguine præditis propria sunt III, 61, 6; III, 257, 47; III, 258, 7; III, 277, 16 s.; ideo sanguinea materie constant III, 258, 8; ea propter in recens natis pro portione maxima sunt et magis sanguinolenta, idque quare III, 258, 9 ss.; in fœtibus apparent simulac consistunt III, 257, 51 ss.; igitur perperam arbitratus est Democritus ea propter exiguitatem in exsanguibus latere III, 257, 49 ss.; non omnia sanguine prædita omnia habent III, 257, 47 ss.; III, 270, 1 s.; corporis mole a carnibus differunt III, 270, 30 s.; intus posita sunt, idque quare III, 270, 31 ss.; in supinis sita sunt III, 27, 50 s.; sanguinea sunt III, 269, 40; sanguine consistunt III, 277, 12 s.; e sanguineo vapore consistente ac concrescente fiunt III, 269, 38 ss.; venarum, vel vesicæ, vel respirationis gratia exstant III, 277, 16 ss.; meatibus intercapedinibus venarum imposita sunt III, 230, 38 s.; III, 269, 37 s.; igitur earum natura vel forma sanguinea est III, 230, 37, 45; ex eadem materie ac ea consistit cor III, 230, 36 s.; sanguinis per venas fluentis quasi aggeres projecti sunt III, 230, 40 s.; assimilantur aquæ fluentis fæci III, 230, 35 s.; ex unica parte similari constant atque in partes similares dissecantur III, 229, 50 s.; III, 230, 33 s.; propter multiformem vero figuram dissimilaria sunt III, 229, 49 s.; III, 230, 33 ss.; igitur partim similaria, partim dissimilaria sunt III, 230, 46; sibi invicem corporis natura similia sunt, reliquis vero partibus dissimiles III, 269, 43 s.; omnia membrana includuntur, idque quare III, 49, 38 s.; III, 269, 43 s.; partim simplicia, partim bipartita esse videntur, partim in utramque partem vergere, idque quænam III, 264, 5 ss.; revera tamen omnia bipartita sunt, sed ab unico principio dependent, idque quare III, 264, 10 ss., 33 ss.; excepto corde, omnia transeunt venæ, non vero ex iis originem petunt III, 258, 35 ss.; omnium sanguis, excepto corde, venis continetur III, 258, 42 s.; e numero partium ad ea pertinentium septum transversum est III, 265, 48 s.; in animalibus junioribus admodum sanguinolenta sunt III, 237, 10 s.; augescentibus et maturescentibus animalibus colorem mutant III, 237, 8 s.; exceptis corde et jecore, nullum animalibus necessarium est III, 275, 44 ss.; inde rationi non repugnat nullum eorum, excepto jecore, tale excrementum habere quale fel est III, 275, 40 ss.; excepto corde, sæpe morbosis affectionibus afflicta reperiuntur in victimis III, 260, 49 ss.; idque quare III, 260, 42 ss.; alia animalia omnia habent, alia non omnia III, 270, 1 s.; differunt a se ipsa apud diversa animalium genera III, 270, 3 ss.; iis detractis moventur multa animalia III, 533, 41 s.; iis carent insecta et omnia exsanguia III, 68, 10 s.; iis carent mollusca et crustata III, 57, 13 s.; III, 277, 8 s.; item omnia exsanguia III, 61, 7; III, 277, 9 s.; ea quæ habent magna et sanguinea sunt cum apud mustelos læves, tum apud quadrupedes III, 113, 1 s.; eodem modo se habent apud animalia pedibus carentia e. g. serpentes quo apud quadrupedes oviparas III, 273, 43 ss.; excepto pulmone eodem modo se habent apud pisces quo apud serpentes et quadrupedes oviparas III, 274, 1 ss.; perexigua habent serpentes et quadrupedes oviparæ, atque in universum quæcunque vesica carent III, 274, 16 s.; admodum longa et angusta ceterorumque animalium visceribus dissimilia habent serpentes, idque quare III, 274, 17 ss.; parva sunt quibus caro multa est III, 50, 31 ss.; quibus magna sunt, iis caro parcior III, 50, 35 s.; probatur fieri non posse ut in fœtu a re foris sita fiant III, 347, 31; pulli circa decimum diem apparent III, 107, 15 s.

Viscera infra septum transversum sita; omnia communi ratione venarum causa exstant III, 264, 39, cf. III, 270, 33; igitur ancorarum munere funguntur III, 264, 41 ss.; item clavorum III, 264, 44 ss.

Viscera arboris; ita nonnulli medullam vocant IV, 25, 8.

Viscidum; humidum est aliquid passum II, 455, 21; igitur ad humidum pertinet II, 455, 20; evaporari nequit III, 362, 21; igitur superiora petit III, 362, 21; apud animalia exsanguia siccum est III, 362, 22; apud sanguine prædita vero pingue III, 362, 24 s.; ex eo fit cutis III, 362, 27 s., cf. 20; corpora omnia continet III, 352, 80s.; ex eo procedente tempore et grandescentibus fœtibus fiunt nervi III, 352, 51 s.; ea solummodo molem augent, non vero miscentur II, 453, 11; ea colligunt matrices vesparum III, 202, 21.

Viscidum et fragile; tactus contrarietates sunt II, 454, 51.

Viscositas; ea nonnulla corpora unum sunt II, 562, 46.

Viscum (ἰξός); nonnisi in aliis arboribus nascitur III, 320, 27 s.; tractile III, 621, 7; inconcretile III, 619, 31; eo vescitur turdus viscivorus III, 185, 17 s.

Visendi gratia; aliquem ad forum ire licet II. 267, 49.

Visibile; quidnam II, 569, 49; sensibile est, 194, 46; id est ad quod visus refertur III, 452, 36; partim color est, partim quæ in tenebris apparent ignea ac splendent III, 452, 36 ss.; III, 453, 29 ss., cf. III, 458, 2; æque ac illud intermedii ope percipiunt molle et durum III, 459, 46 ss., 49, cf. III, 454, 5 ss.; III, 460, 6 ss.; quatenus tamen differant III, 459, 48 s.; III, 460, 1 ss., cf. *Gustus* et *Tactus*; ejus quoque affectus esse videtur odorabile III, 487, 29, cf. 32; idem (notione) non est quod color II, 274, 30; II, 595, 11; tanquam exemplum citatur, 34, 19.

Visibilia; res exteriores sunt III, 451, 48 ss.; iis movetur humor oculorum III, 416, 48; acute etiam cernere dicuntur qui omnes eorum differentias rite distinguunt III, 417, 18 s.; eorum differentias bene distinguit cui cum oculus purus, tum membrana pupillam obtegens pura ac tenuis est III, 418, 1 ss., 5 s., 9 ss., cf. 36 s.; III, 419, 3 ss.; ab oculorum situ pendet ceu a remotis ad eos perveniat motus III, 418, 12 ss.; eorum motus non dissipatur, sed recto tramite meat, si oculi intus siti sint III, 418, 15 ss.; eorum motus non dissolveretur, si ab oculis ad ea extenderetur fistula III, 418, 25 s.; nonnulli motu ab iis exeunte visionem fieri censent III, 418, 21 s.; si vero visionem visu ab oculis fieri censeas, ad ea nonnisi dissipatus ac paucior perveniet, si nihil ante oculos habeamus III, 418, 19 ss.; eorum perceptio eatenus a tactilium differt quatenus horum intermedium una cum nobis afficitur, illorum vero aliquid in nos agit III, 460, 1 ss.; nonnulla simul movent quæ tactum pessumdant, indeque necant III, 475, 35 s.; figuræ sunt, 630, 7; exiguam quandam morum imitationem continent, 630, 7; revera non genuinas morum imitationes, sed signa tantummodo exhibent, 630, 9; problema de iis quo pertineat, 168, 4; in iis si homonymia est, negare nomen quod affirmavit, vel affirmare quod negavit interrogans necesse est, 294, 42.

Visibile per se; non ita vocatur quia notione visibile est, sed quia intra se causam continet cur visibile sit III, 452, 40 ss.

Visibile (vix); colore caret III, 453, 23 s.; ad id pertinent tenebræ III, 453, 24.

Visio; ita vocatur visus actus III, 463, 24 s.; III, 502, 17; actus est atque eo a visu differt III, 465, 45 s.; actus ideoque perfecta est III, 568, 30, 41 s.; visus usus est III, 507, 4 s.; in vidente est II, 571, 5; eam perperam effluviis fieri censent antiqui III, 481, 11 ss.; eam nonnulli eo fieri censent quod visus ex oculis exit III, 418, 18 s.; eodem redit utrum eam sic fieri statuas an motu a rebus visibilibus exeunte III, 418, 17 ss.; utroque modo motu fit III, 418, 22 s; rationi repugnat eam fieri exeunte aliqua re ex oculo ut nonnulli perhibent III, 478, 48 s.; item id quod exiit, ubi aliquo usque progressum fuerit, cum aliquo alio coalescere III, 478, 49 ss.; eam perperam simulacri in oculo apparitionem esse dixit Democritus III, 478, 27 s.; ejus causa est motus qui fit per id quod inter oculum et rem quæ cernitur intermedium est III, 479, 3 s.; dubitatur an ejus intermedium sit aer vel lumen III, 479, 2; in pellucido fit III, 457, 34 s.; melius explicatur motu aeris qui unus factus est quam refractione visus ex oculo exeuntis III, 475, 2 ss.; sine lumine fieri nequit III, 467, 2 s.; in somno obtinere nequit III, 507, 38; III, 508, 4, cf. III, 507, 10; eodem modo quo ea, actus atque perfectio est vigilia III, 445, 19 s.; molesta est, etiamsi propter consuetudinem non sentiamus II, 90, 10; voluptatem parit molestiæ expertem II, 118, 45; eam sectaremur etiamsi nullam pareret voluptatem II, 119, 17; auctores de rebus ad illam pertinentibus citantur IV, 276, 14 s.

Visivum; quidnam II, 569, 49; quatenus eo prius vel posterius videns II, 570, 3 ss.

Visus (*antiquorum de eo philosophorum sententiæ*); eum omnes igni tribuunt, idque quare III, 477, 28 ss. cf. 51 ss.; recte eum aquæ tribuit Democritus III, 478, 26 s., 35; sine eo album et nigrum non exstare putabant naturæ scrutatores antiqui III, 463, 31 ss.; idque quatenus recte III, 463, 34 ss.; de eo Empedoclis placita II, 447, 44 ss.; refutantur II, 450, 23 ss.; Empedoclis et Platonis de eo opiniones refutantur III, 477, 51 ss.; duplicem de eo habere videtur Empedocles opinionem III, 477, 13 s., 25 s.; secundum nonnullos ex oculis exiens colore et figura reflectitur III, 475, 3 ss.; cum nonnulli ad res externas se extendere contendunt III, 498, 17; sonos non percipit secundum Gorgiam III, 681, 26.

Visus (*ejus definitio*); unus e quinque sensibus est III 68, 36; III, 461, 29; omnium maxime sensus est III, 467, 1; potentia est atque eo a visione differt III, 466, 45 ss.; ejus actus vocatur visio II, 292, 26; III, 463, 24 s.; III, 502, 17; ejus usus est visio III, 507, 4 s.; ejus ope nihil aliud facere licet quam videre, 230, 12; 244, 44; II, 144, 34; II, 205, 53; II, 570, 46 ss.; sine oculis non fit, et vice versa III, 395, 42; eum habent animalia ut videant, non vero vice versa II, 570, 31 s.; eum appetit oculus II, 191, 14 aquæ sensus est, idque quare III, 244, 14 ss.; non igni vel aeri, sed aquæ tribuendus est III, 416, 28 s., 33 s.; ex igne compositus est IV, 277, 42; in eo actio et usus finis sunt II, 135, 35 s.; eum nemo habere vellet si non videre, sed connivere debuisset II, 135, 38; æque visibilis atque invisibilis sensus est III, 457, 6 s.; III, 458, 6 s.; III, 460, 34 s.; dijudicat quoque tenebras et res admodum splendidas, etiamsi invisibiles sint III, 458, 7 ss., 11 ss.; eo sentire probamur quod videmus III, 462, 40 ss., cf. tamen III, 502, 19 s.; ubi non videmus distinguimus tenebras et lumen III, 462, 50 ss.; igitur perceptio quæ eo fit non simplex res est III, 462, 49; non versatur circa res absentes III, 495, 49; utrum intus recipiendo aliquid, an emittendo fiat, 180, 27; habitus est, 18, 40; eum sequitur sensus, 194, 35; si in sensu, tanquam ultimo (i. e. primo) genere continetur, cæcitas non erit sensus, 211, 50; quomodo cæcitati opponatur, 17, 28; 19, 10 ss.; se habet ad oculum ut mens ad animam, 184, 35; eodem modo quo is, actus et perfectio est anima III, 445, 20 s.; quo modo se habet ad sensibilia sibi propria, ita intellectus se habet ad res materie carentes III, 469, 32 ss.; de oculo dicitur, 18, 29; oculi substantia secundum notionem est III, 445, 10 s.; ejus materies oculus est III, 445, 11 s.; si animal esset oculus, ipse ejus anima esset III, 445, 9 s.; eo ablato oculus nonnisi nomine oculus est III, 445, 11 s.; eo naturaliter carent nonnulla, 18, 36; propria illi figura conus est IV, 129, 28; quovis tempore perfectus esse videtur II, 119, 26; ejus nec generatio exstat, nec motus II, 120, 10; eo definitur quod ad visibile refertur, etiamsi id verum sit II, 527, 29 ss.; refertur ad colorem vel simile quid II, 527, 30 s.; non eo fit quod videns et id quod videtur certo quodam modo sese habent III, 489, 25 s.; nec igitur eodem modo quo res inter se æquales sunt III, 489, 26; præter res sensibiles et singulares erit alius, si res mathematicæ a rebus sensibilibus separatæ exstent II, 612, 41; eo uniuscujusque formam cognoscimus, 193, 29; ejus ope præcipue percipimus sensibilia communia III, 477, 12 s.; III, 484, 17 s.; si ab eo deveniunt motus ad sensorium commune, cernere nobis videmur III, 511, 3 s.; quando interdum moveri videtur, etiamsi non moveatur, cernere nobis videmur III, 511, 8 s.; eum, an rem conspectam moveas nihil interest IV, 132, 17; fit patiente aliquo sensorio III, 453, 46; aboleretur ergo, si inter eum et colorem vacuum interponeretur III, 453, 49 s.; intermedii ope percipit III, 474, 29 s.; III, 477, 2; III, 487, 26 s.; argumenta quæ probare videntur non omnes ejus intermedii partes simul moveri III, 489, 13 ss.; argumenta quæ contrarium probare videntur III 489, 44 ss.; ejus causa lumen est III, 490, 5 s.; igitur fieri nequit ut omnes ejus intermedii partes simul moveantur III, 490, 4 s.; cum eo continua est lux, II, 336, 31; non solum ab aere afficitur, sed etiam in eum agit, eumque movet III, 509, 12 s., cf. 5 s., 37 s; idque quomodo III, 509, 20 ss.; eodem modo se habet erga res splendidas quo erga aerem III, 509, 13; ab omnibus lævibus reflectitur III, 601, 7 ss.; III, 602, 34 s.; ab aere reflectitur quando concrescere eum contigit III, 601, 27 ss.; III, 602, 36 s.; ab aqua vero maxime quum fieri incipit III, 602, 49 ss.; si superne deorsum inciderit, sursum versus reflectitur et vice versa IV, 182, 43 s.; per aquam potulentam cito permeat, neque ad aerem reflectitur, idque quare IV, 230, 23 s.; a mari deorsum progrediens fatiscit IV, 230, 24 s.; sensibile ei proprium color est II, 156, 4; III, 452, 21; III, 479, 38; III, 502, 26; III, 507, 8; ideoque circa eum non fallitur III, 452, 20 s., 24; III, 469, 32 s.; fallitur vero circa naturam ac locum rei coloratæ III, 452, 24 s.; nonnisi per accidens universalem colorem videt II, 628, 13; de colore, non de sapore judicat II, 511, 5 s.; res splendidas et colore tinctas respicit III, 509, 14; fallitur circa bilem quatenus omne flavum ei assimilat III, 462, 30 s.; album et nigrum respicit III, 458, 48; III, 464, 1 s.; respicit tamen et alia contrariorum paria voci, magnitudini et parvitati, vel asperitati et lævitati respondentia III, 459, 4 s.

Visus (*quomodo ad ceteros sensus se habeat*), ei æque ac tactui sensibilis est motus III, 452, 28 s.; ei saltem cum tactu communia sunt sensibilia magnitudo et figura, asperitas et lævitas, acumen et hebetudo III, 484, 8 s.; tactu superior est III, 510, 14; puritate differt a tactu II, 122, 11; eo perplexis digitis agnoscimus unum revera duo non esse, *ibid.*; II, 512, 11 s.; cum ipse, tum ejus subjectum tactu et tactus subjecto priora sunt II, 454, 44 s., 47; nihilominus elementum non facit, idque quare II, 454, 45 s.; quo modo ad eum se habent aer et aqua, eodem ad tactum se habere videtur caro, ad gustum lingua III, 460, 6 ss., cf. III, 240, 8 ss.; III, 244, 52 ss.; III, 454, 5 ss.; III, 459, 46 ss., 49 s., v. etiam III, 458, 1 s.; eodem modo dijudicare videtur album quo gustus dulce III, 491, 9 s.; item eodem modo nigrum quo gustus amarum III, 491, 10 s.; quatenus eo dulce percipere possimus III, 462, 17 ss.; ejus accuratio præstat olfactus accuratione, 326, 35; auditui antevertit III, 597, 12; id unde probetur III, 597, 12 s.; fieri possit non ideo eum simul cum auditu fieri posse quia tempus intermedium latet III, 491, 34 s.; quatenus auditu præstet, quatenus e contra III, 477, 8 ss.; ejus motus magis ab auditus motu differt quam a se invicem duo motus ad eundem sensum pertinentes III, 490, 37; obtusior est quam auditus IV, 153, 38 ss.; eum ab auditu et olfactu non distinguere possemus, si undique circulo nobiscum coaluisset aer III, 459, 15 ss.; distinguuntur tantummodo eorum sensoria quia eorum intermedia diversa sunt III, 459, 18 s.; si præter eum nullum alium sensum haberemus, semper colorem magnitudo insequi videretur III, 462, 34 ss.

Visus (*de ejus instrumento et variis differentiis*); in oculo ut pars in toto contineri dicitur II, 289, 33; ejus instrumentum pupilla est III, 240, 10; si pupillæ additum esset pellucidum, ut inde fieret hujus instrumentum, eodem modo se haberet visus quo tactus III, 240, 10 ss.; ejus acumen duplex est III, 417, 45; alterum quo res remotæ bene cernuntur III, 417, 47 s.; alterum quo rerum quæ cernuntur discrimina optime distinguuntur III, 417, 48 s.; illud ab oculi situ pendet III, 418, 12 ss.; hoc vero ab ipso oculo III, 418, 7 ss.; nempe ab humoris oculi puritate et modica copia et a membranæ pupillam obtegentis tenuitate III, 418, 1 ss., 9 ss., cf. 36 s.; III, 419, 3 ss.; utrumque ejus acumen utrisque simul non contingit III, 417, 49 s.; ad ejus acumen vel hebetudinem aliquid confert membrana pupillæ obducta III, 417, 20 ss.; cessat ubi membrana pupillæ incumbens ægrotat III, 455, 14 s.; pessumdatur et a tenebricoso et a valde splendido III, 463, 45; ei nocent album et nigrum IV, 275, 48 s.; quibusnam optimus III, 9, 24 s., 30; optimus est cujus humor inter nimium et nimis parum medium tenet, idque quare III, 417, 15 ss.; cur melius uno oculo quam duobus fiat IV, 272, 46 ss.; quomodo eo hallucinemur III, 507, 36 s.; ubi longissime extenditur, micat atque tremit II, 398, 33, 38, 39; inde causa est cur sol oriens et occidens versari videantur II, 398, 32; item cur stellæ fixæ micent II, 398, 34; ad planetas valens pervenit quia propiores II, 398, 36 s.; nec validus, nec debilis res splendidas adspicere valet, idque quare III, 417, 5 s.; aliquo modo in somno affici potest, sed non eodem III, 507, 40 ss.; cur eo pejus disponamur ubi ceteras res intente intuemur, melius vere ubi res virides et herbidas, ut olera IV, 275, 45 ss.; cur nonnullis acutior post lippitudinem IV, 274, 33 ss.; eo laboramus ubi oculos in res solidas intendimus IV, 276, 5 s.; ejus affectio singularis quæ cuidam accidit remisse, non acriter cernenti III, 602, 38 ss.; eo longe penetrare non possumus propter debilitatem II, 182, 52; eo inprimis agimus primo adspectu, postea remissius II, 120, 44; cur corpora solida non penetret IV, 184, 27 ss.; acutissimo redduntur qui æs urinatorum effodiunt IV, 84, 12 s.; quia ab alia re movetur, littus moveri putant navigantes III, 510, 19 s.; eum quatenus linea est, spectat optica II, 614, 24; ejus affectus proprius linea est II, 614, 25; solus recto tramite meat IV, 184, 28; minoris rei excellit II, 385, 45 s.; apud omnia animalia eo prædita in capite sedem habet, idque quare III, 244, 7, 9, 13 s.; recto tramite atque anteriora versus fit, idque quare III, 244, 46 ss.; ejus cum corde nexus manifestus non est III, 244, 6 ss.; quare eum habeant animalia III, 475, 46 s.; homini proprium non est, 234, 18; eo multa animalia carent III, 448, 11 s.; III, 502, 8 s.; eo carent talpæ III, 68, 40 s.; eum habent reliqua vivipara sanguine prædita III, 69, 1 s.; ejus instrumenta oculi sunt cum apud serpentes et quadrupedes oviparas tum apud reliqua animalia III, 295, 40; debilis est animalibus quorum oculi duri sunt III, 284, 37; humido et acuto non opus est quadrupedibus oviparis, idque quare III, 246, 19 s.; avibus vero opus est, idque quare III, 246, 21 s.; inprimis tamen uncunguibus, idque quare III, 246, 22 s.; nihilo minus acutum non habent aves terrestres, idque quare III, 246, 24 ss.; acuto opus est piscibus, idque quare III, 246, 39 s.; ejus acumen impedit aqua III, 246, 41 s.; eum habent mollusca et crustata et insecta III, 70, 53; an vero eum habeant testacea, non valde manifestum est III, 71, 26 s.; quænam testacea eum maxime habere videantur III, 71, 29 ss.; quonam argumento probent cicadæ se hebetem habere III, 100, 46 ss.

Visus (*quatenus mores spectat*); quæ eum spectant cupidines rationis expertes sunt, 335, 29; pertinet ad bona per se, etsi eum etiam aliorum causa sectemur II, 5, 3; in corpore idem est quod mens in anima II, 5, 16; eo vel magis quam reliquis sensibus delectamur, idque quare II, 468, 3 ss.; ejus voluptatibus qui delectantur intemperantes non vocantur II, 36, 12; ejus voluptatibus et immodice, et ut decet et intra modum delectari licet II, 36, 15; ejus voluptatibus nonnisi per accidens delectantur animalia II, 36, 28; ab eo profecta voluptas fit reverso ad naturam qui objectatur, ideoque optima est II, 170, 17, 21; ab eo profectam voluptatem non præcedit molestia II, 168, 31; sublata voluptate quam præbet, vix aliquis cibi vel rei venereæ causa vivere vellet II, 187, 11; propter voluptates vel dolores ab eo oriundos nemo dicitur temperans vel intemperans nisi simul adsit rei venereæ cupido II, 211, 43, 48; II, 212, 30; errores has voluptates spectantes sine ignominia vituperantur II, 212, 32.

Visus, auditus et olfactus; e longinquo fieri videntur, eoque a gustu et tactu differre qui attactu fiunt III, 459, 44 ss., cf. III, 458, 1; revera tamen æque illi ac hi intermedii ope fiunt III, 459, 46 ss., 49 s., cf. III, 454, 5 ss.; III, 460, 6 ss.; quomodo igitur a gustu et tactu differant III, 459, 48 s.; III, 460, 1 ss., cf. *Gustus et tactus*; iis multis animalibus inferior est homo III, 13, 20 s.

Visus ac cæcitas; eidem insunt ac ejusdem affectus sunt III, 500, 23; non necessario alterutrum eorum verum est, 20, 30.

Vita; quidnam III, 444, 23; III, 549, 18; eam aliqui definiunt compositionem vel ligamentum animæ cum corpore II, 563, 35; quomodo eam definiverit Dionysius, 249, 24; non eadem est animalium ac plantarum, 249, 28; vivis substantia est III, 449, 2; morti contraria, 281, 23; omnibus ab æternitate (αἰῶνος) pendet II, 382, 53 s.; in animalibus manifeste apparet, in plantis minus IV, 17, 35 s.; usus est et operatio II, 193, 5; ejus nomen græcum a fervendo deducunt qui animam calido assimilant III, 435, 4 s.; suapte natura humida et calida est III, 529, 21; cum quodam calore conjuncta est III, 542, 14 s.; ejus causa est humor calidus III, 530, 11 ss.; perstat, donec incolumis servatur calor naturalis III, 535, 15 s., 37 s.; amittitur refrigerato corde, non vero reliquis partibus III, 535, 11 s.; ejus causa apud omnia animalia alicui principio corporis et partium inesse debet III, 277, 20 ss.; quidnam hoc sit principium IV, 19, 19 s.; ejus principium continet cor III, 257, 29 s.; ejus principium apud tethya septo transverso inesse videtur III, 281, 44 s.; ejus causæ sunt calidum, frigidum, humidum et siccum, non vero reliquæ qualitates III, 232, 12 ss.; apud nonnulla animalia a respiratione pendet III, 532, 3 s.; III, 540, 25; III, 551, 2 s., 10 s.; apud pisces vero ab aquæ receptione III, 551, 11 s.; ejus terminum respirationem esse censet Democritus III, 433, 39, cf. 46; ejus principium deficit, ubi calor ei conjunctus non refrigeratur III, 548, 45 ss.; ea inanima ab anima prædito distinguimus III, 445, 42 s.; animali magis propria quam sensus, 233, 54; eam animæ vegetativæ debent omnia II, 446, 4; III, 448, 35; in anima est II, 571, 6; ejus particeps anima, 210, 7; quæritur utrum toti animæ tribuenda sit, an parti a reliquis diversæ III, 443, 34; homini cum plantis communis est II, 6, 45; quæ alendo et augendo constat hominis peculiare opus esse nequit II, 6, 46; ea gaudent stellæ æque ac animalia et plantæ II, 401, 36, 50; quæ ea carent etiam nutritione carent III, 449, 17 s.; III, 450, 13 s.; non idem est quod animal esse III, 532, 20, cf. 14 s; pars cui debetur et qua simul animalia animalia sunt, numero una, substantia plura ac diversa esse debet III, 532, 18 s.; omnis circuitu mensuratur et numerum habet II, 465, 13, 15; alii tamen major, alii minor est circuitus II, 465, 16 ss.; genus non est immortalitatis, 216, 13; inter illam et ejus privationem difficile est aliquid intelligere IV, 18, 40 s., cf., IV, 19, 3 s., 35 s.; inter eam et vitæ absentiam interliminium esse videtur somnus III, 415, 16 ss.; maxime vigilia constare videtur, idque quare III, 415, 19 s.; ea privatis non competunt morbus et sanitas III, 476, 20 s.; sanitatem sequitur nec vice versa, 323, 18, 43; 325, 37; bonum est 324, 4; eam sentire per se jucundum est II, 113, 42; cur causæ quæ ad eam faciunt necessariæ esse dicantur II, 518, 23 ss.; animali magis propria est quam homini mansuetudo, 232, 32; ejus vespera vel occasus senectus, 474, 19; quænam de ejus brevitate vel longitudine signa suppeditet vola manus III, 12, 17 s.; quibus longissima est, majora sunt III, 529, 16 ss.; ea distinguitur abortus licitus ab illicito, 622, 14; actio non effectio est (ποίησις), 485, 18; mentis actus est II, 605, 49 s.; actus est, ideoque perfecta II, 568, 35; et perfecta est et imperfecta II, 192, 47; multis instrumentis indiget, 610, 3; actus est II, 120, 48; eam cupiunt omnes II, 120, 47, 53; eam perficit voluptas II, 120, 53 s.; tam arcte cum voluptate conjuncta est, ut quæri non debeat, utrum ejus causa voluptatem an eam voluptatis causa appetamus II, 121, 1 ss.; voluptate imbuta est II, 17, 17; per se bona et jucunda est, quum res definita sit II, 113, 27; 33, 43; apud animalia definitur sensu, apud homines sensu et mente II, 113, 23, 26; quidnam in ea maxime exoptandum sit, difficilis est quæstio, etiamsi vulgo facilis habeatur II, 186, 43; II, 187, 25; ab ejus variis generibus recte pendere videtur felicitas II, 3, 30; celebrantur inprimis tres ejus rationes tanquam ad vitam beatam ducentes, nempe voluptaria, civilis et contemplativa II, 3, 33; II, 186, 22; II, 187, 45; quæritur utrum activa et rerum civilium particeps, an contemplativa et a rebus civilibus aliena præferenda sit, 602, 23, 36; quæritur quænam beatissima sit plerisque hominibus et plerisque civitatibus, 554, 43; reipublicæ consentanea non servitus, sed salus habenda est, 579, 29; ad eam instituendam multum interest quid bonum sit novisse II, 1, 25; eam malam reddit imprudentia II, 243, 31 s.; quænam maxime expetenda sit determinare debet qui de optima republica disputare vult, 600, 34; item an eadem publice et privatim maxime expetenda sit, 600, 41; 605, 20; liberi viri præstat vita ejus qui herile imperium exercet, 604, 18; omnino obtinere nequit cum bonorum communitate, 501, 33; media necessario optima, 555, 8, 48; molestiæ expers eligenda est, 411, 35; ejus mediocritatem non nimietatem sectari debet tyrannus, 587, 45; ejus actus politicæ argumentum sunt II, 2, 32; ejus in fine quæ utilia sunt, majus bonum sunt, 328, 9; prava et corrupta molestiisque stipata indefinita est II, 113, 30; ei prosperitas quædam et naturalis dulcedo inesse videtur, 526, 40, 45; inter civitatis causas et fines recensenda est, etiamsi non præcipua sit causa vel finis, 483, 27; 526, 40; 529, 19; quænam causa sit cur ejus exstent multa genera, 609, 48; eorum qui recte agunt per se jucunda est II, 8, 23; eorum qui res honestas amant, voluptate tanquam appendice non indiget II, 8, 32; ejus scopum aliquem sibi proponere debent quicunque suæ spontis sunt II, 185, 7; ei finem non proponere summa stultitia est II, 185, 11; inordinata plerisque magis placet quam temperata, 595, 8; eam parvo quæstu commutant quibus præter fortitudinem nullum aliud bonum est II, 35, 43; ei qui tantummodo student, nummorum copiam per totam vitam servare vel augere student, idque quare, 492, 45; ejus dimidiam partem fere eandem esse dicunt apud felices ac apud miseros II, 13, 40; non magnum ad eam momentum afferunt parvi fortunæ casus II, 11, 4; ad eam rite conformandam utilissima est veritas, idque quomodo II, 117, 4; ad rhetoricæ normam exigenda est, 454, 39; quonam conferat ejus institutio, 454, 40; in ea dirigenda omnium animæ partium ratio habenda est, sed maxime earum quæ nobiliores ac fines sunt, 618, 24; distinguitur in bellum ac pacem, in otium ac negotium, 618, 14; rerum ei utilium inprimis in educandis pueris rationem habendam esse putant nonnulli, 625, 6, 8; res ei utiles disci debent, quatenus illiberales non sunt, 625, 12; ejus insitam habemus cupidinem, idque quare II, 235, 11; est res optanda II, 235, 20; tanquam cognitio quædam consideranda est II, 235, 12; viro sibi sufficienti idem est quod bonum II, 235, 19 ss.; eam semper optat vir sibi sufficiens, idque quare II, 235, 31; ejus cupiditatem omnes habent, sed præcipue viri boni ac felices II, 113, 34, 44; eam magni faciunt homines II, 214, 45; eam contemnit vir magnanimus II, 214, 46; II, 245, 18; ei non parcit vir magnanimus, utpote spernens II 45, 37; quomodo ex ea exeundum fr. 339, b; ea carere præstaret, si quis omnia congereret quæ inviti facimus eaque in infinitum tempus produceret II, 187, 5 ss.; ejus imitatio tragœdia est, 461, 44; ejus quem carpis, percurrenda est in vituperatione, 447, 48; in hominum inquirimus in oratione inquisitoria, 453, 49.

Vita et morte (de); insequitur librum *de Longitudine et brevitate vitæ* III, 527, 14 s.

Vita activa; usibus comparata est II, 193, 6; eam nonnulli solam viro dignam esse putant, 602, 50; quatenus et urbi et unicuique homini præferenda sit, 605, 2.

Vita beata; ea est quæ viri boni votis satisfacit II, 185, 49; est virtuti congruens non impedita, 555, 6; ei competit qui virtuti congruentia facit II, 116, 46; qui ad eam evasurus est, is inde ab initio justitiæ particeps esse debet III, 642, 31 ss.; a Xenocrate perperam eadem habebatur quæ vita honesta, 255, 24; eam omnes jucundum esse ducunt II, 88, 45; ad eam nihil confert idea boni II, 190, 18; multum ad eam confert si rite gaudere ac ægre ferre noverimus II, 116, 32.

Vita bona; actus est, ideoque perfecta II, 568, 32 s.; eam idem esse putant quod felicitatem II, 2, 48, v. *Felicitas*; eam cupiunt omnes, 615, 41; subsidiis quibusdam indiget paucioribus apud melius dispositos, pluribus apud deterius, 615, 44; ad eam conferunt virtus et disciplina, 534, 17.

Vita brevis; quæritur quatenus eadem sit ac valetudinaria III, 527, 10 ss.; ejus indicium sunt aquatilia (?) IV, 285, 9; ejus signa quædam fr. 192, b; cur ea magna ex parte sint qui articulis carent IV, 285, 6; item qui raros dentes habent IV, 169, 44 ss.; item qui partem umbilico subjectam majorem habent quam ad pectus pertinentem IV, 173, 15 ss.

Vita civilis; versatur circa actiones honestas II, 186, 29; quæritur an ejus finis sit honor II, 3, 39 ss.; item an virtus II, 3, 47 ss.; de ejus fine sufficienter in encycliis dictum est II, 4, 1.

Vita communis; non eo constat ut pecorum instar eodem loco pascamur II, 114, 2; eo consistit ut gaudeamus amicum esse II, 113, 54; jucundior est cum amicis et viris bonis quam cum peregrinis et vulgaribus hominibus II, 112, 40; quammaxime convenit amicitiæ II, 114, 26; II, 116, 8; cum viris bonis virtutis exercitatio est II, 113, 18; eam cum multis transigere non licet II, 114, 27; in omnibus rebus humanis difficilis est, 500, 26.

Vita contemplativa; melior est ac homini congruit II, 125, 2; divina est, si cum humana vita comparetur II, 125, 3, 7; eam nonnulli solam philosopho dignam esse putant, 602, 38.

Vita dissoluta; qui propter eam negligentes facti sunt, pœna immunes esse debent si deliquerint II, 30, 13.

Vita divina; vita contemplativa est cum humana collata II, 125, 3, 7.

Vita humana; indiget fortunæ casibus II, 10, 39.

Vita integra; quare ea opus sit ad felicitatem efficiendam II, 9, 42.

Vita jucunda; ei qui student, voluptatibus corporis operam dant, 491, 47; iis ergo tota ætas in pecunia quærenda consumitur, idque quare, 491, 49; cum prudentia conjuncta magis appetenda est quam sola, teste Platone (Philebo, p. 20 ss.) II, 117, 31.

Vita liberalis (διαγωγή); quænam virtutes ei necessariæ sint, 619, 33.

Vita maxime expetenda; eam alii divitiis, alii dominatione, alii virtute consistere putant, 602, 16; eorum qui eam virtute consistere putant, alii vitam activam maxime probant, alii contemplativam, 602, 35; 604, 12.

Vita optima; quænam sit cum civitati tum unicuique homini, 602, 6; quisnam sit ejus finis, considerare debet legumlator, 617; 50; non omnes eadem ejus gratia disci debere putant, 625, 3.

Vita philosophica; circa prudentiam ac contemplationem veritatem spectantem versatur II, 186, 28.

Vita quotidiana; Lacedæmoniorum secundum nonnullos ad democratiam referenda est, 505, 13.

Vita solitaria; eam qui degit, non omnino felix esse potest II, 9, 3; non convenit beato, idque quare II, 112, 36; II, 113, 10.

Vita voluptaria; quænam et qualis sit manifesta est II, 187, 48; voluptates corporales sectatur II, 186, 31; ei deditos qui beatos prædicant, felicitatem gaudio constare putant II, 187, 34; pecoribus digna II, 3, 36; eam servorum more præfert vulgus II, 3, 35.

Vitæ amor; sequela ignaviæ est II, 245, 41.

Vitæ conditio; vitam beatam sectantem omnes sibi eligunt qui suæ spontis sunt II, 186, 25; nonnullæ ne spem quidem vitam beatam attingendi fovent, idque quænam II, 186, 15.

Vitæ consuetudo; quomodo in genera distinguantur virtutes ac vitia eam spectantia II, 21, 39 ss.; II, 51, 28 ss.

Vitæ longitudo; ejus causa est primo loco temperamentum aeris ambientis temperamento simile III, 413, 15 ss.; præterea pendet ab aliis quibusdam causis III, 413, 17 s. (cf. III, 529-531); ea a se invicem differunt animalia pro locorum natura III, 527, 24 ss.; item inter se homines eadem loca incolentes III, 527, 27 ss.; quæritur quatenus eadem sit ac sanitas III, 527, 8 s.; ejus signa quædam enumerantur fr. 192, b.

Vitæ longitudo ac brevitas; non constat an ejus causa apud omnia animalia ac plantas eadem sit III, 527, 4 ss.; iis et tota genera a se invicem differunt, et in eadem specie alia animalia ab aliis III, 527, 19 s.

Vitæ ratio; animalium differt pro locis quæ incolunt, idque triplici ratione III, 147, 41.

Vitæ spatium; ejus mensura sunt naturales circuitus III, 413, 28 ss.

Vitellus; in avium ovo ab albumine distinctus est III, 378, 52 s.; non vero apud pisces III, 379, 2 s., 19 s.; idque quare III, 374, 29 s., cf. 42 ss.; ubi ab albumine distinctus est, maris principium habent ova III, 383, 15 ss., 34 s.; lacti rite comparari potest III, 376, 10; aliquatenus apud ovipara matri respondet III, 377, 39 s.; frigidus et terrenus est III, 374, 21, 30 s.;

